



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies octavus et nonus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1865 [erschienen] 1866

De SS. Dionysio E., Rustico Presbyt. Et Eleutherio Diacono Martyribus
Parisiis In Francia Commentarius Prævius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72229)

DE SS. DIONYSIO EP., RUSTICO PRESBYT.

ET ELEUTHERIO

DIACONO MARTYRIBUS

PARISIIS IN FRANCIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. Quandonam antiqua Sanctorum Acta, quæ Bosquetus primum edidit, fuerint conscripta.

B Acta, ab Hilduino composita Rusticoque et Eleutherio iuxta a duobus Dionysiis in unum conflatis afficta, in lucem jam dudum a Suario et aliis fuerant emissa, cum tandem etiam, quæ ad hæc contextenda (præmissum Actis S. Dionysii Areopagitæ Commentarium num. 56 videsis) San-Dionysiano isti abbati usui forsân fuerant, alia quæpiam trium sanctorum nostrorum Martyrum, Dionysii videlicet episcopi, Rustici presbyteri et Eleutherii diaconi, Acta primus omnium Franciscus Bosquetus, e prætoris Narbonensi Lodovensis seu Lutevensis primum ac dein Monspeliensis episcopus, in Ecclesiæ Gallicanæ, quas, cum prætor adhuc esset, anno 1636 typis Parisiensibus edidit, Historiis, part. 2, pag. 68 et quinque sequentibus e quinque manuscriptorum codicum fide publici juris fecit; eadem autem deinde Michaël Felibianus, Benedictinus Congregationis S. Mauri monachus, in Monumentis authenticis, quæ a contextam a se annoque 1706 Parisiis editam San-Dionysianæ in Francia abbatie Historiam adiecit, pag. 163 et binis seqq. ex antiquissimo Claudii Jolii, Cathedralis Parisiensis ecclesiæ canonici, Ms. codice iterum vulgavit. Porro Acta illa tum Hilduinianis, quæ supra in Commentario, Actis S. Dionysii Areopagitæ affictis prævio, sedulo discussi, tum aliis omnibus, quæ, quoquo modo tribus sanctis nostris Martyribus afficta, hactenus prodierunt, certo esse antiquiora, eruditi unanimi consensu omnes fatentur, verum multum abest, ut hosce inter de ætate, qua fuerint conscripta seu adornata, æque conveniat. Alii enim seculo VI, alii contra seculo VII scriptiois illorum epocham affigunt. Sunt etiam, qui hanc usque ad Caroli Magni ætatem seu seculum VIII prope elapsam aut adhuc amplius removendam contendunt.

C 2 Inter eos, qui pro majori memoratis Actis antiquitate attribuenda stant, principem locum facile obtinet Petrus de Marca, Tolosanum primum ac dein Parisiensis seculo proxime elapso archiepiscopus, in sua de fide in Galliis primum prædicata ad Henricum Valesium epistola, quam hic Ecclesiasticæ Eusebii Historiæ, Latine a se redditæ, præfixit. Audi, qui in hac, quam in §§ diversos ac numeros pro more nostro divisam, ad xxx Junii diem, S. Martialis, Lemovicensium in Gallia episcopo, sacram, in Opus nostrum Papebrochius etiam intulit num. 20 loquatur memoratus ille archiepiscopus.

E pus. Sane, inquit, a Clemente in Gallias Dionysium missum fuisse, Beda et Usuardus docent (de re hac quid sentiendum, infra dicenda aperient) in suis Martyrologiis, quam traditionem eos hausisse, certum est, ex Actis antiquis Vitæ S. Dionysii, quæ dudum ex Mss. codicibus edidit V. C. et eruditissimus Franciscus Bosquetus, nunc meritissimus episcopus ecclesiæ Monspeliensis. Nomen auctoris illius Vitæ deprehendi in codice Ms. Turonensis ecclesiæ, qui complectitur Vitas sanctorum aliquot a Fortunato descriptas, et inter ceteras, Dionysii Parisiensis illam, quæ jam, ut dixi, edita est in publicum. Antiqua itaque, quæ Bosquetus edidit, Dionysii Parisiensis ac Sociorum ejus Rustici et Eleutherii Acta Venantium Fortunatum (hunc enim per Fortunatum, de quo loquitur, intelligit) habere auctorem, ac proin jam inde a seculo sexto, utpote quo his sanctus Pictaviensis antistes floruerit, concinnata fuisse, laudatus archiepiscopus existimavit. Nec ab isthac eruditissimi hujus viri opinione multum dissentit Hadrianus Valesius; in sua enim, quam de Basilicis, per primos Francorum reges conditis, elucubravit, Disceptatione, cap. 8 Dianysii Parisiensis Acta, de quibus hic nobis sermo, vocat antiquissima, sibi quæ ea ante Dagoberti I, Francorum ab anno 622 ad annum usque, quo obiit, 538 regis, principatum composita videri, affirmat.

F 3 Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Historia lib. 3, cap. 6 sub finem, antiqua, jam sæpius laudata, quæ Bosquetus edidit, Dionysii Parisiensis sociorumque ejus Rustici et Eleutherii Acta a S. Cerauno, Parisiensium episcopo, scripta esse posse, insinuat; ut adeo, cum Ceraunus, uti in Opere nostro ad xxvii, quo de illo jam actum, Septembris diem videre licet, Parisiensem cathedram inter annum 601 et annum 625 occupavit, haud multum pariter quantum ad ætatem, qua Bosquetiana Dionysii Acta fuerint contexta, a Petri de Marca opinione, supra jam exposita, alienus sit proxime laudatus ecclesiæ Parisiensis historiographus. At vero alii nonnulli, ac in primis Launoyus, Caroli Magni ætate conscripta aut hac etiam posteriora esse eadem Acta, arbitrantur. Post Carolum, inquit pag. 70 in suo de Valesii Disceptatione supra laudata Judicio posterior is auctor, incerti et obscuri scriptores ediderunt Acta martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, quæ non ante quis leget, quam ea, ut fabulis aspersa,

et du Bois il-
ligantur;
verum, uti a
Launoy, qui
Caroli Magni
ætate

a Petro de
Marca secu-
lo vi, vii vero
initio a Va-
lesio

AUCTORE
C. B.

aspersa, repudiaverit. Hæc de antiquis a Boschetto editis Dionysii Sociorumque martyrum Actis Launoyus; ut certe, cum Carolus (imperator) scilicet, cognomento Magnus, de quo loquitur anno 814 vitam hanc mortalem cum immortalis commutavit, seculo VIII recentiora faciat præfata Acta.

posteriora
facit, serius,
quam con-
veniat,

4 Verum an recte? Neutiquam sane. Opinio enim, quæ Dionysium Parisiensem cum Areopagita eundem facit seu confundit, jam dudum, uti in Commentario, posterioris hujus Sancti Actis prævio § 1 et 2 docui, ante seculi VIII finem ac proin etiam ante Caroli Magni obitum erat exorta; cum autem antiquorum, in quorum epocham hic inquirimus, Actorum auctor, si hæc tum primum, cum opinio illa jam esset exorta, concinnasset, alicubi saltem vel verbum, quo huic seu patrocinari seu adversari sese monstrasset, prolaturus indubie fuisset, nec tamen id faciat, dubitandum enimvero non videtur, quin ante opinionis illius ortum seu seculi VIII finem Acta illa conscripserit; imo vero id fecisse illum ante seculum etiam istud medium, rationis fere paritas suadet, cum tunc circiter, uti in Commentario, Actis S. Dionysii Areopagite prævio locis proxime cit. docui, exorta fuerit opinio, quæ Dionysium Parisiensem cum Areopagita confundit. Verum, cum certo e jam dictis Actorum Dionysii Parisiensis ac sociorum ejus Rustici et Eleutherii scriptionem serius, quam par sit, Launoyus statuatur, dispiciamus modo, an hanc multo citius seu seculo sexto, septimove, media sui parte nondum protecto, tres scriptores alii supra laudati, Petrus de Marca videlicet, Valesius et Gerardus du Bois, rectius consignent. Petrus de Marca, qui, ut verbis supra recitatis prodit, antiquorum, de quibus hic nobis sermo, Actorum scriptionem S. Fortunato, Pictaviensi episcopo, attribuit, seculoque adeo VI, ut jam docui, affigit, non aliam ob causam id facit, quam quod (adi ejus verba, proxime huc transcripta) in Ms. ecclesiæ Turonensis codice, qui, ut ait, aliquot Sanctorum Vitas, a Fortunato descriptas, complectebatur, illa Dionysii Parisiensis Acta seu Vitam invenerit.

ita a tribus
illis scripto-
ribus, utpote
nec a Fortu-
nato, cui et-
iam in Ms.

5 Verum audi, qui in Epistolæ supra laudatæ, in qua idcirco scriptionem illam Fortunato Petrus de Marca adscribit, Dispunctione anno 1659 edita cap. 10, num. 15 Launoyus loquitur. In codice, inquit, de quo vir illustrissimus (Petrus de Marca scilicet, Tolosanus ac dein Parisiensis archiepiscopus) loquitur, multe continentur Passiones et Vitæ, sed cum venia dixerim, Præter Vitam sancti Hilarii, nulla est, quæ Fortunati nomen præ se ferat; hæc ille primum de Turonensi, in quo Petrus de Marca S. Dionysii Vitam seu Passionem invenit, codice præfatur, tumque Vitarum seu Passionum omnium, quæ in codice illo continentur, accurato indiculo seu catalogo, quem cum illo vir humanus et doctus Joannes Boëtius Turonicus communicarat, in medium adducto, ac aliquot insuper, qui in dicto codice pariter continentur, Sermonum titulis transcriptis, mox subjungit conceptum sequentibus hisce verbis; Incipit Prologus beati Hilarii episcopi et confessoris Domino suo, et meritis beatissimo Patri Pascentio Papæ Fortunatus, codicis ejusdem initium, ac deinde ita proseguitur: In ceteris (Sanctorum Vitis scilicet seu Passionibus, in dicto Turonensi codice contentis) de Fortunato ne verbum quidem ullum injicitur. Præterea certis argumentis constat, codicem hunc descriptum esse

tempore Rodulphi, Turonensis archiepiscopi, qui D ad annum MXXX claruit. His ita constitutis, cum vir clarissimus (Petrus de Marca nimirum) dicit, "Nomen auctoris illius Vitæ deprehendi" in codice manuscripto Turonensis ecclesiæ, qui "complectitur Vitas Sanctorum aliquot, a Fortunato descriptas," si per descriptas, idem ac compositas intelligat, perperam omnino intelligit, quia Fortunatus Passiones, Vitas, Sermones hos omnes, qui nominantur in Indiculo, non composuit; si vero per descriptas, idem ac transcriptas intelligat, perperam quoque intelligit, quia Passiones, Vitas, Sermones omnes transcribere non potuit, nisi post annum Christi millesimum septuagesimum vixerit.

6 Ita Launoyus, universas Sanctorum Vitas ac nominatim Bosquetianam S. Dionysii Passionem, quas in Indiculo a se suppeditato enumerat, a S. Fortunato compositas non esse, haud immerito sane contra Petrum de Marca contendens; idcirco enim dumtaxat contrarium eruditissimo huic archiepiscopo est visum, quod eas in ipso Turonensi codice, in quo contentas reperit, sancto isti Pictaviensi episcopo attribuit, existimavit; verum codex ille, uti recitata Launoyi verba, ostendunt, non prius, quam sub seculi XI finem fuit exaratus; ut, etiamsi forte universas dictas Vitas S. Fortunato diserte is adscriberet, remotius tamen a Sancti hujus ætate seu a seculo VI fuerit enatus, quam ut ea in re fidem indubitam mereretur; nec, etsi secus foret, quidquam inde pro dictis Vitis Fortunato vindicandis conficiamus. Hæc enim sancto huic Pictaviensi episcopo præfatus Turonensis codex neutiquam attribuit; in capite quidem, unde tantummodo, ut contrarium Petrus de Marca opinaretur, est factum, S. Hilarii Vitam seu potius, quo hæc (adi initialia, quæ num. præced. recitari, codicis Turonensis verba) Pascentio, Pictaviensi episcopo, a Fortunato dedicatur, Prologi inscriptionem, Sancti hujus nomine notatam, præfert; verum, præterquam quod hic, haud S. Fortunatus, Pictaviensis episcopus, sed (Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores tom. 3, pag. 301 et seq. videbis) alius homonymus, in Opere nostro ad XVIII Junii jam datus, fortassis sit, huicque, utpote qui dumtaxat perpauca scripsisse sciatur, nulla veri specie tot, quot in laudato indiculo a Launoyo recensentur, Sanctorum Vitæ possint adscribi, ad solam sibi subjectam, quam vere Fortunatus P

hic memora-
to ecclesiæ
Turonensis
codice

7 At vero, inquit, in Turonensi equidem codice jam sæpius laudato Dionysii aliorumque, quos in hoc Petrus de Marca reperit, Sanctorum Vitis seu Passionibus dicta S. Hilarii Vita seu, quam hujus, ut dixi, Prologus sibi præfixam habet, inscriptio, Fortunati nomine notata, præmittitur. Fateor, sic habet; verum quid tum? Ea ipsi inscriptio una cum subjecta sibi, quam Fortunatus composuit, S. Hilarii Vita duabus S. Meginradi eremite, de quo ad XXI Januarii, et S. Hermelandi abbatis, de quo ad XXV Martii apud nos jam actum, Vitis in antiquissimo nostro Ms. Molshemiensi, qui P. Ms. 12 notatur, codice pariter præmittitur, et tamen ad illas, quas et hic alioquin S. Fortunato adscribere foret censendus

non attribu-
untur,

A censendus, in dicto nostro codice non referri memoratam, quæ Sancti huius nomine signatur, inscriptionem, vel ex eo fit perspicuum, quod, cum e binis jam dictis Sanctis posterior quidem seu S. Hermelandus seculo VIII, prior vero seu S. Meginradus anno demum 863 obierit, neutrius certe Vita a Fortunato, utpote qui non diutius quam usque ad seculi VII initium ætatem produxerit, in litteras queat fuisse conjecta. Jam vero, cum res ita habeat, in Turonensi pariter, qui Petro de Marca præluxit, codice ad Sanctorum ac nominatim S. Dionysii Vitæ, compositæ a Fortunato S. Hilarii Vitæ subjectas, præfatam inscriptionem, ut uti præmissam, non referri, easdemque adeo Fortunato haud attribui, pro indubitato videtur habendum. Atque ita modo, Bosquetianam Dionysii Sociorumque ejus Passionem, quam cum aliquot Sanctorum Vitis Petrus de Marca in Ms. ecclesiæ Turonensis codice invenit, non adscribi in hoc S. Fortunato, Pictaviensi episcopo, dilucide ostendimus; illam autem re etiam vera sanctum hunc antistitem non habere auctorem, vel ex eo concludendum apparet, quod non tantum non in codice Turonensi sæpissime laudato, sed nec in ullo alio, cui inserta exstat, Fortunato attribuitur.

contextus. 8 Adhæc stylus, quo conscripta est, a stylo, quo, quæ a Fortunato scriptæ noscuntur, Sanctorum Vitæ exaratae sunt, quam maxime discrepat. Hinc Lavinoyus citato lucubrationis supra laudatæ cap. 10, num. XI in Petrum de Marca ita arguit: Quod... pertinet ac S. Dionysii Acta, quæ Bosquetus juris publici fecit, ea tam non sunt Fortunati, quam non sunt Tullii, quæ Plautus scripsit. Plautinus stylus a Tulliano minus, quam Actorum Dionysii stylus a Fortunati stylo discrepat. Scribendi modus Fortunati se totum prodit cum in aliis Operibus, tum in sancti Germani Parisiensis, tum in Albini Andegavensis Vita, quam monumentis illustravit suis. Profecto et mihi et aliis joculari visus est vir illustrissimus, Petrus de Marca, cum Acta illa Dionysii Fortunato attribuit. Ita hactenus ille, nec sane immerito, uti quisque, qui vel, quæ laudat, S. Albini, episcopi Andegavensis, et S. Germani, episcopi Parisiensis, Acta, a Fortunato certo conscripta atque ad diem XXVIII

C Maii, quo posterior, et ad I Martii, quo prior e duobus hisce Sanctis colitur, in Opus nostrum jam illata, cum Bosquetianis Sanctorum nostrorum Actis contulerit, facile comperiet; ut enimvero, hæc Fortunatum non habere auctorem, indubitatum ex omnibus jam dictis apparet minimeque adeo Petrus de Marca, fuisse jam inde a seculo VI exarata, evincat iis, quæ supra allegatis verbis scribit. Examinemus modo, anne, illa ante Dagoberti I principatum seu ante seculum VII medium fuisse contexta, pariter non evincant, quæ Hadrianus Valesius loco supra cit. adducit. Hæc..., inquit, Passio Dionysii antiquissima, et ante Dagoberti (I scilicet) principatum (in Austrasia hic anno 622, in Neustria vero anno 625 initium accepit) composita mihi videtur, propterea quod basilicæ B. Dionysii, ab eo rege conditæ, nullam mentionem facit.

nec. etsi basilicæ, quam Dagobertus I extruxerit mentionem. 9 Bosquetianam itaque Dionysii ac Sociorum martyrum Passionem ante Dagoberti I, Francorum regis, principatum seu ante annum 622, aut, si movis, 628 compositam fuisse, idcirco existimavit Valesius, quod nusquam in ea basilicæ, supra sanctorum illorum Martyrum corpora a rege illo de novo a fundamentis conditæ, mentio occurrat.

Octobris Tomus IV.

Verum quid si, basilicam hujusmodi de novo condidisse Dagobertum, eamus inficias? Sane, anne hos is princeps fecerit, haud omnino, uti ex infra dicendis patescet, est certum, nec, etsi, rem secus habere, gratis etiam dederimus, Valesius hinc, quod vult, conficiat. In dicta enim, quam Commentario huic subnectam, Sanctorum Passionem sequentia isthæc num. 12 leguntur verba: Antedicta.... materfamilias,.... cum primum persecutionis tepuisse vidit fervorem, locum tantorum Martyrum ossa asservantem.... requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. Unde postmodum Christiani basilicam supra Martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt; quid ni autem per basilicam hic memoratam intelligi queat ecclesia, quam Dagobertus I, Francorum rex, supra S. Dionysii Sociorumque martyrum sepulchra de novo a fundamentis extruxerit? Ut quod sentiam, apertius edicam, mihi enimvero vel hanc re etiam vera per basilicam, proxime recitatis Passionis Dionysianæ verbis memoratam, posse intelligi, vel certe, si secus sit, esse hanc Dagoberti ætate anteriorem, concludi inde non posse, indubitatum videtur; quam merito autem ita existimen, ex iis, quæ jam nunc subdo, patescet. S. Genovefa virgo, de qua id III Januarii diem, cultui ejus sacrum, in Opere nostro actum, in S. Dionysii, honorem, uti ambæ ibidem a nobis editæ illius sanctissimæ virginis Vitæ cap. 4 docent, basilicam sub seculi V finem extruxit; hanc autem sat magnam magnificamque ac cum præcipuis Galliarum ecclesiis comparandam fuisse, liquet ex iis, quæ Grægorius Turonensis; anno 595 vita functus, tum lib. de Gloria Mart. cap. 72, tum Hist. lib. 5, cap. 33 et 35 memoriæ prodit de Dionysiana sui temporis ecclesia, quam ab ecclesia, per S. Genovefam edificata, diversam non fuisse, eruditi unanimi consensu omnes admittunt.

quod tamen forte secus habet, haud instituerent, Dagoberto idcirco. 10 Hisce ita positis, quæro modo, anne per basilicam, quam Christiani supra S. Dionysii Sociorumque martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt in Bosquetiana Dionysii Passionem proxime recitatis verbis dicuntur, intelligi etiam nequeat, quam jam memoravi, ecclesia, per S. Genovefam extructa. Si, hanc per illam intelligi posse, respondeas, quæro pariter, cur idem de ecclesia, quam Dagobertus de novo, cum erecta a S. Genovefa ecclesia fuisset collapsa, a fundamentis extruxerit, asseverari non possit, cumque nulla prorsus, ob quam unum potius, quam aliud adstruatur, ratio solida assignari queat, enimvero, si per basilicam, in Dionysiana Passione supra huc transcriptis verbis memoratam, ecclesia, a S. Genovefa extructa, queat intelligi, pariter per illam posse intelligi ecclesiam, quam Dagobertus de novo edificavit, indubitatum apparet, et vel sic argumentum, quo Bosquetianam Dionysii Passionem Dagoberti ætate anteriorem Valesius supra recitatis verbis facit, omnino elumbe atque energe evadit; si autem, quod basilicam, in Bosquetiana Dionysii Passione memoratam, haud diu admodum, postquam persecutiones, ab ethnicis Romanorum imperatoribus in Christianos motæ, finem accepissent, quartoque adeo seculo, media sui parte nondum elapso, edificatam fuisse, forte existimes, per illam pariter non posse intelligi ecclesiam, a S. Genovefa extructam, reponas, certe ex eo, quod per eandem nec ecclesia, quam Dagobertus extruxerit, intelligi

AUCTORE
C. B.

ligi queat, sacrique adeo illius ædificii mentio in Bosquetiana Dionysii Passione non fiat, haud esse hanc Dagoberti I ætate anteriorem faciendam, fatearis, necesse est.

anteriora
facienda, citius,
quam
par sit, scri-
pta statuun-
tur,

11 Cum enim hactenus Passionem illa seculo IV seu ædificata per S. Genovesam SS. Dionysii ac Sociorum martyrum basilica posteriorem eruditi omnes fecerint, majorem sane eidem Passioni antiquitatem contra communem horum omnium consensum perperam idcirco attribuas, quod ædificata a S. Genovesa ecclesiæ mentionem, quam facile non una de causa omittere potuit, haud faciat; quod cum ita habeat, nec posito, quod ecclesiæ, quam Dagobertus æstruxerit, mentio in Bosquetiana Dionysii Passione haud fiat, recte huic antiquitatem, quæ Dagoberti ætate major sit, attribuas, cum factum pariter non uno ex capite facile esse possit, ut Passionis auctor mentionem ecclesiæ seu basilicæ præfata, ut ætate sua jam exstantis, facere omiserit. Ex omnibus porro jam dictis fluit, ut per basilicam, quam Christiani supra SS. Dionysii Sociorumque Martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxisse in B Bosquetiana Sanctorum nostrorum Passione dicuntur, vel ecclesiæ, quam Dagobertus æstruxerit, intelligatur, vel, si secus sit, esse Passionem illam ætate Dagoberti anteriorem, inferri inde non possit; ut adeo, omnibus sedulo jam expensis, nec Valesius, jam inde a seculo VII, media sui parte nondum prorecto, Passionem eandem fuisse conscriptam, evincat, gratis etiam dato, basilicam supra sanctorum Martyrum corpora de novo a Dagoberto fuisse æstructam. Quod porro a supra laudatum, qui et ipse, ut docui, Bosquetianæ Sanctorum Passionis Descriptionem seculo VII nondum medio consignat, ecclesiæ Parisiensis historiographum jam spectat, hic quidem illam, ut pariter jam docui, S. Cerauno, Parisiensium antistiti, inter annum 601 et annum 625 vita functo, adscribit; verum nullam prorsus, qua impulsus id fecerit, rationem allegat, neque etiam ulla vel in speciem solida assignari posse videtur. Tam is itaque, quam Petrus de Marca et Valesius, citius, quam par sit, Bosquetiana Sanctorum Acta statuit conscripta; quam autem id verum sit, luculentius adhuc patet ex iis, quæ jam nunc adducam pro definiendo tempore, quo illorum scriptio verosimilius evenit.

cum autem
illorum aucto-
rum, uti ver-
ba hic reci-
tata produunt
Parisensem

12 Bosquetiana Sanctorum Acta seu Passio, in varios pro more nostro numeros divisa, num. 5 de civitate Parisiensi, cum ad eam Dionysius Evangelium promulgaturus accessit, sequentem loquitur in modum: Tunc memorata civitas, et conventu Germanorum, nobilitate pollebat, quod esset salubris aëre, jocunda flumine, fecunda terris, vineis uberrima et arboribus memorosa, constipata populis, referta commerciis; ac deinde de Dionysio, Parisiensibus Christum annuntiante, num. 6 sic habet: Miroque modo inermi Viro non valebat plebs armata resistere; sed subdebat se illi certatim Germaniæ cervicositas, et jugum Christi suave imponi sibi arcta cordis compunctione poscebat. Civitatem itaque, ad quam Dionysius, divini præconis munere functurus, venit, Germanis, illam tum inhabitantibus, tum commercii exercendi causa frequentantibus, tum affluisse, Passionis auctor locis citat. indicat; cum autem id falsum e dicendis sit, hinc quoddam illi Sancti cuiuspiam, qui medio ævo circa Rhenum vixerit, Vitæ exemplar præluxisse, ex eoque partim civitatis Parisiensis hujusque incolarum, quam suppeditat,

descriptionem mutualum esse, dominus le Beuf, D ecclesiæ Autissiodorensis canonicus et sucentor, in novis suis in Bosquetiana Dionysii Acta Observationibus, anno 1739 Lutetiæ vulgatis, suspicatur, verum auctorem illum, si, quam suppeditat, urbis Parisiensis descriptionem e Sancti, qui medio ævo prope Rhenum vixerit, Vita Passione deprompsisset, non fuisse saltem, quæ in hac sitæ ad Sequanam Parisiensi civitati non congruere putasset, nomina propria mutaturum, parum admodum verosimile apparet. Licet is, qui Vilam S. Alberti, abbas Gambrensis, scripsit, libellum de gestis beati Ebrulfi, Ulicensis abbatis, præ oculis habuerit, omniaque fere, quæ de posteriori hoc Sancto memoriæ in illo prodita invenit, ad S. Albertum (adi Annalium Benedictinorum lib. IX, num. XI Mabillonium) per imposturam transtulerit, nomina tamen propria, quæ argumento suo non quadrare animadvertit, mutavit.

13 Idem etiam, uti ipsemet laudatus dominus le Beuf in Observationibus suis proxime citat. docet, astute fecit ecclesiæ Arelatensis concellarius seu scholasticus, qui, quæ de S. Germano, Autissiodorensi episcopo, per Constantium presbyterum litteris mandata reperit, S. Trophino, Arelatensium apostolo, per fraudem applicuit. Nec ex aliis impostoribus bene multis, qui, non secus ac duo jam recensiti, unius Sancti Acta ad alium transtulerunt, invenire est adeo solidum seu incautum vel unum, qui in iis nomina propria, quæ fraudem suam fallaciamve prodere nata nosset, non mutavit. Quod cum ita sit, solumne antiquæ SS. Dionysii ac Sociorum martyrum Passionis auctorem adeo amentem ac stupidum futurum fuisse, arbitremur, ut, si Sancti cuiuspiam, qui medio ævo prope Rhenum vixisset, seu Acta seu accepta ex hisce Fragmenta SS. Dionysio ac Sociis martyribus applicuisset, occurrentia in iis Germanorum et Germaniæ nomina propria, quæ civitati, Evangelicæ per Dionysium prædicationis campo, haud quadrarent fraudemque adeo seu furtum detegere fuissent nata, non mutasset? Id enimvero parum admodum credibile mihi apparet, hincque ex Germaniæ et Germanorum, quæ in Bosquetiana Dionysii ac Sociorum martyrum Passione occurrunt nominibus propriis, non id, quod cult laudatus le Beuf, sed Germanis, Parisios partim inhabitantibus, F partim mercaturæ exercendæ causa non raro advenientibus, civitatem illam tunc, cum Passionis auctor floreret, affluisse, concludendum apparet. Cum enim, civitatem Parisiensem, dum ad eam S. Dionysius venit, Germanorum conventu frequentissime celebrem exstitisse, Sanctorum nostrorum biographus haud obscure, utut perperam, verbis num. 12 recitat, significet, nec isthæc, ut jam docui, e Sancti cuiuspiam, qui prope Rhenum habitavit, Passione seu Vita, retentis etiam, quæ in hac occurrebant, Germaniæ et Germanorum nominibus propriis, mutuatus sit, proximum est, ut litteris ea commendasse illum dicamus, quod tunc, cum Sanctorum nostrorum Acta seu Passionem scriberet, Lutetia Germanis, civitatem hanc tum inhabitantibus, tum commercii causa frequenter advenientibus, abundavit.

14 Sed hæc de re illa sufficiant; ad id, quod hic potissimum spectat, jam veniamus. Cum e mox dictis Parisiensis civitas, dum Sanctorum nostrorum biographus floreret, Germanis afflueret, isque simul, civitatem eandem etiam tunc, cum ad eam Dionysius, Evangelium annuntiaturus, venit, Germanorum conventu frequentia- que

in qua, cum
is floreret,
Germani fre-
quentes exsti-
terint,
Ecivitatem et-
iam tunc,
cum Dionysius
ad eam
accessit, gen-
te illa,

A que nobilem exstitisse, diserte tradat, consecrarum est, ut, certo quidem non ante seculum vii, verosimillime autem non nisi post seculum vii, media sui parte aliquamdiu jam propectum seu sub posterioris huius seculi finem sequentisve initium Sanctorum nostrorum Passionem litteris mandarit. Res e jam nunc dicendis patescet. Hadrianus Valesius lib. 6 Rerum Franciarum ad animum 511 sic scribit: Genovefam natione Francicam fuisse, nomen Germanicum docet, compositum ut Genobaldus, Marcovefa, sive ejus majores a Romanis bello capti, et in vico agri Parisiaci Nammetoduro vel Nemptodoro collocati fuerant, sive sponte, patria relicta, ibi consederant, atque inter Gallos Gallicis moribus et ritibus assuescendo cultum idolorum Christiana religione mutaverant. Ita ille: qui profecto, qua ratione, ut sanctissima Parisiensium patrona, nomine Germanico Genovefa appellata nationeque Franca, in Galliis, Romanorum imperio subjectis, natales nancisceretur, factum esse possit, non ita, ut verbis recitatis facit, exposuisset, si seculo v, quo Sancta illa celeberrima nata est, Germanis affluisse vel Parisios vel agrum Parisiensem, credidisset. Et vero frequentes seu Parisiis seu in agro Parisiensi Germanos jam inde a seculo v, nedum citius, exstitisse, nihil omnino suadet, nec ullum hactenus, qui id contendat, eruditum invenire licuit.

15 Verum, anne, ut frequentes ibidem Germani exstiterint, seculo vi tandem haud factum? Chlodoveus I, Francorum rex, cum post partam de Siagrio, Romanorum duce, aliisque non paucis victoriam plurimasque Galliarum urbes ac regiones sibi subactas Gothis etiam cladem internecinam, Alarico eorum rege interfecto, in campis Vogladensibus intulisset, itaque suo imperio Aquitaniam adjecisset, Parisios, unde contra Gothos fuerat profectus, anno 508 est regressus, regnique sui sedem esse urbem illam jussit, ut Gregorius Turonensis lib. 2 Hist. Franc. cap. 28 testatur, de Chlodoveo, Turonas, jam superatis in pugna Vogladensi Gothis, ad S. Martini sepulchrum profecto, ita ibidem scribens: Egressus Chlodoveus Turonis Parisiis venit, ibique cathedram regni sui constituit; cum autem ex quo Clodoveus I regni sui sedem Parisiis constituit, maxima incrementa, ut Valesius supra laudatus atque non pauci docent, civitas illa acceperit, tunc verosimillime, ne dicam indubie, Parisios Germani paulatim non pauci, seu loci amenitate lucrique spe allecti, seu Chlodovei ejusque successorum, qui regiones Rheno adjectas, aliosque plures Germaniae tractus sub ditione sua tenebant, jussu eo translati, migrarint; adeo ut, etsi quidem Germani vel nulli vel certe pauci admodum dumtaxat sedem Parisiis seculo v habuerint, verosimillime tamen factum sit, ut sub seculi proxime sequentis finem aut etiam paulo citius ea multitudine, quam Passionis Dionysianae auctor indicat, praefatam civitatem, ad hanc etiam gente illa non paucis mercaturae exercendae causa haud raro venientibus, habitarent.

16 Porro cum haec ita habeant, ex eo quidem, quod, ut jam docui, Germani Parisiis frequentes ante seculum vi haud fuerint, idque tamen ibidem, cum Passionis Dionysianae auctor floreret, habuisse locum, sit necesse, consecrarum est, ut illam certe is ante seculum vi haud concinnarit; ex eo autem, quod demum e jam dictis sub seculi vi finem aut paulo dumtaxat citius frequentes Parisiis Germani exstiterint, idque tamen ibidem jam inde etiam a tempore, quo fidei luce civitatem

illam Dionysius illustravit, obtinuisse locum, Sanctorum nostrorum Passionis auctor haud obscure supra recitatis verbis perhibeat, consecrarum est, ut is lucubrationem illam non citius, quam vel sub seculi vii finem vel viii nonnihil forte etiam propecto adornarit. Parisiensis enim civitas a Germanis non paucis, uti modo monstravi, inhabitari mercaturaeque exercendae causa frequentari seculo demum vi primum cepit; id autem cum Bosquetianae Dionysii ac Sociorum martyrum Passionis auctor, utpote qui, civitatem illam jam inde a seculo i seu jam tum, cum ad eam, ut vult, S. Dionysius venit, Germanis affluisse, non obscure e jam dictis doceat, certissime ignoravit, et tamen, si vel ipso seculo vi vel paulo dumtaxat serius florisset, ignoraturus verosimillime haud fuisset, proximum est, ut illum, si non paulo serius, certe non citius, quam seculo vii senescente octavoque ineunte floruisse Sanctorumque nostrorum Passionem concinnasse, statuamus. Atque ita modo, quo haec tempore ab auctore suo fuerit conscripta, tam prope, quam per pauca, quae ad hoc definiendum complectitur, indicia fas fuit, determinavimus; nunc qua is fide polleat, § seq. examinare aggredimur.

§. II. Bosquetiana Acta qua fide seu auctoritate polleant, et qua ratione cuncta, quae ad Sanctos spectant, sint tractanda.

Actorum Bosquetianorum auctor nonnulla de fonte, e quo, quae de Sanctorum martyrio dicturus est, hauserit, in Prologo praefatus, mox sese, qua ratione locus, qui S. Dionysii patrocinio gaudet, seu pro patrono Sanctum hunc habet, sacrum illius corpus obtinere meruerit, explicaturum indicat. Qualiter... inquit num. 2, Cultorem Domini (S. Dionysium scilicet) locus, ejus gaudens patrocinio, habere promeruit,..... explicemus. Adhuc, nonnullis de duobus aliis Galliarum apostolis, S. Saturnino Tolosano videlicet et S. Paulo Narbonensi, num. 4 praemissis, mox, ut ad argumentum suum perveniat, sequentem loquitur in modum: Dum ergo ad peculiaris* Patroni gesta suscepti officii tendit obsequium; e binis autem huc jam transscriptis textibus, Actorum auctorem, et in S. Dionysii monasterio scripsisse, et pro peculiari patrono Dionysium habuisse, monachumque adeo aut etiam abbatem San-Dionysianum exstitisse, existimavit in novis suis in antiqua seu Bosquetiana S. Dionysii Acta Observationibus supra laudatus dominus le Beuf, in illius etiam opinionis suae confirmationem adjungens, seculis vii et viii, quorum altero, ut jam docui, dictorum Actorum auctor floruit, San-Dionysianos in Francia monachos positum habuisse in more, ut S. Dionysium, si hic forsitan in Scriptis, quae elucubrabant, commemorandus esset, peculiaris seu singularis patroni sui nomine distinguerent.

18 Verum Actorum auctor, dum loci, cujus Dionysius esset patronus, mentionem in priori e duobus jam datis textibus facit, nihil omnino, quo sese illius seu incolam seu inquilinum fuisse, dubium utcumque

AUCTORE
C. B.

E

Sanctorum
biographus,
qui an in mo-
nasterio San-
Dionysiano
scripserit

* Bosquetus
peculiaria

monachusque
ibidem, ut
vult le Beuf,
exstiterit, est

AUCTORE
C. B.

utcumque insinuet, in medium uspiam adducit; etsi autem peculiaris seu singularis patroni nomine in secundo ex iisdem textibus Dionysium distinguat, haudquaquam pronomine possessivo seu mei seu nostri afficit Patroni nomen. Hinc porro jam fit, ut, Auctorem auctorem in Sandionysiano monasterio scripsisse, huiusque seu monachum seu abbatem existisse, minime certum atque indubitatum efficiant, quæ allegat in Observationibus suis mox laudatis dominus le Beuf. Verum, etsi id ita habeat, nec uspiam etiam, quod sibi nomen fuerit, Sanctorum nostrorum biographus insinuet, non pauca tamen, e quibus quam fidem mereatur, colligas, lectori suppeditat. Ac primo quidem in Prologo ita loquitur: Hac ergo consideratione (divini scilicet adfuturi auxilii) audaciam nimis temeritatis assumens, quæ longo temporis fuerant obumbrata silentio, ipsius Divinitatis auxilio suscepta sunt revelanda; quia, ut habet testimonium veritatis, plus fidelium sunt relatione comperta, quam probentur ad nos lectione transmissa. Unde non sine

B certa æstimatione cognoscitur, quod novitas adhuc credentium populorum, gentilium crudelitate contrerita, formidavit scribere, quod tamen gaudebat, Dei famulos meruisse; cum sine dubio judicentur scripta, quæ fidelium sermo testatur impleta. Credendum enim de his est, et, abstersa dubietatis nube, totis viribus confitendum, eos, qui pro confessione Domini ac Dei nostri digni fuerunt subire martyrium, etiam ampliora tolerare valuisse, quam videtur succedentibus ætatis relatio, per populos transmissa, recollere.

auctoris
aqualis fidei
dem specta-
tis iis, quæ
ipsemet scri-
bit haud ne-
retur,

19 Secundo, paucis dumtaxat adhuc post hæc subministratis verbis, sic scribit: Qualiter enim cultorem Domini locus, ejus gaudens patrocinio, habere promeruit, quomodo aliorum Sanctorum vinctum illi agnoverimus fuisse consortium, sicut fidelium relatione didicimus, ipsorum juvamine Martyrum, quantum de se scire tribuunt, explicemus: hisce autem, quæ in duobus huc jam transcriptis textibus continentur, verbis ipsemet fateatur, sese Sanctorum Acta, non e jam scripta Historia, sed e communi, quæ, cum scriberet, obtinebat, fama fideliumve traditione seu relatione commendasse litteris, idque non prius, quam cum longissimum temporis spatium a Sanctorum martyrio jam esset elapsus; ut enimvero, spectatis etiam iis, quæ ipsemet scribit, nequiquam sibi auctoris seu æqualis seu subæqualis auctoritatem fidemve adjungat, maxime cum e supra dictis non citius, quam seculo VII senescente aut etiam VII nonnihil inchoato floruerit, seseque proinde ad quatuor ut minimum secula extendat longissimum illud temporis spatium, quod, priusquam manum scribendis Sanctorum Actis admoveret, seculi III fine circiter seu ab illorum, quod ex infra dicendis epochæ huic innectendum, martyrio effluvit. Michaël Felibianus in erudita, quam scriptæ a se monasterii Sandionysiani Historiæ præmisit, Dissertatione § 1 paulo post medium contendit, Bosquetianæ Sanctorum nostrorum Passionis potius, quam S. Genovefæ Vitæ, fidem esse adhibendam in iis, quæ ad S. Dionysium spectant. Verum cum idcirco potissimum id velit, quod eodem, quo Vita S. Genovefæ fuit contexta, seculo VI Bosquetianam Sanctorum Passionem adornatam, existimet, hæcque ejus opinio a vero, ut modo probavi, aliena sit, non est, cur nos hic scriptor ille moretur.

20 Nec est etiam, cur, id faciat epistola, sub annum 836, uti in Commentario, Actis S. Dionysii Areopagitæ prævio, docui, conscripta, qua Ludovicus Pius imperator Hilduino, Sandionysiano tunc abbati, in mandatis dedit, ut, quæcumque sparsim de S. Dionysio, Parisiensi antistite, quem cum Areopagita eundem putabat, in variis seu Græcis seu Latinis documentis memorie prodita invenisset, in compendium, nova eum in finem lucubratione adornata, contraheret; etsi enim is princeps documentis illis Passionis Dionysianæ libellum accenseat, anne tamen Bosquetianam Dionysii Passionem per hunc intelligat, plane est incertum, et, quamvis secus foret, nihil omnino, quod libelli illius antiquitatem fidemve commendare natum sit, in præfata epistola occurrat, uti apud Surium, qui hanc ad 1x Octobris diem collectis a sese Sanctorum Actis inseruit, videre licet. Aliqui quidem, quo Dionysianæ per Bosquetum vulgatæ Passionis, quam cum dicto Passionis Dionysianæ libello eadem faciunt, pretium extollant, a Ludovico imperatore sub monumentis antiquis, quæ Hilduinum ex ecclesiæ Parisiæ archiepo depromere jussit, memoratum libellum esse comprehensum, affirmant; ast, ut pateat, quam certo a veritate illi in hac sua assertione aberrent, ipsamet verba huc spectantia, quibus, quod dictum, princeps ille in dicta epistola Hilduino præcepit, transcribo. Idcirco... monere te volumus, ut quicquid de ejus (Dionysii) notitia ex Græcorum historiis per interpretationem sumptum, vel quod ex libris, ab eo patrio sermone conscriptis, et auctoritatis nostræ jussione ac tuo sagaci studio interpretumque sudore in nostram linguam explicatis, huic negotio inseri fuerit congruum, quodque etiam in Latinis condicibus jam inde habes inventum, adjunctis eis, quæ in libello ejus passionis continentur, nec non et illis, quæ in tomis vel chartis vetustissimis armarii Parisiæ ecclesiæ, sacræ videlicet sedis suæ, prolatis inveneras, et obtutibus nostræ serenitatis ostenderas,.... in corpus unum redigas.

21 Talia sunt, quæ, ut insinuavi, huc spectant, Ludovici Pii verba; per quæ certe abs hoc Passionis Dionysianæ memoratum libellum nequiquam sub monumentis, quæ is princeps ex ecclesiæ Parisiæ archiepo ad novam de S. Dionysio lucubrationem contexendam depromere Hilduinum jussit, fuisse comprehensum, omnino fit perspicuum, uti nemo non fatebitur, qui præfata hucque jam transcripta verba vel perfunctorie expenderit. Sive itaque per Passionis Dionysianæ libellum, in dicta Ludovici Pii epistola memoratum, intelligatur, sive non intelligatur Bosquetiana Dionysii Passio, nihil omnino ad hujus pretium epistola illa, quo morari amplius nos hic debeat, adjungit. Dominus le Beuf, sæpius jam laudatus, qui idem, quod jam dixi, de memorato Passionis Dionysianæ libello dictaque, in qua hic forsitan recensetur, Ludovici ad Hilduinum epistola, sentit, non pauca præterea alia in novis suis in Bosquetiana Dionysii Acta Observationibus in medium, quo horum fidem eleve, adducit; verum hac e longissimo temporis spatio, quo auctor a Sanctis rebusque ad hosce spectantibus remotus vixit, infidæque, e qua has litteras mandavit, fama popularive traditione satis superque jam infirmata, ea omnia aut certe præcipua, quæ istum in finem laudatus scriptor allegat, non in prævio hocce Commentario, sed in Annotatis, quæ Actis, huic subdendis, pro more nostro

nec quidquam
ad hanc mo-
menti e Lu-
dovici Pii

E

ad Hildui-
num epistola
accidere osten-
ditur,

P

A nostro subnectam, adducturus sum; hæc autem, non prout primum (adi, quæ num. 1 dicta sunt) a Francisco Bosqueto, Monspelienſi episcopo, fuere vulgata, sed prout secundo, Michaële Felibiano, Benedictino monacho, curante, emendatius prodire in lucem, iteratis typis recudere est futurum.

ordoque, quo quæ ad Sanctos spectant sint tractanda, exponitur.

22 Ut porro tam quæ ante, quam quæ post id, quod facturum me jam dixi, præstiturus adhuc sim, sicque omnem, quo, quæ ad Sanctos nostros spectant, tractaturus sim, modum ac ordinem modo etiam exponam, quæcumque de Sanctis nostris rebusque ad eos spectantibus seu in Actis edendis seu in aliis quibuscumque litterariis monumentis, seculo VIII, quo circiter, ut docui, exarata illa sunt, anterioribus, memoriæ prodita inveniuntur, ea omnia in prævio hocce Commentario discutiam, quæ vero in lucubrationibus scriptisve quibuscumque seculo VII posterioribus narrata gestaue simul post hoc sunt, ea omnia in duabus, quas Actis edendis subjungam, Appendicibus examinato; ac in harum priori quidem generatim de iis omnibus, quæ ad Sanctorum nostrorum a seculo VIII cultum, reliquias, miraculaque spectant, tractabo; in posteriori vero examinabo singularem controversiam, qua, an in San-Dionysiano in Francia monasterio S. Dionysii, Parisiensis episcopi ac martyris, corpus hodieque asseretur, an contra id, jam inde a seculi IX fine furto subreptum atque e Francia in Bavariam ab Arnulpho imperatore translatum, Ratisponense S. Emmerammi in Bavaria monasterium possideat, disceptatum ab eruditissimis jam dudum fuit modoque adhuc disceptatur. Rem ipsam aggrediamur.

§ III. Quamnam S. Dionysii Sociorumque ejus in Galliam missioni epocham Bosquetiana Acta assignent, et an, eam amplectendam esse, vel hæc, vel datum Apostolis de fide ubique prædicanda præceptum, vel denique generales quædam Patrum assertiones evincant.

Sanctorum Acta, utpote quæ, prout a Felibiano sunt edita, in hæc adductis de Dionysio

Antiqua SS. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii Acta, prout primum a Bosqueto Ecclesiæ Gallicanæ Historiarum part. 2, pag. 68 et quinque seqq. e quinque Mss. optimæ notæ codicum fide edita fuerunt, num. 5 sic habent: Sanctus igitur Dionysius, qui, ut ferunt, a successoribus Apostolorum Verbi divini semina gentibus eroganda suscepit, . . . Parisios, Domino ducente, pervenit; cum autem per Apostolorum successores, a quibus Dionysium in Galliam seu Parisios Evangelii annuntiandi causa missum fuisse, verbis hisce traditur, Romani Pontifices, tam qui III aut IV, quam qui I Ecclesiæ seculo floruerunt, possint intelligi, nec alibi, quandonam Dionysius in Gallias missus fuerit, præfata Acta distinctius edoceant, consecrarium est, ut, si illorum, quam jam suppeditavi, lectio genuina sit, nullam eorumdem auctor anonymus definitam S. Dionysii ac

Sociorum ejus in Gallias missioni epocham assignet, utque proinde hanc non magis seculo I quam III aut IV affigat. Verum pro verbis, quæ ex dictis Sanctorum Actis, prout a Bosqueto primum fuere vulgata, jam recitavi, in horum emendatiori, e qua et ego illa, ut jam monui, Commentario huic subjecturus sum, editione, a Michaële Felibiano curata, sequentia isthæc num. 5 leguntur: Igitur sanctus Dionysius, qui, tradente sancto Clemente, Petri Apostoli successore, Verbi divini semina gentibus eroganda suscepit, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illuc intrepidus et calore fidei inflammatus accessit, ac Parisius, Domino ducente, pervenit; genuinam autem esse hanc lectionem, seu re etiam vera, quod ea significatur, anonymum Actorum auctorem significare voluisse, verosimilius apparet.

24 Ea sedet sententia primo quidem, quod in aliquo saltem e quinque Mss. optimæ notæ codicibus, e quibus Acta illa Bosquetus edidit, fuerit etiam eadem lectio ab eruditissimo hoc scriptore reperta, uti ea nota marginali, iis appositæ, qua alias, Qui tradente beato Clemente, Petri Apostoli successore, legi indicat, concludendum videtur; deinde vero, quod in plerisque iisque antiquioribus Actorum illorum exemplaribus, quæ supra sæpissime jam laudatus dominus le Beuf præ oculis habuit, quæque octingentorum aut etiam nongentorum annorum ætatem præferbant, scriptor ille, uti ipsemet in novis suis in Bosquetiana Dionysii Acta Observationibus pagg. 45 et 49 affirmat, pariter invenerit: Igitur S. Dionysius, qui, tradente S. Clemente, Petri Apostoli successore, Verbi divini semina gentibus eroganda suscepit, . . . Parisius, Domino ducente, pervenit. Adhæc Actorum auctor, priusquam de S. Dionysii ad civitatem Parisiensem accessu sermonem instituat, nonnulla de SS. Saturnino et Paulo præfationis in modum præmittens, ambos hosce Sanctos, quorum alter Tolosanum, alter Narbonensem ecclesiam fundavit, ab ipsismet Apostolis consecratos fuisse episcopos, non obscure indicat, ut verborum, quibus utitur, contextum vel utcumque expendenti patescet; id autem cum ita habeat, ac, spectato, quem tenet, narrationis modo, una cum duobus dictis sanctis antistitibus aut certe haud dudum post hosce in Galliam venisse S. Dionysium, insinuare videatur, F est sane, cur vel idcirco hujus in amplissimam isthanc Romani imperii provinciam missionem S. Clementi Papæ I, qui Apostolorum ætati proximus fuit, adscripsisse credatur. Omnibus itaque sedulo expensis, antiquorum Dionysii Actorum lectio, quam e Felibiani horum editione num. 23 exhibui, pro genuina, ut apparet, verosimilius est habenda. Hinc porro jam consequitur, ut Actorum auctor, S. Dionysium in Gallias a S. Clemente Papa I ac proin seculo I, quo is Ecclesiæ præfuit, missum fuisse, significare verosimilius voluerit, reque etiam ipsa per lectionem illam significarit.

25 Verum an eo seu antiquis, quæ scripsit, Actis standum hic certo est? Supra sæpissime laudatus dominus le Beuf in novis suis in antiqua illa Dionysii Acta Observationibus non pauca, quæ horum fidem atque auctoritatem plurimum elevarit, in medium, ut jam supra monui, adducit, ac tandem concludit, ex omnibus, quæ adstruunt, certum dumtaxat esse, diversa Dionysium pro Christo subisse supplicia, capiteque tandem fuisse truncatum. Launoyus, etsi quidem nihil, ob quod merito

AUCTORE C. B.

in Gallias missionem veris genuina apparent, seculo I hanc effigunt;

E

F

verum epocham, quam in eventui illi assignant, certam facere haud queunt,

AUCTORE
C. B.

merito Acta illa magnopere carpenda videantur, alleget, ea tamen nullo habet in pretio. Verum quocumque demum loco sive apud duos illos scriptores sive apud alios quoscumque fuerint, satis superque, quæ supra de eorum ætate disserui, ostendunt, tuto ex iis tempus, quo Dionysius in Gallias venerit, determinari non posse. Cum enim (adi § 1) non prius, quam vel seculo VII senescente vel VIII, nonnihil forte etiam propecto, fuerint conscripta, certeque non serius, quam seculo tertio ad finem jam inclinante Dionysius martyrii palmam, uti ex infra dicendis patescet, fuerit adeptus, Actorum auctor a tempore, quo id ac proin Sancti nostri in Gallias missio evenit, quatuor ut minimum, imo vero, si hæc, uti is vult, Clementi I Papæ adscribenda sit, sex amplius seculis vixit remotus. Quod cum ita sit, longius certe ab eventu illo abfuit, quam ut epocham, quam ei e populari tantum (neque enim, uti e supra dictis liquet, in rem suam quid aliud adducit) relatione, infidæque adeo fama assignat, certam atque indubitatam sola sua auctoritate queat efficere, locum scilicet hic obtinente, quod ab eruditiss omnibus magni fit, Baroniano isthoc

B effato: Quod a recentiori auctore de rebus antiquis sine alicujus vetustioris auctoritate proferatur, contemnitur. Utcumque itaque verosimilius, imo prope etiam certum appareat, ab anonymo Actorum auctore scribi, Dionysium sociosque ejus Rusticum et Eleutherium a Clemente I in Gallias missos fuisse, anne tamen id a Pontifice illo, seu I, quo hic floruit, seculo re etiam vera fuerit factum, dubium adhuc atque incertum admodum manere, est necesse.

nec eam, vel datum Apostolis de Evangelio ubique annuntiando præceptum,

26 At vero, inquit, Christus Dominus (Marcum cap. 16, §. 15 videsis) Apostolis, ut euntes per mundum universum omni creaturæ Evangelium prædicarent, injunxit, utque, ut divino suo Magistro obtemperarent, Evangelii quaquaversum diffundendi ergo non tantum gentes, Romano imperio subjectas, verum etiam Scythas, Parthos, Indos, Ethiopes aliasque nationes barbaras adierunt. Fateor, sic habet; atque hinc quidem, Apostolos, maxime si, ut Eusebius lib. 3 Demonstrat. Evang. cap. 5 observat, Oceanum prætervecti ipsi quoque Britannicis insulis fidei lumen intulerint, in Gallia pariter, per quam ad hæc iter est, Evangelii lucem vel per se vel saltem per discipulos suos sparsisse, vero simile evadit. Verum quid tum? Sit ita; imo vero, divinam Providentiam, quæ Evangelii semen per orbem universum disseminari voluit, minime fuisse permissura, ut id statim in Galliis, Italiae, quam Petrus et Paulus adierunt, vicinis facileque adeo per hosce lustrari valentibus, haud spargeretur firmissime etiam credatur, atque vel hinc, ad Gallos, S. Petro Apostolo, cui Occidentis cura peculiariter incumberebat, potissimum curante, fidei Christianæ lumen fuisse jam inde a seculo I allatum, pro certo præterea habeatur, hincne merito poterit inferri, jam tum quoque Dionysium ejusque socios Rusticum et Eleutherium in Gallias, ut Parisienses fidei lumine illustraret, a Clemente I Papæ missos fuisse? Neutiquam sane, nisi forsan, seculo I Parisiis non tantum fidem prædicatam, verum etiam, hac suscepta, ecclesiam (neque enim ibidem prædicavit solum, sed et ecclesiam, instituto etiam episcopatu, fundavit Dionysius) fundatam proprioque episcopo donatam fuisse possit probari. Id illi, qui Sanctorum nostrorum in Gallias missionem seculo I innectendam contendunt, haud difficulter agnoscunt, hincque multas

alias Galliarum ecclesias, quæ, non secus ac Parisiensis ecclesia, sese jam inde a seculo I fuisse fundatas propriosque, a quibus regerentur, episcopos habuisse, gloriantur, re etiam vera jam tum fundatas atque a propriis, quos habuerint, episcopis rectas fuisse, probare nituntur.

27 Ac id quidem ut effectum dent, generales quasdam S. Justini, S. Irenæi et Tertulliani assertiones, e quibus jam inde a seculo 2 ac III fidem in Galliis susceptam ecclesiasque, episcopales etiam, seu quæ a propriis suis regerentur episcopis, fundatas fuisse, contendunt, in opinionem suam præsidium adducunt; verum præterquam quod, dato etiam, in Galliis plures jam tum exstitisse ecclesias, consecratarum inde ex infra dicendis nondum sit, ut id etiam ibidem jam inde a seculo I obtinuerit locum, generales illæ, quas afferunt, assertiones, si maturius expendantur, neutiquam tot, quot volunt, ecclesias, quæ proprios haberent episcopos, sec. 2 et III in Galliis exstitisse, evincunt. Ut id probatum dem, verba omnia, quibus singulæ apud tres scriptores laudatas conceptæ inveniantur, seu quid quisque horum, quod huc spectat, suppediet, in antecessum huc transcribo. Prior, seu S. Justinus, qui sub seculum 2 medium scripsit, Tryphoni Judæo, ne tum quidem gentem Judaicam ab Oriente sole ad Occidentem usque esse dispersam, in Dialogo opponens, sic habet: Sunt gentes quedam, ubi nondum vestri corporis quisquam habitavit. Atqui ne unum quidem genus est mortalium, sive barbarorum, sive Græcorum, sive aliorum omnino, quocumque appellentur nomine, inter quos per nomen crucifixi Jesu supplicationes et gratiarum actiones Patri et Fabricatori omnium non fiant. Secundus seu S. Irenæus in Opere, quod adversus hæreses anno circiter, ut nonnullis videtur, 180 conscripsit, lib. 1, cap. 3 sic scribit: Et in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est: et neque hæc, quæ in Germaniis fundatæ sunt, ecclesiæ aliter credunt aut aliter tradunt; neque hæc, quæ in Iberis, neque hæc, quæ in Celtis, neque hæc, quæ in Oriente, neque hæc, quæ in Egypto, neque hæc, quæ in Lybia, neque hæc, quæ in medio mundi sunt constitutæ.

28 Tertius seu Tertullianus, qui seculo tertio inchoato floruit, in libro adversus Judæos cap. 7 ita memorat: Getulorum varietates, et Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini et Galliarum diversæ nationes, et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita etc. Atque hæc sunt generales, quas, qui Dionysii missionem Clementis I Papæ pontificatui seu seculo I innectunt, in rem suam allegant, Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones; ast quo harum prima seu Justini vera sit, ne quidem requiritur, ut jam tum, cum is Sanctus scriberet, seu sub seculum 2 medium ecclesiæ parciales, seu quæ non ab episcopis, sed ab inferioribus dumtaxat ordinis sacerdotibus regerentur, apud omnes omnino, quas memorat, nationes fuerint fundatæ; sufficit enim, si tum vel aliqui, qui Deo Patri per crucifixi Jesu nomen supplicarent seu in Deum Filiumque ejus unicum Jesum Christum crediderint, fuerint in illarum singulis inventi. Id cuique, qui recitata Justini verba, utpote quæ, ut philosophi loquuntur, de generibus singulorum possint, necessarioque adeo de singulis generum haud debeant exponi, attente expenderit, fiet perspicuum; ut enimvero nequeat vel utcumque ex hisce seu ex supra data generali Justini assertionem inferri, in Galliis jam tum, cum is Sanctus

vel generales Justini, Irenæi et Tertulliani, quæ hic recitatis

verbis coniciuntur, assertiones quasdam, utpote quæ

A ctus floreret, seu sub seculum 2 medium ecclesias non paucas, quæ proprios haberent episcopos, fuisse fundatas. Atque hæc hactenus de Justino; ad S. Irenæum jam venio. Is quidem, dum lib. 1 contra hæreses cap. 3, veram fidem ex una eademque doctrina, quam varix per orbem universum constitutæ ecclesiæ seu fidelium congregationes profitebantur, probari affirmat, ecclesias jam tum, cum scriberet, seu seculo 2 vergente ad finem, in Celtis seu apud Celtas (adi ejus supra huc transcripta verba) exstitisse, seu, quod eodem recidit, Celtarum regionem ecclesias sinu suo fuisse complexam, aperte insinuat.

in Sensu
particulari
seu uti hic
nominatum
tam

29 Verum sitne sibi de episcopatibus, an de paræcialibus tantum, quæ tum apud Celtas fuerint, ecclesiis sermo, ne minime quidem verbo prodit; quod cum ita sit, quo generalis seu potius indefinita, qua, quod dici, insinuat, assertio vera sit, ne quidem itidem requiritur, ut vel multæ apud Celtas ecclesiæ paræciales, seu quæ non ab episcopis, sed ab inferioris dumtaxat ordinis sacerdotibus gubernarentur, tum exstiterint. Id enim ut obtineatur, sufficit, si vel duæ aut tres dumtaxat hujusmodi ecclesiæ, utut

B nec magno christicolarum numero singulæ constitissent, ibidem seu in Gallia Celtica fuerint eo tempore jam constitutæ. Res vel e solis Irenæi verbis attente considerata manifesta evadet. Reponunt quidem, per Celtas, ab Irenæo memoratas, esse intelligendos, non tantum incolas Galliarum, quæ a Cæsare Celtica appellatur, quæque ultra Lugdunensem et Narbonensem Galliam haud multum unquam fuit extensa, verum etiam Gallos universim omnes, ac proin etiam illos, qui Aquitaniam et Belgicam incolebant. Ita autem, quod, cum S. Irenæus natione fuerit Græcus, Græcæque etiam scripserit, vocabulum Celta, ut dubitandum non apparet, in significatione, quam apud Græcos seu in horum lingua habet, usurpari; Græci autem Gallos universim omnes ac proin tam qui Galliam Aquitanicam et Belgicam, quam qui Lugdunensem et Narbonensem incolerent, Celtarum nomine distinguere soluerint, ut apud Strabonem lib. 4 Geographiæ, et Appianum lib. 4 de bello civili est videre. At vero, sit et hoc, ut volunt; Gallicæ adeo universim omnes, non minus videlicet Belgæ et Aquitani, quam Lugdunenses et Narbonenses, apud

C Irenæum Celtarum nomine, apud quos is, cum suum adversus hæreses exararet Opus, ecclesias constitutas fuisse indicat, citra omnem controversiam venerint, hinc tamen, quo vera memorasse sanctus ille scriptor credatur, necessarium nondum erit, ut jam tum multæ paræciales ecclesiæ in Gallia tam Aquitanica et Belgica, quam in Lugdunensi et Narbonensi, seu in omnibus et singulis quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam est partitus, provinciis exstiterint.

quantum ad
S. Irenæi,
qui ex Eusebio

30 Fac enim, Irenæum in suo adversus hæreses Opere prodidisse memorari, ecclesias, cum id exararet, non apud Celtas seu in Celtica, sed apud Gallos seu in Gallia, sub quo certe nomine Celticæ seu Gallicæ provinciæ omnes comprehenduntur, exstitisse, a vero ita illum aberrasse, quis dicat, si, cum id scriberet, vel duæ dumtaxat aut tres in Gallia seu Narbonensi seu Lugdunensi, quæ duæ Galliarum provinciæ minus, quam Aquitanica et Belgica, ab Italia sunt remotæ, ecclesiæ paræciales, seu quæ ab inferioris dumtaxat ordinis sacerdotibus regerentur, exstiterint?

Nemo sane, quantum opinor, nisi qui simul, contra ac ratio dictat, arbitretur, pariter dici, veritate salva, non posse, fidei lumen seculo 1 in Gallias fuisse illatum, si in unam dumtaxat aut alteram Galliarum civitatem provinciamve id inferri tum contigerit. Etsi itaque opinioni, quæ, jam inde a seculo 2 multas, quas proprii episcopi regerent, ecclesias in Galliis seu in harum quatuor supra memoratis provinciis exstitisse, statuit, suffragari primo intuitu supra huc transcripta Irenæi verba videantur, in rigore tamen seu in significatione, quam nude secundum se spectata important, ne quidem jam tum multas, quibus etiam inferioris dumtaxat ordinis sacerdotes præessent, ecclesias in provinciis illis omnibus et singulis exstitisse evincunt. At vero, iniquis, Eusebii de controversia, quæ inter Victorium Papam et Asiaticos efferbuit, Hist. Ecclesiasticæ lib. 5, cap. 23 sermonem instituens, haud paucas paræciales saltem, quibus S. Irenæus præfuerit, ecclesias in Galliis exstitisse, utcumque insinuare videtur.

31 Ibidem enim epistolis, quas, ne alio umquam, quam Dominico die, mysterium Resurrectionis Domini celebraretur, synodi episcoporum atque ecclesiæ diversæ, condito ea de re decreto, ad universos Christi fideles scripserunt, epistolam ecclesiarum seu paræciarum Galliarum, quas Irenæus administrabat, accenset, Græca hæc usurpans verba: Τῶν κατὰ τὴν Γαλιαν... παροικούντων, ἀπὸ ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν * ita autem, ut videri non immerito potest, ecclesias, paræciales saltem, quibus S. Irenæus in Galliis præfuerit, haud paucas numero fuisse, utcumque insinuat. Etsi itaque, quo veritati consonet num. 27 huc transcriptus Irenæi textus, ne quidem e jam dictis requiratur, ut sancti hujus Lugdunensis episcopi ætate ecclesiæ paræciales non paucæ in Galliis exstiterint, multas tamen re vera ibidem, ac præcipue quidem in Narbonensi et Lugdunensi provinciis, Italiæ vicinioribus, ecclesias hujusmodi exstitisse, ex Eusebio concludendum apparet. Fateor, sic habet; neque enim Irenæum uni dumtaxat aut alteri paræciali ecclesiæ in Galliis præfuisse, verosimile apparet. Verum quid tum? Hincne forsitan etiam inferas, tum pariter, quod qui Dionysium seculo 1 missum contendunt, potissimum probare deberent, non paucas ecclesias episcopales, seu propriis suis episcopis donatas, quibus Irenæus præesset, in Gallia exstitisse, illasque adeo hunc per ecclesias, quas in Christum ibidem ætate sua credidisse, supra huc transcriptis verbis indicat, intellexisse?

multis quidem
paræcialibus
E

32 Verum, quo minus istud credatur, ipsemet proxime jam laudatus obstat Eusebius. Etsi enim vocabulum Græcum παρεκκλήσια, quod in textu jam nunc dato adhibet, pro diocesi seu tractu ampliori, qui ab episcopo in spiritualibus gubernatur, subinde usurpetur, id tamen ibidem non in hac significatione, sed in altera, qua etiam pro tractu minus amplo, inferioris ordinis sacerdoti subjecto, a scriptoribus antiquis adhibitum invenitur, a scriptore illo videtur, usurpari. Ea sedet sententia, quod hic locis aliis ea suppeditet, e quibus, Irenæi ætate haud multos episcopos ac proin nec tractus, qui ab hisce gubernarentur, in Galliis exstitisse, haud immerito colligas. Quotiescumque enim de rebus in Gallia tum gestis, ac de ecclesiarum ibidem seu fundatione seu facta per gentiles vexatione sermonem instituit, solius semper Lugdunensis episcopi,

ut non item
episcopatibus

AUCTORIS
C. B.

scopi, nusquam alterius, mentionem facit. Adhæc, dum controversiam de tempore, quo Pascha celebrari deberet, inter Victorem Papam et Asiaticos exortam, loco supra cit. exponit, Irenæum, quasi solum, qui Galliarum ecclesias episcopali jure tum moderaretur, duobus locis diversis exhibet; altero quidem, dum iis, qui Victorem Papam, Asiaticas ecclesias a sua communione abscindere meditantem, litteris objurgarunt, sanctum illum Lugdunensem episcopum accenset, eundemque, quibus præerat, fratrum in Gallia commorantium nomine id fecisse, Hist. Ecclesiasticæ lib. 5 supra cit., cap. 24 scribit; altero vero, dum Galliarum ecclesiis, quæ, ne alio unquam die, quam Dominico, Pascha celebraretur, universos Christi fideles, scriptis ad hosce litteris, monuerant, Irenæum, nulla prorsus alterius episcopi mentione facta, præfuisse, eodem dictæ Historiæ lib. 5, cap. 23 tradit. Locutus prior ita fere habet: Irenæus ex persona fratrum, in Gallia commorantium, quibus præerat, ad eundem, Victorem scilicet Papam, scripsit: quibus verbis, Irenæum fratribus, in Gallia degentibus, præfuisse, seu hosce moderatum esse, disertissime sane traditur.

B ecclesiis

33 Ac iis quidem episcopali dumtaxat, ut jam innui, jure, non autem metropolitico aut etiam exarchico patriarchico, præfuisse videtur. Eam enim hierarchiæ formam, quæ et episcopos metropolitanis et metropolitanos exarchis subiceret, jam inde ab Irenæi ætate seu seculo 2 in Galliarum ecclesias introductam fuisse, a nullo usquam probatum invenio. Adhæc antiqui, qualis est Eusebius, scriptores, non episcopos, sed plebem Christianam per eos, quos fratres appellant, designare solent. Quæ cum ita sint, certe Irenæum, quasi solum, qui, exorta, quam dixi, controversia, Galliarum ecclesias, et quidem episcopali dumtaxat jure, moderaretur, priori e duobus jam dictis locis exhibere Eusebius videtur. Id autem posteriori luculentius adhuc, ni fallar, facit. Ibi enim, dum varias, Romanam videlicet, Palestinam, Ponticam, Osrhoenam et Corinthiacam, synodos, adversus Asiaticos, luna decima quarta Pascha celebrandum contententes, coactas, recenset, eas omnes, una dumtaxat, quæ forsitan nec episcoporum fuerit, Osrhoëna excepta, episcoporum synodos, et quæ in hisce definita sunt, episcoporum, non omissis etiam horum, qui synodis interfuerunt, nominibus, decreta diserte appellat; ubi vero de decreto, quod de eadem controversia Galliarum ecclesiæ condiderunt, conditumque cum universis fidelibus, datis ad hosce litteris, communicarunt, sermonem instituit, id, non episcoporum, sed ecclesiarum seu potius (Græcus enim Eusebii textus habet τῶν κατὰ Γαλλίαν παροικούντων) paræciarum Galliæ decretum appellat.

C præfuisse

34 Jam vero, cum res ita habeat, Eusebiusque illud ecclesiarum seu paræciarum Galliæ decretum, si a pluribus episcopis conditum fuisset decreti episcoporum nomine non minus, quam alia, quæ memorat, decreta, ab episcopis in synodo congregatis edita, distincturus fuisse videatur, nec tamen distinguat, decretum illud non a pluribus Galliarum episcopis, sed tantummodo ab ecclesiis, quas Irenæus episcopali jure moderabatur, conditum verosimillime fuerit. Hic porro haud immerito nunc inferas, tum præter Irenæum vel nullos, vel certe dumtaxat, paucos admodum episcopos in Galliis existitisse.

Opponi quidem hic potest, qui a Labbeo aliisque D Conciliorum editoribus laudatur, libellus synodicus, a Joanne Pappo Argentorati anno 1601 primum vulgatus, in quo tredecim episcopi habitæ ab Irenæo de tempore, quo celebrandum esset Pascha, Lugdunensi synodo interfuisse asseruntur; verum ille vel nullam vel certe exiguam tantummodo fidem hac in re meretur, utpote seculo demum 1x, ac proin pluribus ab ea gesta seculis ab auctore ignoto scriptus. Quod cum ita sit, nosque adeo hic monumentum illud morari non debeat, consecrarium ex omnibus jam dictis fit, ut, si Eusebio stare velimus, Irenæi sane ætate haud multi in Galliis episcopi ac proin nec ecclesiæ episcopales, quæ ab hisce gubernarentur, existerint. At vero, inquit præterea, quid si Eusebius duobus locis supra citatis solius S. Irenæi, nec aliarum, quam quas hic, exorta, quæ dicta est, controversia, episcopali jure in Galliis moderabatur, ecclesiarum meminerit, non quod tum præter Irenæum et ecclesias illas nec alii multi episcopi, nec aliæ multæ ecclesiæ episcopales in Galliis fuerint, sed quod solus S. Irenæus, reliquis silentibus Galliarum episcopis, præfatæ controversiæ sese immiscuerit?

E videtur,

35 Certe non est, cur Eusebius, dum altero e duobus supra cit. locis de fratribus seu Christi fidelibus, altero de ecclesiis, Irenæo in Gallia subjectis, sermonem facit, de omnibus omnino Christi fidelibus ecclesiisque, in Gallia exstantibus, intelligatur. Nec est adeo etiam, cur, salva eorum, quæ scribit, veritate, et fideles alii, et ecclesiæ item aliæ, quam quibus Irenæus præesset, in Gallia nequeant tum fuisse. Fateor, sic habet: verum præterquam quod aliarum equidem, Irenæo non subjectarum, quæ tum in Galliis fuerint, ecclesiarum mentionem Eusebius haud usquam faciat, parum admodum verosimile apparet, futurum fuisse, ut e Galliarum episcopis, si tum hi numero haud pauci fuissent, solus Irenæus præfatæ controversiæ, sese immiscuisset; hæc autem cum ita sint, sane ex iis, quæ Eusebius suppeditat, haud multos episcopos ac proin nec multas episcopales ecclesias, seu tractus, qui ab episcopis gubernarentur, in Galliis Irenæi ætate seu seculo 2 senescente fuisse concludendum apparet. Verum demum etiam, Irenæi ætate aliquot saltem adhuc præter Irenæum episcopos ac proin et aliquot etiam episcopales ecclesias in Galliis Lugdunensi, in qua is episcopum agebat, existitisse, hasque adeo Eusebium per paræcias, quibus Irenæum in Galliis præfuisse scribit, intellexisse, nondum hinc consequens erit, ut aliquot adhuc alii episcopi ac proin et tractus, quibus episcopi præessent, ni reliquis pariter Galliarum provinciis, Narbonensi videlicet, Aquilanica et Belgica, tum existerint, nedum ut id Irenæus per verba supra huc transcripta significatum voluerit.

36 At vero, inquit, diversas Galliarum nationes ætate sua in Christus credidisse, Tertullianus equidem verbis, supra huc transcriptis, memoriæ prodit; hinc autem (neque enim hæc alias veritati videntur futura consona) scriptoris illius ætate non tantum Galliæ Lugdunensis, sed et Aquitanicæ, Belgicæ ac Narbonensis nationes seu populos in Christum credidisse, fuisseque adeo aliquot saltem in omnibus et singulis illis quatuor Galliarum provinciis ecclesias episcopales, episcoposque, qui hisce præessent, statuedum apparet. Jam vero, cum res ita habeat, annisque dumtaxat triginta circiter Tertullianum

quam quantum ad Tertullianum,

A num Irenæus sit prægressus, quid ni hujus pariter ætate aliquot etiam, ut pauciores, quam cum postea Tertullianus floruit, episcopales ecclesias episcoposque, qui hisce præessent, in omnibus et singulis dictis quatuor Galliarum provinciis exstitisse, credamus? Ita, qui id tum ibidem obtinuisse locum atque ab Irenæo supra huc transcriptis verbis memoriæ prodi, contendunt, possunt arguere. Verum quid si ne Tertulliani quidem ætate tot, quot volunt, ecclesiæ episcopales in omnibus et singulis dictis quatuor Galliarum provinciis exstiterint? Diversas quidem Galliarum nationes, unde tantam ibi ecclesiarum episcopatum pro tempore illo multitudinem inferas, ætate sua in Christum credidisse, scriptor ille loco supra cit. tradit; verum quid si per Gallias, de quarum nationibus diversis sermonem ibidem facit, non tantum Gallias, quæ trans Alpes, sed et quæ cis Alpes sitæ essent, intellexerit? Sane re ipsa illum Galliarum nomine tam Galliam Cisalpinam, quam Transalpinam loco cit. designasse, vel ex eo apparet, quod in longissima, quam ibidem facit, diversarum orbis partium, Christo ætate sua subjectarum enumeratione ne minime quidem verbo earum, quas

B Cisalpina Gallia complectebatur, expresse meminert.

C 37 Has quidem a Tertulliano Galliarum nomine intelligi non posse, nonnulli contendunt, quod, ut Strabo, Mela et Plinius docent, Augustus, Italiam Solidam in regiones undecim partitus, Gallias in quatuor provincias, Narbonensem scilicet, Lugdunensem, Belgicam et Aquitanicam, diu ante Tertulliani ætatem seuerit, sique, ut Petrus de Marca in sua supra laudata ad Hadrianum Valesium epistola vult, nova illa provinciarum Romani imperii divisione ab Italia, cujus antea partes aliquot Galliarum Cisalpinæ nomine venerant, Galliarum nomen, hisce objectu Alpium terminatis, amoverit. Verum Augustus, novam provinciarum Romani imperii divisionem instituens, nequam ex harum numero Cisalpinam Transalpinamque Galliam sustulit, seu, quod eadem recidit, non effecit, ut aut hæc aut illa Gallia amplius haud nominaretur. Evincunt id varii scriptores antiqui, qui, quamquam post Augustum floruerint, Italiam tamen partes, quæ Gallia Cisalpina seu citerior appellatæ ante Augustum fuerant, appellare vel hoc vel certe Galliarum nomine adhuc perretere, earum etiam incolis nomina, ab appellatione illa derivata, indentes. Ac principem quidem illos inter locum tenent in Geographia Strabo et in Libello de Divisione Italici Caius Sempronius, Sola, quæ a posteriore hoc scriptore duobus diversis locis suppeditantur, hucque potissimum spectant, verba, quod suppeditatis a Strabone verbis clariora sint, huc transcribo. Priora sequentia hæc sunt: Cisappenninam Italiam flumina dividunt, et itidem Transappenninam. Padus amnis Galliam Cisalpinam primo discrevit; Cispadanam omnem missis coloniis tenere Thوسي; posteriora vero isthæc: Senonum Gallia togata dicitur ab iis, qui, duce Arunte, primi in Italiam transenderunt Alpes, a quibus sensim pulsati Hetrusci a Cispadana et Transpadana regione, quæ nunc Galliarum nomen habet.

38 Duobus porro scriptoribus jam laudatis accedunt Ptolomæus et Æthicus, quorum prior lib. 2 Geographiæ cap. 7 sic habet; Gallia T-

Octobris Tomus IV.

gata ipsis subjacet montibus Ravennam usque perducta; posterior vero, quem circa Constantini ætatem vixisse volunt, Oceani Occidentalis provincias in Cosmographia recensens, nominat Galliam Belgicam, Brachatam, Comatam, Togatam, Cisalpinam, Transalpinam. Hisce adde plures præterea alios, qui pariter, quamvis post Augustum floruerint, Citerioris tamen seu Cisalpinæ Galliarum nomen (adi in Epistolæ proime laudatæ Dispunctione cap. 3 Launoyum) Italici regionibus, ita olim, cum Gallia Transalpina in Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam et Aquitanicam ab Augusto divisa nondum fuisset, certo appellari solitis, imponere adhuc pergunt. Re itaque penitus inspecta, nihil omnino obstat, quo minus Tertullianus id etiam fecisse, perque Gallias adeo, quarum nationes diversas ætate sua in Christum credidisse insinuat, tam Galliam Cisalpinam seu Citeriorem, quam Transalpinam seu Ulteriorem intellexisset dicatur. Jam vero, cum res ita habeat, Galliarum Cisalpina seu Citerior plures nationes fuerit complexa, sane is scriptor, si vel hæc solæ una cum iis, quæ Galliarum Transalpinæ partem, Lugdunensis nomine distinctam, incolebant, in Christum seculo III ineunte crediderint, ecclesiasque ac episcopos, hisce præpositos, habuerint, nequam a vero, dum diversas Galliarum nationes ætate sua in Christum credidisse scribit, aberrare erit dicendus.

39 Nec aliud recte asserueris, etsi etiam per Gallias, quarum diversas nationes ætate sua in Christum credidisse ait, fuisse dumtaxat a scriptore illo Galliam Transalpinam intellectam, tantisper daremus. Res e jam nunc dicendis patescet. Fuit quidem, ut jam dictum, diu ante Tertulliani ætatem Gallia Transalpina in quatuor provincias, sæpius jam nominatas, ab Augusto divisa; verum, etsi id ita sit, haudquaquam tamen, quo, diversas Galliarum nationes in Christum ætate sua seu seculo 3 ineunte credidisse, Tertullianus, veritate salva, scribere potuerit, necessario requiritur, ut jam tum omnes et singulæ quatuor illæ provinciæ in Christum crediderint, fundatasque apud sese aliquot saltem, quæ a propriis suis episcopis regerentur, ecclesias habuerint. Quid si enim, hoc, quod dici, dolo, Tertullianus per diversas, quas in Christum ætate sua credidisse memoriæ prodiit, Galliarum nationes, non omnium et singularum illarum quatuor provinciarum, sed duarum ex hisce aut etiam unius dumtaxat nationes intellexerit? Id enimvero, cum non tantum in quatuor illis provinciis simul sumptis, sed et in harum singulis nationes seu populi diversi, uti apud Baudrandum in vocabulo Gallia aliosque geographos videre licet, tum exstiterint, adstrui etiam haud prorsus inepte potest; quod si autem, ut potest, ita etiam reipsa adstruatur, supra, huc transcripta verba, quibus, diversas Galliarum nationes ætate sua in Christum credidisse, Tertullianus prodiit, veritati fuerint consona, si vel duarum dumtaxat e quatuor provinciis, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, nationes, fundatis apud sese aliquot saltem, quibus episcopi præfuerint, ecclesiis, in Christum tum crediderint. Imo vero, cum natio idem, quod populus, apud Tertullianum loco cit. significare etiam queat, fieri potest, ut, diversos Galliarum populos ætate sua in Christum credidisse, supra huc transcriptis verbis dumtaxat velit; it

114 autem

ACTORE
C. B.
vel de Gallia
Cisalpinæ si-
mul et Trans-
alpina,

vel non de
omnibus hu-
jus nationi-
bus locutum,
haud inepte
dixeris,

quem in te-
ru adducto

AUCTORI
C. B.

autem cum sic habeat, nec veritati dissona eadem verba erunt dicenda, si e quatuor dictis Galliae Transalpinae provinciis vel una, v. g. Lugdunensis, sinu suo diversas complexa fuerit civitates, quarum incolae seu populi, ecclesiis apud sese, quibus episcopi praefuerint, fundatis, in Christum seculo tertio ineunte seu Tertulliano florente crediderint.

assertionem
probat, in
sensu ad-
mnes Gallias
haud extenso
queant,

40 Sive itaque sola Gallia Transalpina, sive haec simul et Gallia Cisalpina per Gallias, quarum nationes diversas in Christum aetate sua credidisse, is scriptor affirmat, intelligatur, haud quaquam tamen ad verborum, quibus id facit, veritatem requiritur, ut omnium et singularum quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, provinciarum incolae seu nationes, in Christum fundatis etiam apud sese episcopali- bus ecclesiis, tum crediderint. Res ex iis, quae quatuor numm. proximè pregressis jam disse- rui, manifesta apparet. Jam vero, cum haec ita habeant, incassum sane, qui illud jam inde ab B Irenaei aetate ibidem obtinuisse locum, ex ipsismet Sancti istius verbis supra datis contendunt, Ter- tullianum in hujus suae opinionis praesidium ad- ducunt. Tam Tertulliani scilicet, quam Irenaei supra huc transcripta verba apte omnino, uti e jam dictis liquet, in sensu haud generali queunt exponi, seu, ut distinctius loquar, in sensu, qui sese non ad omnes et singulas, sed ad aliquas dum- taxat et ne quidem numero admodum multas Gal- liarum seu nationes seu provincias regionesve extendat. Tertullianus non ait omnes, sed tan- tummodo diversas Galliarum nationes aetate sua Christo fuisse subjectas; ita autem, si hoc de omnibus Galliarum nationibus seu de omnibus et singulis provinciis, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, asserere voluisset, locutu- rus fuisse non videtur. Quod autem ad Irenaeum spectat, hic dumtaxat innuit, ecclesias aetate sua apud Celtas existisse, seu, quod eodem recidit, Cellarum regionem ecclesias sinu suo fuisse com- plexam; cum autem, si vel paucae tum existe- rint in Cellarum regione seu Galliis ecclesiae, indefinita illa Irenaei assertio veritati certo sit consona, hunc pariter non fuisse aliter locutu- rum, quis autemet, si tum apud Celtas omnes seu in omnibus et singulis quatuor, in quas Au- gustus Galliam Transalpinam divisit, provinciis C existisse ecclesias, significare voluisset? Omni- bus itaque sedulo jam expensis, tot enimvero, quot, qui Dionysii missionem seculo I illigant, contendunt, ecclesias jam inde a secundo et ter- tio seculo in Galliis fuisse, minime etiam evin- cunt Irenaei et Tertulliani (de ea, quam Justinus suppeditat, num. 25 videsis) generales seu potius indefinitae assertiones.

ac proin, ut
cum S. Sa-
turnini Aucto-
rum antiquo

41 Haec quippe tantam ecclesiarum, quae ibi- dem tum existerint, multitudinem ad sui veri- tatem, uti e jam disputatis liquet, haud exi- gunt, hincque, salva illarum veritate, de ec- clesiis tantummodo aliquibus, et quidem nec numero admodum multis, quae tum in aliquot Galliarum locis, Italiae verosimillime vicini- oribus, fuerint fundatae, possunt intelligi seu ex- poni. Imo vero hunc in modum non tantum possunt, sed etiam, ut ad id, quod huc pariter spectat, jam veniam, necessario debent exponi. Quo id probatum dem, duo primum, quibus supra relatæ ac discussæ Justini, Irenaei et Ter- tulliani assertiones in speciem adversantur, testi- monia antiqua eo ordine, quo fuisse data autu- mo, juxerit huc transcripsisse. Ruinartius in

Actis martyrum sinceris et selectis edit. Parisien- sis anni 1689 pag. 109 et quatuor seqq. recenset antiqua S. Saturnini, Tolosani episcopi, Acta; horum auctor anonymus, qui, ut mox do- cebo, non serius, quam sub seculi IV initium floruit, primum huc spectans testimonium sub- ministrat, sequentibus hisce verbis conceptum: Postquam sensim et gradatim in omnem terram Evangeliorum sonus exivit, parique progressu (alii, sed utraque lectio eodem recidit, lento- que progressu legunt) in regionibus nostris (Galliarum scilicet provinciis) Apostolorum præ- dicatio coruscavit, cum rarè in aliquibus civi- tatibus ecclesiae paucorum Christianorum devo- tione consurgerent, sed nihilominus crebra mise- rabili errore gentilium nidioribus foetidis in omni- bus locis templa fumarent, ante annos L, sicut Actis publicis *, id est, Decio et Grato consuli- bus (ita annus Christi 250 designatur) sicut fi- deli recordatione retinetur; primum et summum Christi Tolosa civitas sanctum Saturnium habere coeperat sacerdotem.

* forte supplen-
dam continen-
tur.

42 Secundum, quod jam discussis Justini, Irenaei et Tertulliani dictis in speciem adver- satur, testimonium suppeditant septem Galliarum seculo VI episcopi, in epistola, ad S. Radegun- dem reginam scripta, sequentem in modum apud Gregorium Turonensem lib. 9 Hist. Franco- rum, cap. 39 loquentes: Itaque cum ipso Ca- tholicae religionis exortu (ita hic, ne aliquo Ruinartii in sua in hunc Gregorii textum not. mirationi locus relinquatur, Constantini Magni, ni fallor, aetas seu potius tempus hac haud multo posterius, quo religio Christiana, quaquaversum jam diffusa, Catholica seu Uni- versalis appellari potissimum cepit, designatur) coepissent Gallicanis in finibus venerandæ fidei (jam dudum scilicet antea annuntiatae ac ab aliquibus susceptæ) primordia (a tyrannorum per- secutionibus) respirare, et adhuc ad paucorum no- titiam tunc ineffabilia pervenissent Trinitatis Do- minicæ Sacramenta, ne quid minus hic adquireret, quam in orbis circulo prædicantibus Apostolis obti- neret, B. Martinum peregrina de stirpe ad inlumi- nationem patriæ dignatus est (Deus) dirigere, mi- sericordia consulente. Laudata epistola, in qua hæc verba leguntur, anno 570, uti inter omnes convenit, a dictis septem Galliarum episcopis fuit conscripta: quod autem ad S. Saturnini, F e quibus primum, ad præsens nostrum insti- tutum faciens, testimonium huc transcripsi, Actorum tempus, aut, si mavis, auctoris, qui isthæc exaravit, aetatem jam spectat, Ruinartius in admonitione, quam iis, a sese, ut jam indicavi, vulgatis, præmisit, sequentem isthæc de re scribit in modum; Ejus (S. Saturnini nimirum) Acta sincera ex codice Fossatensi, qui ad annos CM ac- cedit, cum multis aliis codd. Mss. Surianaque edi- tione collata proferimus: quorum auctor etsi rebus gestis non interfuerit, cum tamen paulo post, id est, quinquagesimo inde anno, ut habet co- dex Fossatensis, hæc scripserit, integram fidem meretur.

43 Auctorem itaque, qui S. Saturnini Acta litteris commisit, id jam tum, cum quinquaginta dumtaxat post ea, quæ memorat, seu post Decii et Grati consulatum, qui in annum Christi 250 inci- dit, anni essent elapsi, ac proin seculo IV ineun- te executioni mandasse, Ruinartius hic statuit; ita autem faciendum duxit, quod annos quin- quaginta, in dictis Actis, prout hæc in Codice Fos- satensi invenit, expressos, de annis, a rebus, per

hæcque inu-
per,

A per S. Saturninum Tolosæ gestis, usque ad tempus, quo has Actorum auctor litteris consignavit, elapsis, intelligendos existimarit. Verum an recte? Dicti Fossatensis Codicis seu Actorum S. Saturnini, quæ ex hoc Ruinartius edidit, locus seu textus, annos illos quinquaginta commemorans, sic habet; Cum rare in aliquibus civitatibus ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgerent; sed nihilominus crebra miserabili errore gentiliū nidoribus foetidis in omnibus locis templa fumarent, ante annos L, sicut Actis publicis *, id est, Decio et Grato consulibus, sicut fidei recordatione retinetur, primum et summum Christi Tolosæ civitas sanctum Saturninum habere cœperat sacerdotem; cuius fide atque virtute eorum, qui in eadem urbe colebantur, daemonum cœperunt cessare vaticinia, cumque supra dicto episcopo ad ecclesiam, id temporis parvulum juxta capitulum, quod inter domum suam et domum Dei erat, frequens itus esset ac reditus, sancti Viri præsentiam sustinere fallax demonum turba non potuit; et, ut erant muta simulacra, ad sacrilega obsequia et sollicita consensuum vota cœperunt in silentio permanere.

* forte sup-
plendum
continetur.

una etiam

B 44 Talis est textus laudatus; hisce autem ejus, altisque proximè subsequentibus verbis, quibus Actorum auctor, S. Saturninum, quod ad ejus præsentiam obmutescerent oracula, a furentehinc plebe, cum ad officium sollemne properaret idolisque sacrificare nollet, tumultuarie fuisse interfectum, narrat, sedulo atque accurate expensis, dubius admodum primum hæsi, an contra ac Ruinartius vult, anni quinquaginta, in textu jam dato memorati de annis, a tempore, quo S. Saturninus Tolosam primo advenit, usque ad tempus, quo ibidem subiit martyrium, elapsis intelligendi non essent; hinc autem, ut consideranti pateat, pariter me de tempore, quo Ruinartius Acta ecarata statuit, dubium admodum hæere erat necesse. Verum hæc iterum ac tertio a capite ad calcem, non perfunctorie, sed attentissime, evolvi, talisque eorumdem hoc faciendo visus est contextus, ut, annos quinquaginta inter S. Saturnini in urbem Tolosanam adventum, toleratumque ibidem ab eo martyrium statui medios, neutiquam permittat; hinc autem dubitationem omnem C deposui atque in Ruinartii, seculo IV ineunte S. Saturnini Acta scripta statuentis, opinionem concessi. Attamen, cum in iisdem Actis, ubi de Corporis S. Saturnini translatione agitur, S. Eusepii, Tolosani seculo V ineunte Episcopi, mentio occurrat, res hæc scrupulum adhuc injecit. Verum et hunc mihi exemit Ruinartius, in dictorum Actorum locum, quo, qui factum, ut duæ tantum mulieres S. Saturnini corpus sepelierint, narratur, ita observans: In uno e nostris codd. Mss. hic ponitur clausula, " Gratias Deo omnipotenti, qui coronavit martyrem suum in pace, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. Deinde sub titulo " De ejus translatione. " In diebus illis mansit aliquamdiu etc. " Quæ sequuntur, prioribus Actis postmodum adjecta videntur. "

atque altera
objectione

45 Ita ille; et sane, cum S. Saturnini, de quibus hic, Acta proluxa non sint, subjectaque, qua hæc, ubi Sancti istius martyrium narrarunt, terminari indicantur, clausula, sub alio deinde titulo de Sancti ejusdem translatione in uno e codicibus, a Ruinartio adhibitis, tractent, scriptori huic verba, quibus hoc postremum ibidem fit, memoratis Actis seu prio-

ri horum parti, aliquamdiu jam conscriptæ, qua S. Saturnini martyrium narratur, haud immerito videntur postmodum fuisse adjecta. Jam vero, cum id ita sit, instituta in dictis Actis, seu potius in posteriori horum parte, qua de S. Saturnini Translatione agitur, S. Eusepii, Tolosani seculo V ineunte episcopi, mentio impedire sane, ut consideranti patebit, non debet, quo minus cum Ruinartio S. Saturnini Acta, seu, ut distinctius loquar, prior horum pars, qua Sancti hujus martyrium gesta narrantur, seculo IV ineunte statuatur fuisse conscripta. At vero, inquit, etsi Ruinartius plures ad Acta S. Saturnini edenda adhibuerit codices, loco tamen proximè cit. unius dumtaxat, in quo S. Saturnini Acta, narrato Sancti hujus martyrio, clausulam supra memoratam sibi habeant subjectam ac deinde sub alio titulo de Sancti ejusdem martyris translatione agant, mentionem facit; hinc autem, in aliis omnibus ac in ipso etiam, quem per verba, num 42 recitata, reliquis omnibus antiquiorem facit, codice Fossatensi (neque enim alioquin hunc nominatim exprimere neglexisset) de S. Saturnini martyrio juxta ac translatione serie continua, seu quæ per novum titulum, translationis narrationi præficim, clausulamque præfatam interrupta non sit, tractari, omnino certum apparet.

46 Fateor; sic habet: verum, etsi quidem plerumque aut etiam fere semper Actorum lectione, non quæ unius dumtaxat, sed quæ plurium codicum, maxime si hos inter reliquis omnibus antiquior, auctoritate fulcitur, sit standum, id tamen hic quantum ad S. Saturnini Acta locum habere non potest. Inde enim, ut cuique rem attente perpendenti evidens evadet, consequeretur, ut horum non tantum posterior pars, qua Sancti illius Tolosani episcopi martyris translatio, seculo V ab Eusepio, Tolosano itidem episcopo, facta refertur, verum etiam prior, qua ejusdem sancti martyris gesta martyriumque narrantur, seculo V ineunte statuenda esset fuisse conscripta; quo minus autem hæc statuatur tum ecarata, verborum, quibus concepitur, impedit contextus, qui, cum annos quinquaginta, ut jam dictum, inter S. Saturnini in urbem Tolosanam adventum toleratumque ibidem ab eo martyrium statui medios non permittat, necessario exigit, ut anni quinquaginta, in priori Actorum S. Saturnini parte memorati, de annis quinquaginta, a Sancti hujus in urbem Tolosanam adventu seu a Decii et Grati, qui cum hoc ibidem conjungitur, consulatu usque ad tempus, quo proximè iterum memorata prior Actorum S. Saturnini pars in litteras fuit conjecta, elapsis intelligantur, utque proinde hæc seculo IV ineunte (eo enim anni quinquaginta, a Decii et Grati, consulatu, utpote qui in annum Christi 250 inciderit, elapsi, deducunt) fuerit contexta. Hinc porro jam fit, ut, etsi codex Ms., a Ruinartio laudatus, qui hanc scriptioni isti epocham, ut reliquis omnibus, quos etiam laudat, obstantibus codicibus, assignari permittit, solus et unus sit, ejus tamen lectione, supra jam satis explicata, sit standum.

47 Jam vero, cum res ita habeat, nec quidquam præterea, ob quod dictæ Scriptionis, seu ecaratæ prioris Actorum S. Saturnini partis epocha ultra seculi IV initium differatur, aliunde occurrat, auctor seu scriptor, qui litteris eam commendavit, a rebus, quas de Religionis Christianæ, cum S. Saturninus Tolosam venit, in Galliis

soluta, probatur, annis dumtaxat

F

quinquaginta a S. Saturnini obitu conscriptis,

AUCTOR
C. B.

Galliis statu, neceque, sancto huic antistiti a tumultuante plebe Tolosana anno, ut plerisque placet, 260 circiter in fidei odium illata, memoriae prodit, medio dumtaxat circiter seculo abfuit, easque proinde, utpote quas vel ipsemet viderit vel certe a senioribus Christianis, quorum tum adhuc perseverantem, qua has retinebant, recordationem laudat, audiverit, probissime sane perspectas potuit habere. Adhuc quæ de S. Saturnino tradit, cum iis, quæ de hoc Sancto Sidonius lib. 9, Epist. 16, et Fortunatus lib. 2 Poëmatum cap. ix memorie produnt, apprime consonant, et vel stylo, eloquentia gravi ac sancta pleno, quo S. Saturnini Acta exaravit, consecutus est, ut hæc, quemadmodum Monument. tom. 3, pag. 297 Tilenontius ait, approbationem, qua apud eruditos omnes gaudent, merito sibi vindicent. Quare, cum auctorem illum fidei omnino probatæ auctoritatisque esse, satis superque e jam dictis constet, ad id, quod me probaturum, supra spocondi, modo progredior.

auctore anonymo et septem Galliarum episcopis

48 Raræ adhuc, dum S. Saturninus Tolosam seculo tertio medio advenit, in aliquibus Galliarum civitatibus ecclesiæ, uti qui sancti illius Tolosani antistitis Acta aut priorem saltem horum partem concinnavit, supra recitatis verbis testatur, paucorum Christianorum devotione erant erectæ. Is quidem scriptor comparate tantummodo de ecclesiis, quæ tum paucae templorum frequentium, in quibus idololatræ diis sacrificabant, ratione habita, in Galliis exstiterint, locutus, minimeque adeo, ne tum reipsa multæ in Galliis exstiterint ecclesiæ credantur, obstat primo intuitu potest videri; verum, si cum antecedentibus et consequentibus dicta verba conferantur penitusque adeo expendantur, hisce illum de ecclesiis, quæ tum, cum S. Saturninus Tolosam advenit, in Galliis, non comparate tantum ad frequentia idolorum templa, sed absolute numero paucae seu raræ, nec nisi in aliquibus dumtaxat civitatibus, exstiterint, locutum esse, quisque præiudiciis vacuus facile, ni fallor, agnoscet. Porro, cum id ita sit, seculoque etiam iv, quo S. Martinus Turonensi ecclesiæ præfuit, Gallianis in finibus ad paucorum dumtaxat adhuc notitiam, uti num. 42 recitata septem Gallie episcoporum verba, utpote eo, quem ibidem exposui, modo intelligenda, produnt, ineffabilia Trinitatis Dominicæ mysteria pervenissent, duo certe supra huc jam adducta, quibus et hoc et illud ab episcopis istis et Actorum S. Saturnini scriptore adstruitur, antiqua testimonia in speciem pugnant cum Justino, Irenæo ac Tertulliano, seu cum supra huc transcriptis horum assertionibus, quæ, si cum ea, quam nonnulli volunt, extensione intelligantur, ad sui veritatem exigere videntur, ut seculi tertii initio, imo et jam inde a seculo 2 diversæ in Galliis seu in singulis harum provinciarum nationes in Christum crediderint, Deo per hunc supplicarint, ecclesiæque, quæ proprios etiam suos episcopos habuerint, apud Cellas seu Gallos, imo et apud singulas horum provincias fuerint fundatæ.

componantur, debent exponi,

49 Verum quid modo, re ita habente, faciamus? Sensumne adeo extensum seu generalem Justini, Irenæi et Tertulliani assertionibus attribuiamus, certeque a vero aberrasse anonymum Actorum S. Saturnini scriptorem ac septem Gallie supra laudatos episcopos pronuntiemus? Neutiquam sane: Justini enim, Irenæi et Tertulliani, de quibus hic, assertiones in sensu haud generali, seu, ut jam docui, in sensu

particulari talique, qui sese non ad omnes et singulas, sed ad aliquas dumtaxat, et ne quidem numero admodum multas, Galliarum seu nationes seu provincias nationesve extendat, veritate salva, possunt, exponi; cum autem ita expositæ cum verbis supra relatis, quæ anonymus Actorum S. Saturnini scriptor, septemque Galliarum episcopi suppeditant, quæque, ut seculo tertio medio, imo et quarto jam labente paucae dumtaxat ecclesiæ, Christianique haud admodum multi in Galliis exstiterint, ad sui veritatem requirunt, nullo prorsus modo pugnent, rationisque æquitas exigat, ut Scriptores antiqui, qui invicem in speciem adversantur, inter sese non collidantur, sed, si fieri possit, componantur seu in concordiam adducantur, eadem illæ Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones in sensu haud generali, seu in eum tantummodo, quem dixi, modum extenso, uti e dictis possunt, re etiam ipsa debent exponi. Itaque dum Justinus num. 27 huc transcriptis verbis, ætate sua inter gentem Gallicanam per Crucifixi Jesu nomen supplicatum rerum omnium conditori Deo fuisse, generatim prodit, non de omnibus et singulis, sed de aliquibus dumtaxat gentis illius hominibus, inter quos tum Deo supplicatum ita fuerit, locutus esse est censendus.

50 Quod vero ad Irenæum et Tertullianum spectat, dum verbis, num. 27 et seq. recitatis, ætate sua ecclesias apud Cellas exstitisse, diversasque Galliarum nationes in Christum credidisse, tradunt, non de omnibus et singulis, sed ad summum de aliquibus dumtaxat Cellarum seu Galliarum provinciis nationibusve, quæ tum in Christum crediderint, fundatasque apud sese ecclesias habuerint, necessariæ debent intelligi. Ac ita quidem cum res habeat, enimvero, in Galliis tot, quot, qui cum Actis Bosquetianis edendis S. Dionysii missionem seculo i illigant, statuere solent, ecclesias, quæ proprios suos haberent episcopos, jam a seculo secundo tertiique initio exstitisse, Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones, satis superque jam discussæ, neutiquam probant. Hinc porro ulterius jam consequitur, ut nec mox dictam sæpiusque ante memoratam epocham, quam Dionysii in Gallias missioni Acta Bosquetiana assignant, amplectendam esse, evincant. Cum enim, si vel paucae in una aut altera tantummodo et quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, provinciis episcopales ecclesiæ seculo secundo tertiique initio exstiterint, veræ e dictis sint, quis ex assertionibus hujusmodi, jam inde a seculo i in iisdem quatuor provinciis, quod tamen potissimum ad epocham illam asserendam seu vindicandam foret necessum multas hujusmodi ecclesias hasque inter, quam Dionysius, tunc Roma a Clemente papa missus, fundavit, Parisiensem exstitisse, concludat? Nemo sane, quantum opinor, maxime qui considerarit, plerasque Galliarum ecclesias, quæ Italiæ viciniore, fuisse ante alias, quæ ab hac remotiores sunt, fundatas, Lugdunensemque, Italiæ multo viciniorem, quam Parisiensis sit, seculo demum 2, uti inter omnes convenit, a S. Photino episcopo, martyrii palmam anno 177 adepti, fuisse fundatam.

amplectendam esse, evincunt.

F

A

§ IV. Quæ de epocha, quam Dionysii in Gallias missioni Acta Bosquetiana assignant, ob Justinii, Irenæi et Tertulliani assertiones non amplectenda § prægresso dicta sunt confirmantur.

Hic memoratæ assertiones latiori etiam sensu acceptæ multas in Gallias seculi

Cum Justinii, Irenæi et Tertulliani, quas § præximè prægresso discussimus, assertiones in sensu haud generali, seu ad eam dumtaxat, quam num. 40 exposui, latitudinem extenso queant, imo etiam, ut num. 49 probavi, debeant exponi, hinc, ut jam docui, fit, ut nequitiam, missionis Dionysii in Gallias epocham, quam seculo primo Acta Bosquetiana innectunt, amplectendam esse evincant. Res, ni fallor, satis superque e supra jam dictis liquet; verum quo hæc contra eos, qui, præfatas assertiones in sensu generali, aut latius certe, quam modo statuerim, extenso necessario exponendas esse, fortassis adhuc contendunt, confirmatio evadat, nec memoratam epocham, hoc etiam dato, amplectendam esse, § præsentii probare aggredior. Epocham illam amplectendam seu Dionysii in Gallias missionem seculo I illigandam, Justinii, Irenæi et Tertulliani, quas dixi, assertiones idcirco e supra disputatis, si in sensu haud generali, seu ad eam tantummodo, quam explanavi, latitudinem extenso queant exponi, haud evincunt, quod, hoc admissio, minime ex iis, fuisse jam inde a seculo I multas in Gallias fundatas episcopales ecclesias, possit inferri: verum anne hoc pariter ex iisdem illis assertionibus nequeat inferri, si cum omni, quam habere queant, latitudine exponendæ sint, seu ita ut in omnibus et singulis quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, provinciis jam inde a seculo 2 sequentisque initio seu Justinii, Irenæi et Tertulliani ætate episcopales ecclesias Christianicolasque magno numero exstitisse, significet? Nequitiam sane: quid ni enim factum esse possit, ut ecclesiæ hujusmodi post unum alterumve a fide prædicata seculum ad numerum haud modicum in Gallias excreverint, etsi interim paucae dumtaxat seculo primo ibidem exstitissent?

exstitisse ecclesias haud probant, cumque contrarium rationes

52 Sive itaque cum ea tantum, quam supra exposui, sive cum omni, quam habere queunt, latitudine seu extensione Justinii, Irenæi et Tertulliani assertiones exponantur, nequaquam hæc, ut multas jam inde a seculo I episcopales ecclesias in Gallias exstitisse admittamus, nos cogunt; contra vero, ne id admittamus, rationum momenta non pauca impediunt, uti quæ jam nunc adducturus sum, ostendunt. Pleræque Galliarum ecclesiæ, quæ sese jam inde a seculo I fundatas sedibusque episcopalibus ornatas fuisse gloriantur, non alios episcoporum suorum exhibent, exhibereque queunt catalogos, quam qui exigant, ut initia erectorum apud illos episcopatum, ne horum pene omnium quam maxime diuturnæ ac proin incredibiles eadem tempestate vacationes admittendæ aliouin sint, ante medium circiter seculum III haud statuuntur. Ad hæc si tot, quot volunt, ecclesiæ episcopique,

hisce præpositi, jam inde a seculo I in Gallias exstitissent, consecrarium foret, ut tum temporis ibidem magis, quam in quibuscumque aliis terrarum locis floruerit Christiana religio; quod a vero alienum esse nemo ibi inficias, qui vel bina supra jam recitata, quæ anonymus Actorum S. Saturnini scriptor, septemque Galliarum episcopi in sua ad S. Radegundem epistola suppeditant, testimonia attente expenderit.

53 Cum enim, ut horum primum habet, raræ dumtaxat adhuc, dum S. Saturninus Tolosam, quod seculo III jam medio factum, episcopali munere moderari incepit, in aliquibus tantummodo Galliarum civitatibus ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgerent; imo vero cum etiam, ut secundum habet, seculo IV, quo S. Martinus ecclesiæ Turonensi præfuit, Gallicanis in finibus ad paucorum dumtaxat adhuc notitiam infabillia Trinitatis Dominicæ Sacramenta pervenisent, ægerrime enimvero adducor, ut credam, jam inde a seculo I in omnibus prope aut saltem in præcipuis, uti opinionis, quæ Dionysii sociorumque ejus missionem seculo I affigit, patroni contendunt, Galliarum civitatibus ecclesias Episcopales, seu quibus episcopi præessent, fuisse fundatas, christiolasque magno numero in singulis quatuor, in quas Augustus Galliam divisit, provinciis exstitisse. In hac porro opinione non parum etiam confirmor a Sulpitio Severo, gravissimo juxta ac antiquissimo auctore, qui Lib. 2, cap. 32 Sacre Historiæ sic scribit: Sub Aurelio, Antonini filio, persecutio quinta agitata, ac tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei Religione suscepta. Quid si enim, uti hisce verbis laudatus scriptor docet, martyria in Gallias non prius, quam cum sub Aurelio, qui anno 161 imperium Romanum moderari cepit, persecutio quinta agitaretur, fuerint conspecta, idque, ut idem scriptor indicat, cum demum, quod serius trans Alpes Dei Religio fuerit suscepta, evenerit, consecrarium fit, ut, si vera Sulpitius memoret, ne tum quidem adhuc, cum ultima e quatuor primis, quibus Ecclesia fuit concussa, persecutionibus sub Adriano, Romanorum ab anno 117 ad annum usque 138 imperatore, fuit commota, Christiana Religio in Gallias fuerit suscepta, utque proinde jam inde a seculo I in singulis quatuor, in quas hæc ab Augusto fuere divisa, provinciis ecclesiæ, episcopique, qui hisce præessent, haud exstiterint.

54 At vero, aiunt, qui Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii in Gallias missionem seculo I innectunt, Sulpitius Severus, etiamsi seculo IV senescente, quintoque ineunte floruerit in ipsamet tamen seculi IV historia haud raro erravit, estque vel idcirco, ne in seculorum anteriorum gestis, utpote a quibus magis abfuerit, sæpius adhuc errarit, haud parum timendum. Ita illi: verum, etsi quidem haud contemnenda, quæ Sulpicii Severi auctoritatem ac nominatim præximè ex illo huc transcriptum locum ab errore vindicare sint nata, rationum momenta adducere in medium hic possem, id tamen, ne ita ad generalem de fidei in Gallias primum illatæ initiis controversiam dilabentes longius, quam par sit, a proposito abducamur, facere omitto, erroremque adeo quantum ad tempus, quo in Gallias fuerit Christi fides suscepta, in dicto Sulpicii textu cubare, tantisper concedens, hunc nihilominus scriptorem opinioni, quæ jam inde seculo I in omnibus et singulis quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam

AUCTOR C. B.

graves, ac in primis illa, quæ

E

F

a Sulpitii Severi

nam

AUCTORE
C. B.

nam divisit, provinciis episcopales ecclesias has-
que inter Parisiensem statuit, haud parum offi-
cere contendo; quam merito autem id faciam, e
jam nunc dicendis palescet. Quamquam in tempo-
re, quo primum in Galliis suscepta fuerit Christi
fides, Sulpitius Severus, ut jam dedimus, hallu-
cinatus forsitan reipsa sit, certe tamen errorem
non sciens ac volens, sed ignorans admiserit;
verum, etsi quidem facile factum esse possit, ut,
fidem in Galliis jam inde a seculo 1 fuisse susce-
ptam, is scriptor, si una dumtaxat alterave ec-
clesia, Arelatensis v. g. ac Viennensis, jam tum
fuerit fundata, ignorarit, nequiquam tamen in-
duci queo, ut credam, ignoraturum id illum
fuisse, si omnes, quas voluit, ecclesiae in omni-
bus et singulis quatuor Galliarum provinciis
jam tum fundatae sedibusque episcopalibus orna-
tae fuissent.

auctoritate

55 El vero, si tot ibidem, quot voluit, ecclesiae,
ac nominatim quidem Parisiensis, Alvernensis,
Mettensis, Turonensis, Rhemensis, Suessionen-
sis, Senonensis, Bellovacensis, Rhotomagensis,
Arelatensis, Meldensis, Cenomanensis, Cata-
launensis, ac tandem, ut plures adhuc alias
omittam, Ebroicensis, jam inde a seculo 1 fun-
datae, proprios suos, a quibus regerentur, episco-
pos habuissent, fidemque adeo jam tum suscepis-
sent, id ne quantum ad unam quidem e jam me-
moratis ecclesiis Sulpitium Severum, vel e mo-
numentis antiquioribus, quae sibi praeiuncta
habuerit, vel e propagata ad suam usque aetatem
traditione habiturum fuisse compertum, nemo
facile inducet in animum, qui scriptorem illum
seculo 14 in ipsismet Galliis floruisse, summam-
que in rebus potissimum, quae ibidem gestae fuis-
sent, perquirendis ac porro memoriae prodendis
diligentiam posuisse, considerarit. Reponunt qui-
dem, Sulpitium Severum in compendium rede-
gissee ecclesiasticam Eusebii Historiam, cumque
in ea ante Marci Aurelii imperium nec fidei in
Galliis seu annuntiatae seu susceptae, nec marty-
rum ibidem passorum mentionem invenisset, loco
supra huc transcripto ea prodidisse memoriae, e
quibus, si veritati consonent, consecrarium sit,
ut nusquam in Galliis fides prius, quam cum
jam secundum aerae Christianae seculum laberetur,
fuerit suscepta. Verum Sulpitius Severus nec so-
lam Eusebii Ecclesiasticam Historiam sibi prae-
lucentem habuit, nec ex hac dumtaxat Opus suum,
quod Sacra Historia inscribitur, concinnavit. Do-
cet id nos is scriptor, in praemissa lucubratiuncu-
lae huic praefatione sic loquens: Non peperci la-
bori meo, quin ea, quae in permultis voluminibus
perscripta continebantur, duobus libellis concludere-
m, ita brevitati studens, ut paene gestis nihil sub-
ducerem. Cum itaque Sulpicius permultis volu-
minibus, uti ex hisce ejus verbis liquet, ad Sa-
cram, quam scripsit, Historiam contendendam
usus sit, imo et duobus de isthac a se scrip-
tis libellis ea omnia, quae in permultis volu-
minibus reperit, concluderit, in compendium certe,
contra ac contendunt, Ecclesiasticam Eusebii
Historiam haud redegit, nec ex hac tantummo-
do Opus, quod Sacra Historia inscribitur, concin-
navit.

a Menardo
inexsum,

56 Menardus quidem, nullum omnino Sul-
piti Severo anteriorem Rerum Ecclesiasticarum
scriptorem, e quo is susceptae in Galliis fidei,
primumque ibidem spectatorum martyriorum no-
tatum a sese tempus discere potuerit, in Galliis
existisse, eumque, cum de imperatoribus ethni-
cis, Christianos persecutis, loquitur, in multos

gravissimos errores esse prolapsum, in sua de
unico Dionysio adversus Launoyum Diatriba
cap. 1, quo ita Sulpitii auctoritatem elevet, obser-
vat; verum in errorum, quos Sulpitio ibidem im-
putat, elencho nullus omnino, quem hic in rebus,
in Gallia patria sua gestis, admiserit, occurrit;
quod autem ad Scriptorem Ecclesiasticorum,
qua Gallia ante Sulpitium Severum laboravit,
penuriam spectat, quid ni factum esse possit, ut,
etiamsi quidem ante Sulpitium Severum nullus
res ecclesiasticas, secundum temporum seriem
digestas, in Galliis exaravit, martyrum tamen,
tam qui sub Marco Aurelio, quam qui sub Dio-
cletiano Maximianove passi sunt, Passiones a
nonnullis fuerint in litteras conjectae, iisque Sul-
piti. quae de fidei in Galliis susceptae initio scri-
bit, didicerit? Martyrum sane, qui sub Diocle-
tiano coronati sunt, Passiones a scriptoribus, Sul-
piti anterioribus, fuisse in Galliis conscriptas,
ipse hic auctor, dum hasce aetate sua adhuc
superfuisse, Hist. Sacrae lib. 2 prodit, haud ob-
scure docet; etsi autem, martyrum pariter, qui
sub Marco Aurelio sanguinem suum fudere, Pas-
siones aetate sua adhuc exstissee seu superfuisse,
nusquam edicat, hinc tamen, cum monumenta
omnia a sese ad Sacram suam Historiam concin-
nandam adhibita, haud enumeret, consecrarium
non est, ut tum Passiones hujusmodi haud am-
plius in Galliis fuerint superstites.

57 Verum ut quid de re hac plura? Sulpitius
Passiones etiam martyrum nullas, monumenta
nulla, e quibus, quae de susceptae in Galliis fidei
spectatorumque ibidem martyriorum tempore
scribit, discere potuerit, ante oculos habuerit,
haecque adeo, ut loco cit. Menardus etiam vult,
sine certo auctore litteris mandari, hoc equidem
facturum illum non fuisse, contendo, si jam inde
a primo aerae Christianae seculo tot, quot voluit,
ecclesiae, non tantum in Gallia Narbonensi, sed
et in Aquitanica et Belgica exstissent, episcopos-
que, sibi praepositos, habuissent. Quid enim?
Si ecclesiae tot, quot voluit, in illis omnibus et
singulis Galliae provinciis jam tum fundatae se-
dibusque episcopalibus fuissent ornatae, Sulpitii
Severi aetate monumenta antiqua traditionesque, e
quibus id constitisset, ecclesiae illae omnes vel ha-
buissent, vel iisdem fuissent destituta: quod sit,
primum obtinuisse locum, asseveres, oportet, ut
Sulpitius Severus vel penitus ecclesiarum illarum
omnium monumenta traditionesque hujusmodi
ignorarit, vel ut contra harum illorumque au-
ctoritatem, quae tamen non potuisset non summa
ipse videri, fidem Christianam in Galliis non
prius, quam cum persecutiones, adversus Dei
Ecclesiam a Traiano et Adriano imperatoribus
seculo 2 motae, finem accepissent, susceptam
fuisse, docuerit; nemo autem, quantum opinor,
alterutrum inducet in animum, qui Sulpitium
Severum adeo probum, ut, quae a vero aliena no-
visset, haud scripturus, Rerumque Gallicana-
rum, si non omnino peritum, haud adeo tamen
ignarum, ut, quae non potuissent non omnibus
fere esse notissima, haud sciturus fuisset, existi-
tissee considerarit.

58 Superest itaque, ut ecclesias illas omnes
vel certe harum partem longe maximam monu-
mentis traditionibusque antiquis, e quibus, sese
jam inde a seculo 1 fundatas sedibusque episco-
palibus ornatas fuisse, exploratum habuerint,
Sulpitii aetate caruisse dicamus; cum autem res
ita habeat, tumque adeo vel nullae vel certe paucae
dumtaxat in Galliis ecclesiae monumenta hujus-
modi

A modi traditionesque habuerint, dic, amabo, qui factum, ut tot quot volunt, Gallicanæ ecclesiæ, sese jam inde a seculo I, statutis etiam, a quibus regerentur, episcopis, fundatas fuisse, gloriæ postea fuerint modoque adhuc gloriantur? Consecrarium e jam dictis fit, ut ad id sane non aliis, quam quæ Sulpitii ætate posteriora essent, documentis notitiasve fuerint inductæ. Ac ego quidem nihil vero propius statutum iri putem, quam si sequenti modo res evenisse dicatur. Cum e traditione genuina ac proin, ut multis putant, etiam vera fidem jam inde a seculo I per Apostolos eorumque discipulos in Galliis illatam atque aliquot etiam, utut admodum paucas, ecclesias fundatas ibidem fuisse, haberetur compertum, hinc quidam, præpostero antiquitatis, qua, veluti pulcherrimo nobilitatis titulo, ecclesias suas, etiamsi serius fuissent fundatæ, condecoratas volebant, amore abrepti, fuisse nihilominus hasce etiam ab episcopis, per ipsosmet apostolos proximisque horum successores missis, stabilitas, facilius, quam par erat, existimarint, hæque deinde illorum opiniones, in vulgus sparsæ litterisque etiam commendatæ, ita tandem, cum vel vetustatis, temporis lapsu acquisitæ, nomine utcumque venerandæ evasissent, apud dictas ecclesias, utut serius etiam, quemadmodum dici, fundatas, valuerunt, ut hæc et pro veris illas traditionibus habuerint, et hinc, sese jam inde a seculo I per apostolorum discipulos episcoposque, abs hisce missos, fundatas fuisse, haud difficulter in animum inducerint.

repetitur, suadeant,
B 59 Utut sit, cum equidem plerasque, ne Sulpitius Severus aut supinæ prorsus in rebus Gallicanis ignorantie aut male in scribendo fidei, quod utrumque nefas est, insimulandus sit, Galliarum ecclesias, quæ sese jam inde a seculo I fundatas arbitrantur, monumentis traditionibusque, Sulpitio antiquioribus, quibus hanc opinionem suam firment, esse destitutas recentioribusque adeo dumtaxat ac fidei sublestæ documentis tantam suam antiquitatem tueri, necessario ex jam dictis adstruendum sit, enimvero debitus ac porro servandus scriptori isti honos etiam facit, ut opinio, quæ si haud omnino nullas, perpaucas certe tantum ecclesias seculo I in Galliis fundatas fuisse adstruit, verosimillima, ne dicam, prope certa, evadat. Hinc porro fit, ut, quæ supra de epocha, quam Dionysii missioni Acta Bosquetiana assignant, ob generales Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones non admittenda dicta sunt, non parum confirmantur. At vero erit fortassis adhuc, qui, quo argumentum, a Sulpitii Severi auctoritate modo petum, infirmet ac eleve, antiquo huic auctori opponat Orosium, qui eadem, qua is, ætate floruit, eaque prodit memoriæ, e quibus, jam inde a seculo I haud paucas in Galliis ecclesias episcoposque, a quibus hæ gubernarentur, existitisse, non nemo forsitan concludat. Duo quippe, quibus id hic scriptor pariter antiquus facit, loci seu textus inveniuntur, alter historicarum, ab eo scriptarum, lib. 7 cap. 7, alter libri ejusdem cap. 10.

hinc quæ de missionis Dionysianæ epocha,
C 60 Ac priori quidem de Nerone, Romano- rum ab anno 54 usque ad annum 68 imperatore, sic loquitur: Primus Romæ Christianos suppliciis et mortibus affecit ac per omnes provincias pari persecutione exsecrari imperavit; posteriori vero de Domitiano, qui ab anno 81 ad annum usque 96 Romano imperio præfuit, sequentem scribit in modum: Per annos quindecim

cim ad hoc paulatim per omnes scelerum gradus crevit, ut confirmatissimam toto orbe Christi ecclesiam, datis ubique crudelissimæ persecutionis edictis, convellere auderet. Tales sunt duo, quos dixi, Orosii textus; verum ex neutro contra opinionem, quæ perpaucas dumtaxat episcopales ecclesias in Galliis seculo I statuit, quidquam conficitur. Rem quantum ad priorem sic ostendo; dum Nero, uti is prodit, Christianos per omnes Romani imperii provincias ex-cruciari imperavit, tum sane, cum id fecit, per omnes Romani imperii provincias existitisse Christianos, promulgato in hosce edicto haud significavit, sed tantum sese velle, ut in quibuscumque imperii provinciis Christiani fuissent inventi, suppliciis ii afficerentur. Sic, si quis princeps per omnes ditionis suæ civitates novo supplicii genere sæviri in fures domesticos imperet, is ita in omnibus sibi subjectis civitatibus jam tum, cum hunc in finem edit edictum, fures domesticos existere, neuliquam significat, sed tantum sese velle, ut, ubicumque in ditionis suæ urbibus fures hujusmodi fuerint reperti, ii novo, quod præscribit, supplicii genere plectantur.

61 Jam vero, si Nero, dum per omnes imperii provincias Christianos ex-cruciari imperavit, id dumtaxat, quod jam dixi, significatum voluerit, priori enimvero, de quo hic agimus, Orosii textui significatio, qua quid amplius intelligatur, attribuenda non est, hincque fit, ut ne quidem ex illo, per omnes imperii provincias, Nerone Ecclesiam persequente, Christianos existitisse, possit inferri. Res manifesta apparet; verum demus etiam, secus hanc habere, textusque Orosiani veritatem exigere, ut, Nerone Ecclesiam persequente, in omnibus imperii provinciis, ac proin et in Galliis, harum unam constituentibus, Christiani existiterint, hincne erit consequens, et hos ibidem numero multos et episcopales ecclesias, quod tamen, ut quidquam contra opinionem, a nobis hic propugnatum, conficeretur, esset necessum, haud paucas etiam existitisse? Neuliquam sane, uti nemo non falebatur, qui vel sola verba, quibus dictus prior Orosii textus concipitur, utcumque expenderit. Ad posteriorem jam venio. Tradit isto is scriptor, Christi Ecclesiam, Domitiano imperante seu seculo I senescente, confirmatissimam toto orbe fuisse; verum tum temporis a gentibus non paucis, maxime Septemtrionalibus, Christi fidem nondum fuisse susceptam, apud omnes in confesso est.

62 Adhæc raræ dumtaxat adhuc, ut S. Sa-turnini Acta, seculo IV ineunte e supra dictis conscripta, testantur, in aliquibus Galliarum civitatibus, dum is Sanctus seculo III medio Tolosam advenit, ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgebant, imo vero seculo IV cum nondum S. Martinus in Galliam venisset, ne quidem adhuc (adi, quæ num. 42 e septem Galliarum episcoporum ad S. Radegundem epistola adduxi) ad multorum cognitionem Christianæ Religionis mysteria ibidem pervenerant. Dum itaque, confirmatissimam toto orbe sub seculo I finem fuisse Christi Ecclesiam, supra huc transcriptis verbis ait Orosius, vel a veritate aberrare est dicendus, vel ita intelligendus, ut iis, non in omnibus et singulis, sed dumtaxat in multis mundi regionibus, sparsim etiam, quæ tamen haud admodum multæ numero existiterint, erectis ecclesiis, fidem Christi tum fuisse susceptam,

E ob patrum assertiones, duobus, qui in contrarium faciunt, Orosii textibus

F

solutis, sec. I non intelligenda dicta sunt, confirmantur,

AUCTOR
C. B.

plam, significetur. Jam vero, cum res indubie, uti e jam dictis liquet, sic habeat, nihil pariter ex posteriori jam discusso Orosii textu habetur, ex quo, jam inde a seculo 1 multas in Gallias extitisse episcopales ecclesias; utcumque conficiat, cumque adeo, quæ pro opinione opposita tuenda in medium supra adduxi, firma atque inconcussa subsistant, enimvero quæ de missionis Dionysianæ epocha seculo 1 ob Justinum, Irenæum et Tertullianum assertiones non illiganda § proxime prægresso dicta sunt, haud parum, ut jam dici, e modo hic disputatis confirmantur.

§ V. Quid de binis testimoniis, quæ pro S. Dionysii in Gallias missione seculo 1 affigenda faciunt, quæque a S. Genovefæ biographo ac S. Fortunato data contendunt, sit censendum.

B

Pro Dionysii missione
sec. 1 illiganda S.
Fortunatus
et S. Genovefæ biographum

Qui epocham, S. Dionysii in Gallias missionem in Bosquetianis hujus ac SS. Rustici et Eleutherii Actis assignatam, tuentur, duo potissimum opinioni suæ, ut arbitrantur, multum faventia adducunt testimonia antiqua, quorum alterum Vitæ S. Genovefæ scriptori, alterum S. Fortunato adscribunt. Verum merito sese id facere, nec satis probant, nec, etsi probarent, ex hujusmodi testimoniis id, quod volunt, conficiant. Quæ de ambobus hisce dicturus jam nunc sum, rem, ni fallor, dilucide evincunt. A testimonio, quod S. Genovefæ biographo attribuitur, duco initium. Bollandus, primus Operis nostri auctor ac parens, ad diem 11 Januarii, quo S. Genovefa Fastis sacris exat inscripta, duas exhibet e veteribus Mss. ejus Vitæ seu potius duo Vitæ ejusdem exemplaria. Horum postremum num. 14 sic habet: Hic vero episcopus (Dionysius scilicet) in sexto a Parisiis miliario martyrio vitam finivit, qui a Clemente episcopo S. Petri discipulo est in sacerdotium benedictus, et ab eodem dicitur in has partes destinatus, qui Clemens etiam certamen supradicti sancti Petri apostoli cum Simone Mago in Cæsaria vel alibi gestum admirabili prædicatione descripsit.

adducunt;
sed cum in
jus, quæ al
legant, verba
utut in mul
tis Mss. codi
cibus reperta,

64 Dictum Vitæ S. Genovefæ exemplar, in quo hæc verba leguntur, descripserat olim Rosweydydus ex D. Preudhomii, canonici Cameracensis, Ms. Ita in iis, quæ in duas a se editas Vitæ S. Genovefæ Vitæ præfatur, num. 2 monet Bollandus; cum autem, uti ibidem etiam ait, cum imperiali monasterii S. Maximini et ecclesiæ S. Audomari aliisque Mss. memoratum Rosweydydus Ms. aut, si movis, excerptum contulerit, nec invicem quantum ad verba supra huc jam transcripta discrepare notet, ea haud dubie non tantum in hoc, sed et in illis omnibus repererit. Adhæc eadem verba in S. Genovefæ Vita, a Surio ad tertiam Januarii diem edita, itemque, uti in sua de unico Dionysio adversus Launoyum Diatriba cap. 18 Menardus ait, in Mss. S. Remigii Remensis, et SS. Cornelii et Cypriani monasterii Compendiensis antiquis codicibus, S. Genovefæ Vitam exhibentibus, pariter invenitur, hisque alii adhuc, uti ex infra allegandis

patescet, possent adjungi. Porro, cum verbis supra huc transcriptis, quæ in tot Mss. S. Genovefæ Vitæ, totque antiquis codicibus leguntur, S. Dionysius in Gallias a S. Clemente Romano Pontifice missus diserte tradatur, hinc, qui Dionysii missionem huic Pontifici pariter adscribunt seu seculo 1 innectunt, hanc missioni isti assignatam epocham haud parum confirmari contendunt.

65 Ita vero autumant, quod, quemadmodum in ipso priori e duobus a Bollando, ut dictum, editis Vitæ S. Genovefæ exemplaribus num. 51 insinuat, hæc dumtaxat ter senis a sanctæ hujus Virginis obitu annis fuerit conscripta, quodque adeo, cum S. Genovefa seculi vi initio, uti inter omnes convenit, diem extremum clausisset, præfata epocha fundata sit in testimonio, quod certe, utpote e Vita ista excerptum seculo vi ad annum dumtaxat vigesimum circiter procecto haud multo sit recentius. Verum an S. Genovefæ Vita, cujus duo exemplaria Bollandus loco cit. edidit, alibi que plura adhuc exstant, primigenia sit Sanctæ illius Vita, quæ octodecim tantummodo ab obitu ejus annis fuerit conscripta incertum est ac dubium, ut Bollandus in sua ibidem Præfatione num. 2 observat. Adhæc, etsi tot, ut jam exposui, Mss. antiqua, totque item codices Mss. antiqui, eandem, qualiscumque demum hæc sit, S. Genovefæ Vitam complectentes, supra huc transcripta verba, quibus in posteriori hujus exemplari, per Bollandum vulgato, S. Dionysius a S. Clemente Papa in Gallias missus traditur, complectantur, non pauca tamen etiam Mss. antiqua, codicesque iidem Mss. non pauci antiqui inveniuntur, a quibus, eandem S. Genovefæ Vitam pariter exhibentibus, verba illa penitus exsulant.

66 Bollandus post sequentia isthæc, quæ in priori, quam, edidit, S. Genovefæ Vita cap. 4, num. 16 leguntur, verba, Quanta veneratione et amore (S. Genovefa) dilexit Catholicae civitatem, in quo sanctus Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleuthero passus est et sepultus, nequaquam silendum esse arbitror, ita in Annotatione subjecta observat: Intersit Ms. Ultrajectinum multa de missione S. Dionysii in Gallias; quæ, cum absint ab aliis Mss., omitimus, ob hanc autem omissionem Franciscus Pagius in sua de S. Dionysio Dissertatione historico critica, Breviarii Romanorum Pontificum tom. 4 præfata, num. 41 Bollandum sic carpit; Satis fuisset ea referre, quæ erant in codice Ms., quam ea demere. Verum, cum Bollandus ad Vitam illam edendam, uti in monitis proxime huic prævisi num. 2 docet, non solum Ms. Ultrajectinum, sed duo insuper alia, videlicet S. Mariæ de Ripatorio, et monasterii S. Mariæ Bonifontis, adhibuerit, lectionem, non quam in illo solo, sed quam in duobus hisce posterioribus Mss. reperit, potius sequendam existimavit, neque vero, ut apparet, immerito. Utut sit, duo saltem, uti e jam allegatis manifestum fit, Mss. antiqua sibi prælucentia habuit, in quibus a S. Genovefæ Vita absint verba supra huc transcripta, quibus S. Dionysius in Gallias a S. Clemente Papa missus assertitur.

67 Hisce porro duobus Mss. accedit codex Ms. antiquus, a Launoy in Celestinorum Parisiensium bibliotheca conspectus, in quo, uti is scriptor in Responsionis ad Dissertationem de duobus Dionysiis Discussionem cap. 18 testatur, verba illa a S. Genovefæ Vita pariter absint. Adhæc

in pluribus
tamen aliis
Mss.,

E

uti, hæc ex
Bollando

F

missaque ad
nos notitia

A Adhuc eruditissimus, quem supra fol. 805 adhuc laudavi, dominus Pingré, abbatæ S. Genovefæ Parisiis canonicus Regularis, in missa ad nos de Codicibus Mss., quibus Carpentarius, ejusdem pariter abbatæ canonicus Regularis, ad edendam S. Genovefæ Vitam usus esset, notitia sic scribit: Quinque hic tenemus Vitæ B. Genovefæ manuscriptos codices. Antiquissimum eorum referebat Balusius ad initia noni seculi; ceteri sunt recentiores, puta duodecimi, decimi tertii vel decimi quarti seculi. In eorum uno, quem duodecimi seculi libens crederem, deest scholium de Dionysio a B. Clemente in Gallias misso, id vero in quatuor aliis reperire est. Deest pariter in textu Vitæ S. Genovefæ, quam Carpentarius noster anno 1697 edidit. Ea Vita est ad novem manuseriptorum fidem exacta, unum San-Genovefæum vetustissimum, de quo supra, octo alios Colbertinos.

reconsitis, probatur, Vita S. Genovefæ exemplaria non reperiuntur.

68 Ex his novem tres erant, in quibus a Clemente missus Dionysius ferebatur, San-Genovefæus nempe, et duo Colbertini seculo circiter decimo tertio exarati. In alio Colbertino seculi duodecimi deerat omnino scholium, sed Dionysius Areopagita vocabatur. In alio duodecimi seculi exeuntis manuscripto, tribus seculi decimi tertii, et uno ejusdem seculi exeuntis aut decimi quarti ineuntis, et deest scholium et Dionysius non nisi Parisiorum episcopus vocatur; cum autem e codicibus Mss. antiquis hic recensitis sex sint, in quibus a S. Genovefæ Vita scholion seu supra huc transcripta verba de Dionysio in Gallias per Clementem misso absunt, tresque insuper alios Mss. codices antiquos, in quibus hæc a S. Genovefæ Vita pariter absunt, jam supra assignaverimus, consecrarium est, ut novem saltem codices hujusmodi Mss. antiqui reperiuntur. Jam vero, cum res ita habeat, nec plures adhuc alios tales codices assignare foret difficile, quid, quæso, qui, Dionysium seculo I in Gallias a S. Clemente Papa missum autumant, pro hac opinione sua stabilenda e codicibus Mss. antiquis, utrum numero etiam multis, in quibus, ut dictum, præfata verba a S. Genovefæ Vita haud absunt, conficiant? Nihil sane, nisi forsitan novem supra assignata Vitæ S. Genovefæ exemplaria Mss. antiqua, in quibus scholion seu verba jam sæpe memorata de Dionysio in Gallias per Clementem misso non reperiuntur, corrupta mutilata esse, dilucide ostenderint.

corruptione, que, non, hæc sed alia.

69 Verum, qua ratione facere id possent, haud perspicio, contraque, Mss. antiqua Vitæ S. Genovefæ exemplaria supra jam recensita, in quibus verba illa leguntur, corrupta potius esse seu interpolata, ob rationes jam nunc adducendas mihi apparet. Pingreus mox laudatus, supeditata, quam modo transcripsi, de Mss. codicibus antiquis, S. Genovefæ Vitam complectentibus, notitia, illico subiungit: Notare liceat, illud (de S. Dionysio in Gallias per Clementem misso) scholium, ubicumque ipsum comperi, his terminari verbis: "Ergo quia de sancto Clemente, successore prædicti apostoli, (Petri scilicet) ac de sancto Dionysio ab ipso destinato cum multis aliis in Galliam breviter disserui, ad propositum redeam." Ex quibus verbis libenter intulerim, tale scholium primigeniæ S. Genovefæ Vitæ eo tempore additum, quo opinio de S. Dionysio a S. Clemente mis-

so in Galliam diffundi cœperat, nondum tamen omnibus in eandem opinionem descendentibus. Ita ille, sese propensum ostendens, ut et scholion seu verba de Dionysio in Gallias per Clementem misso in primigeniam S. Genovefæ Vitam a posterioris ævi scriptore intrusa, et id tum primum, cum opinio de Dionysiana missione S. Clementi Papæ attribuendæ esset exorta, factum fuisse, admittat.

70 Et vero reipsa verba illa a scriptore, qui jam exortam de Dionysio per Clementem misso opinionem fuerat amplexus, in primigeniam S. Genovefæ Vitam fuisse intrusa, verosimillimum mihi facit tum Hilduini de hac Vita silentium, tum partium orationis connectio, quæ in S. Genovefæ Vita, verbis iisdem rejectis seu rescissis, optime servatur, retentis vero, aut omnino amittitur aut certe, turbata inde sermonis serie, ægre admodum invenitur. Ut id, quod volo, clarius exponam, præfata de Dionysio per Clementem misso verba, utut supra e posteriori per Bollandum edito Vitæ S. Genovefæ exemplari jam transcripta, iterum huc una cum duabus Orationis partibus, quarum altera hisce præmittitur, altera subnectitur, juxta transcripsisse. Oratio seu textus integer, qui inde constat, sic habet: Vicum Catholicensem, in quo S. Dionysius et passus est et sepultus, grandi amore ac veneratione (S. Genovefæ) dilexit. Hic vero Episcopus sexto a Parisius miliario martyrio vitam finivit, qui a Clemente episcopo S. Petri discipulo est in sacerdotium benedictus, et ab eodem dicitur in has partes destinatus, qui Clemens etiam certamen supradicti sancti Petri Apostoli cum Simone Mago in Cæsarea vel alibi gestum admirabili prædicatione descripsit. Cupiebat enim S. Genovefæ huic sancto Dionysio martyri in supradicto vico basilicam maxima construere ambitione.

71 Confer nunc posteriorem textus hujus partem cum priori, videbisque, hanc cum illa, si interserta de Dionysio et Clemente verba rescantur, aptissime conjungi seu connecti, contra vero, si retineantur, conjunctionem seu nexum omnem, perturbata scilicet inde orationis serie, propemodum tolli. Jam vero, cum sic habeat, hinc sane verba illa, non a S. Genovefæ biographi calamo, sed ab infida interpolatoris manu esse profecta, utcumque saltem probatur; verum id longe fit validius ex iis, quæ de Hilduino jam nunc proferam. Hic Sandionysianus seculo IX propecto abbas sat prolixam, quo S. Dionysium Parisiensium apostolum, a S. Clemente missum, ac cum S. Dionysio Areopagita eundem esse, ostenderet, Dissertationem, Areopagiticorum nomine una cum duabus hanc comitatis epistolis (adi, quem supra fictitiis posterioris hujus Sancti Actis præmisi, Commentarium) distingui solitam, conscripsit; etsi autem, ubicumque a se inventa seu documenta seu testimonia, quæ stabilendæ de Dionysio per Clementem misso opinioni utcumque idonea judicavit, cupidissime in lucubratione illa recenseat, verborum tamen, quibus in S. Genovefæ, celeberrimæ Parisiensium patronæ, Vita Dionysius a Clemente in Gallias missus dicatur, nusquam mentionem facit.

72 Cum porro, ut verosimillimum videtur, omnia et singula, quæ in Vita ista, utpote plus semel haud dubie abs illo perlecta, continerentur, optime habuerit, perspecta, quis, quæso, si verba illa Vita eadem, qualis tum exstabat, fuisse

AUCTORE C. B.

in quibus reperiuntur, Vita S. Genovefæ exemplaria

videntur facta, verba illa, quæ nec Hilduinus citat, in primigeniam S. Genovefæ

F

Vitam verosimilline, post Hilduini etiam statem, fuerint intrusa;

AUCTORIB.
C. B.

set complexa, facturum id illum fuisse, in animum facile inducat? Nemo sane, quantum opinor, qui Hilduinum in perquirendis iis, quæ ad suam de Dionysio per Clementem misso opinionem probandam utcumque conducerent, summam etiam diligentiam posuisse considerarit. Jam vero, cum id ita sit, enimevero, quod supra asserui, ex Hilduini de San-Genovefæ Vita silentio haud inepte conficitur. Nec id tantum ex hoc habemus, verum etiam eadem de Dionysio per Clementem misso verba non jam inde ab exorta (quod seculo forsitan vi factum) de Dionysio per Clementem misso opinione, sed tum demum, cum Hilduini Areopagitica seculo ix lucem jam aspexissent, in primigeniam S. Genovefæ Vitam ab interpolatore fuisse intrusa. Res ex iis, quæ jam nunc dicta sunt, attente perpensis, facile potest colligi; ut hic plura de ea proferre necesse non sit. Ad testimonium, quod opinionis de Dionysio per Clementem misso patroni S. Fortunato adscribunt, progredior.

potestque, an
hymnus,
Fortunato
adscriptus,
Fortunati
vere sit,

73 Hic sanctus Pictaviensis seculo vi senescente episcopus hymnum, aiunt, a Doubleto in Sandionysianis Antiquitatibus vulgatum, de S. Dionysio Parisiensi composuit, in eoque sequentem canit in modum:

Fortem fidelem militem
Christi secutum principem
Dionysium martyrem
Plebs corde voce personet.
Clemente Roma præsule
Ab urbe missus adfuit
Verbi superni seminis
Ut fructus esset Galliæ.

Verum hymnus ille, uti in Antiquitatibus Sandionysianis lib. i Doubletus docet, in uno eodemque Sandionysiano codice, litteris aureis exarato, conjungitur cum altero in S. Dionysii laudem hymno, quem S. Eugenio Toletano antistiti falso suppositum, in Commentario S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio § 8 ostendi. Adhæc idem hymnus, quod præcipue, an vere a S. Fortunato sit compositus, dubitare me facit, in minime suspectis hymnorum omnium poematumque Fortunati collectionibus, a Brovero et Binio in lucem emissis, non reperitur. Menardus quidem alique, qui Dionysium a Clemente in Gallias missum volunt, reponunt, dictum hymnum, ut in binis, C quas recensui, Operum Fortunati collectionibus non exstantem, inveniri tamen in monasteriorum S. Germani a Pratis, S. Petri in Valle apud Carnutes et S. Dionysii in Francia Mss. codicibus; verum tres illi codices, quorum postremus forsitan a supra memorato codice San Dionysiano litteris aureis exarato diversus non est, ii ipsi sunt, in quibus (Comment. S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, loco proxime cit. videsis) etiam reperitur hymnus, S. Eugenio Toletano episcopo falso suppositus, et vel hinc codices illi mihi admodum suspecti evadunt.

ob rationes,
quæ hic

74 Adhæc cum Menardus alique, a quibus iidem codices laudantur, fuisse eos ante Hilduini ætatem conscriptos, nupiam edicant, et tamen, si tam fuissent antiqui, verosimillime id scituri, simulque etiam, quo sic hymnum, de quo an Fortunati sit, disceptatur, sancto huic Pictaviensi episcopo validius vindicassent, dicturi fuisse videantur, hinc sane, fuisse illos demum post Hilduini ætatem exaratos, vic non indubitatum apparet. Porro cum in hymnus verosimillime, imo non indubie, alius non sit, quam hymnus, quem, veluti a Fortunato compositum, dictus

Hilduinus pro firmanda de Dionysio per Clementem misso opinione in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num. 12 laudat, verosimillime e charta separata seu cum aliis in modum libri non compacta, in qua, ut apparet, abs hoc scriptore fuerit inventus, in Sandionysianum codicem mox laudatum primo migravit. Quid si porro ex hoc deinde in binos alios codices supra pariter laudatos fuerit illatus? Enimvero id ab horum scriptoribus, qui, cum opinionem de Dionysio per Clementem in Gallias misso fuissent amplexi, hancque ex Hilduini Areopagiticis maximeque e citato in hisce Fortunati hymno roborari existimarent, hujus sibi exemplar e Sandionysiano monasterio mittendum curarint, fuisse re ipsa præstitum, ab omni veri specie minime abhorret. Jam vero, re ita habente, præfati codices, in quibus, de quo loquimur, hymnus Fortunato adscribitur, dubitationem sane, quam præcipue, an is vere a sancto isthoc Pictaviensi episcopo fuerit compositus, Brovereri et Binii collectiones supra laudatæ injiciunt, neitquam tollunt, cum id ipsummet hymni ejusdem exemplar ab Hilduino laudatum, e quo in illos hymnum istum migrasse haud inepte ob jam dicta suspicaris, præstare haud possit, uti ex iis, quæ modo subdam, apparet.

75 Hilduinus, uti ipsemet in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num. 7 ait, documenta omnia, quæ ad Dionysii Passionem conscribendam suaque in hac asserta confirmanda adhibuit, abdita ac negligenter relicta invenit; cum autem hæc inter (Commentarium, fictitiis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, §§ præsertim 3 et 8 videsis) spuria ac supposititia exstiterim nonnulla, sane haud prorsus immerito, an hymni, Fortunato adscripti, exemplar, quod sancti hujus antistitis nomine notatum Hilduinus in abdito monasterii sui loco repererit, ita falso ab impostore non fuisset Fortunato suppositum, dubitari posse videtur, estque adeo, quo hymnus ille sancto huic scriptori certo vindicetur, plane ineptum. Nonnemo quidem fortassis hic reponat, Hilduinum sub Fortunati nomine hymnum illum, nulla omnino adhibita, an sese, qua vere is Fortunati sit, dubitare insinuet, loquendi formula in Areopagiticis citare, idque illum facere, nisi tum is hymnus pro genuino Fortunati fetu passim ab omnibus fuisset admissus, ausurum non fuisse. Verum ut quid, quæso, etsi etiam tum, an idem hymnus Fortunatum vere haberet auctorem, dubitatum fuisset a non paucis, citare illum eo, quo dictum est, modo non fuisset ausus Hilduinus? Certe id faciendo, cum chartam seu scriptum, in quo hymnum illum Fortunati nomine signatum invenerat, exhibere dubitantibus potuisset, famam suam periculo neitquam exposuisset. Verum demus etiam, hymnum illum fuisse re ipsa a Fortunato concinnatum; demus pariter, et verba supra huc transscripta, quibus in posteriori San-Genovefæ Vitæ exemplari S. Dionysius in Gallias a S. Clemente Papa missus traditur, ab ipsomet S. Genovefæ biographo esse profecta, nondum tamen, missionis Dionysianæ epocham seculo i innectendam, hinc evincant.

76 Utcumque enim duo illi scriptores, missum fuisse a Clemente in Gallias Dionysium, aperte testari admittantur, a re tamen, de qua agitur, vicere remotiores, quam ut illorum de ea dictis fides indubitata Rebeat. Fas quidem est, deficientibus, quorum testimonio factum aliquod stabiliat,

adducuntur,
revocari in
dubium, nec,
etsi secus fo-
ret,

F

e duorum il-
lorum scrip-
torum testi-
monio, utpote
nec in ni-
quis,

A bilitur, scriptoribus aequalibus, ad eos etiam, qui facti illius epochæ propiores sunt, recurrere; verum id dumtaxat locum habet, quando ab hac illi haud nimium fuere remoti. Regula hæc seu principium ab iis etiam, qui a severiori critica alieni sunt, haud gravale admittitur. Porro S. Fortunatus et S. Genovefæ biographus, qui, ut jam dedimus, S. Dionysium a S. Clemente Papa missum tradunt, seculo vi, ut jam supra monui, florere; cum autem is Pontifex seculo i Romanam S. Petri Cathedralam occupavit, consecrarium est, ut iis, quæ ipsimet scribunt, insistendo a facto isto seu S. Dionysii per S. Clementem missione quatuor amplius seculis abfuerint ac proin tanto temporis spatium, ut omnino, ne illorum hanc testimonio superstruamus, exigere videatur sana ratio, nisi ad vel traditio legitima vel testimonia antiquiora accesserint. Verum quænam, quæso, scriptoribus illis testimonia quæunt præluisse hujusmodi? Ego certe, diligentissima etiam perquisitione facta, ne unum quidem invenire quivi. Adhæc testimonia antiquiora, e quibus S. Fortunatus et S. Genovefæ biographus, Dionysii missionem a Clemente factam fuisse, didicerint, duobus, hisce scriptoribus verosimillime non præluisse, ex iis, quæ § proxime prægresso disputata sunt, haud inepte concluderis.

uti hic quantum ad Visbii conscriptionem, ab Hilduino laudatam, 77 At vero Visbii, qui Dionysium se vidisse indicat, conscriptionem, ab Hilduino in Areopagitæ Actis laudatam, nonnulli cum hoc San-dionysiano abbate hic allegant; etsi autem in ista conscriptione, uti e Commentario S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, ubi eam num. 44 et duobus segg. integram dedimus, conspicies, nulla omnino Dionysii per Clementem missi mentio occurrat, Hilduinus tamen in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num. 5 de Dionysio sic scribit: Quoniam autem beatus Clemens huc eum, videlicet in Gallorum gentem, direxerit..... libellus antiquissimus Passionis ejusdem (S. Dionysii nimirum) explanat. Præcipue tamen conscriptio Visbii; quibus verbis sane, S. Dionysii missionem S. Clementi Papæ in Conscriptione Visbii adscribi, disertissime affirmat. Fueritne ergo Conscriptio isthæc, quam Hilduinus præ manibus habuit, diversa ab ea, quam loco proximo cit. in Comment. S. Dionysii Actis prævium intulimus? Id equidem haud puto; rectene autem, an secus, e jam dicendis lector dispiciat. Etsi quidem generis, e quo S. Dionysius Areopagita ortus sit, nobilitas in Actibus Apostolorum nuspium commemoretur, Hilduinus tamen, quod ex Areopagitæ titulo, qui in hisce Sancto illi tribuitur, nobilitas illa (Commentarium Sancti ejusdem Actis prævium num. 6 et 7 videsis) possit inferri, fuisse eam Actuum Apostolorum testimonio prisca seculis notam, in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num. 3 diserte affirmat.

78 Quid si ergo Hilduinus, non quod in Visbii Conscriptione, quæ et præluicit, Dionysius a Clemente missus assereretur, sed aliquid, ex quo id a Clemente factum; posset concludi, reperiretur, sancto huic Pontifici missionem Dionysii in Conscriptione illa attribui, notarit? Enimvero hunc, utut minime probandum, in scribendo modum, quem et loco proxime cit. et alibi adhuc usurpavit, iterum hic usurpasse Hilduinum, indubitatum apparet. In Visbii Conscriptione, loco proxime cit. a nobis transcripta, S. Dionysium sub Domitiano imperatore martyrium

subiisse, indicatur, cumque hinc, factum hunc Parisiensium Apostolum a Clemente fuisse missum, consecrarium arbitraretur Hilduinus, id re ipsa in Conscriptione illa, quam præ oculis habuit, assererari, loco supra cit. notarit; ut proinde non sit, cur hanc, in qua, ut ait, S. Dionysii missio S. Clementi adscribitur, diversam putemus a transcripta a nobis eadem Visbii Conscriptione, in qua ne ulla quidem, ut jam dictum, Clementis mentio occurrat. Verum, inquit modo, cum equidem Visbii Conscriptio sub Domitiano locet Dionysii martyrium, opinioni certe de hoc sancto Parisiensi Episcopo per Clementem missio suffragatur. Fateor, sic habet; verum, etsi etiam Conscriptio Visbii, Dionysium a Clemente missum, disertissime traderet, nec hinc tamen id, quod de re hac Fortunatus ac S. Genovefæ biographus scripserint, in testimonio hisce antiquiori dici posset vel utcumque satis fundatum. Illa enim Conscriptio, utpote spuria Visbiique scriptori fictitio ab impostore seculo viii forsitan aut adhuc serius supposita, nullo plane in pretio est habenda.

79 Res ex iis, quæ in Comment., S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, § tertio adducta sunt, satis superque liquet. Attamen, ut adhuc luculentius palescat, juverit iis sequentia etiam, quæ eo conducunt, adjungere. Pictores sculptoresque, ut necis genus, quod martyres, capite amputato pro fide occisi, subierant, exprimerent, eos caput manu tenentes plerumque exhibere. Hinc dudum postea factum, ut Sanctos, ita expressos, abscissum sibi caput manibus propriis post necem gestasse, fuerit et falso ab imperitis existimatum, et hic etiam error in Sanctorum illorum Acta, scriptoribus scilicet, qui hæc litteris mandarunt, facilius, quam per esset, miracula prodigiosaque facta, quæ Martyrum necem fuissent comitata, incaute credentibus, irrepserit. Porro cum scriptores illi, si vel ipsimet martyribus necem inferri vidissent, vel rem ab aliis, qui viderant, exponi audivissent, errorem certe hujusmodi commissuri non fuissent, eumque nihilominus Conscriptionis Visbianæ auctor committat, enimvero is, utpote sese Dionysii martyrium vidisse, aut certe ab iis, qui id viderant, exponi audivisse, haud obscure indicans, lectori insigniter imponit. Jam vero, cum sic in omnibus plane, quæ scribit, ac proin et in tempore, quo se floruisse innuit, fidem omnem sibi metipsi abroget, nihil omnino impedit, quo minus spurium illum, de quo hic agimus, fietum seculo demum viii aut serius productum abs illo fuisse credamus. Fuit Conscriptio Visbii, ut Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num. 5 docet, in tomo satis superque abdito Parisius divino nutu inventa. Quid si ergo ii, qui ecclesiæ Parisiensis res dicto seculo viii administrabant, timentes forsitan, ne aliquando bonorum quorundam, quæ ad hanc spectabant, possessionis titulum, scripto expressum, proferre cogerentur, præfatam, ut hujus, quo carebant, loco esset, Conscriptionem sub ementito Visbii nomine vel ipsimet confecerint, vel aliena saltem opera fingendam curarint? Certe olim fuisse, qui primigeniis principum diplomatibus amissis nova a se conficta substituerint, eruditi passim norunt, rationemque ac qualemcumque formam instrumenti, quo nonnulla ecclesiæ Parisiensi seu episcopo ejus Masso fuerint collata, Visbiana Conscriptio videtur præferre.

80 Utut sit, hæc supra adductis hic adhuc, ut in

AUCTORE
G. B.

nominationem
ostenditur,
proba nota
testimoniis
E

F

AUCTORE
C. B.
nec etiam in
traditione,
qua pro ge-
minis

in monumento huiusmodi Dionysii per Clemen-
tem missionem fundari nequam posse, diluci-
dius monstrarem, adiunxisse contentus, exami-
nare modo, an hæc nec in traditione sat solide
sit fundata, aggredior. Enimvero, cum rece-
rentia, S. Fortunato ac S. Genovesæ biogra-
pho debita, exposcat, ne, quæ de S. Dionysio,
per Clementem misso, memoriæ, ut dedimus,
prodidere, finisse dicantur, hæc illos e tradi-
tione saltem hausisse, nemo merito eat inficias.
Verum qualis ea fuerit, verane ac ab ipsa rei
gestæ origine deducta, an contra popularis
tantum nec nisi e rumoribus incertis ipsomet,
quo S. Fortunatus ac S. Genovesæ biographus
florere, seculo VI vel haud multo citius demum
nata, dubitari non immerito potest. Longueval-
lus in Dissertatione, Historiæ Ecclesiæ Gallica-
næ a se conscriptæ præmissa, art. 3 hunc fere
verbis Gallicis, quæ Latine reddo, loquitur in
modum: Cum antiquitas pulcherrimis nobilitatis
titulis accenseatur, populi plerique in remotissi-
mis temporibus originem suam quæsiere, cumque
obsidione Troiana nihil celebrius, nihil anti-
quius in historia profana nossent, non pauci
ad principes Troianos, quos in dispersione sua
respublicas principatusve aliquos fundasse, aliun-
de habebant compertum, imperiorum suorum
fundationes retulere. Nihilne simile particula-
ribus Galliarum ecclesiis evenit? Fidem in Gal-
lias ab Apostolis horumve discipulis fuisse illa-
tam, e traditione erat notum; ex hac autem
traditione vera plures confictæ sunt falsæ, quæ
plerisque nostratibus ecclesiis episcopos, ab ipsis-
met Apostolis missos, pro fundatoribus dede-
runt.

ac verè cer-
to sit habeu-
da,

81 Hæc porro opiniones, quæ videbantur illis
honorificæ, absque sufficienti examine fuerunt
receptæ, et, quamvis essent recentes, pulchrum
traditionis nomen brevi eis fuit impositum, ve-
rum præter istæ particularium quarundam
ecclesiarum de origine sua traditiones non ma-
gis sunt certæ, quam quæ a familiis quibus-
dam de nobilitatis suæ antiquitate proferuntur.
Ita hactenus ille; cum autem, quæ de parti-
cularium quarundam ecclesiarum traditionibus
memorat, videantur sane verissima, hinc fit,
ut quascunque particularium ecclesiarum tradi-
tiones, quæ harum fundationes vel ab ipsis-
met Apostolis, vel ab episcopis, per hos mis-
sis, repetunt, non parum habeam suspectas,
nisi eas, non e vanis rumoribus natas, sed veri
nominis traditiones esse, alicunde solide possit
probari. Quamvis S. Saturninum, primum To-
losatum episcopum, Decio et Grato consulibus
seu seculo demum III Tolosam venisse, ex anti-
quis ipsiusmet sancti huius antistitis Actis, a
Ruinarthio inter sincera Martyrum Acta relatis,
habeatur compertum, est tamen, cur dubitetur,
an seculo VI non obtinuerit etiam traditio, quæ
eum ab ipsismet Apostolorum discipulis Tolosam
missum fuisse, adstruebat.

sat funda-
tis, ad, quod
pro sua de
Dionysio
opinionem
vellem, con-
ficerent,

82 Etenim Gregorius Turonensis, qui seculo
illo floruit, lib. I de Gloria Martyrum cap. 48
sic scribit: Saturninus vero martyr, ut fertur,
ab Apostolorum discipulis ordinatus, in urbem
Tolosam est directus. Sunt quidem, qui, ut
cum S. Saturnini Actis Gregorium concilient,
eum hic accurate haud locutum ac per Apostolo-
rum discipulos non nisi Romanos Pontifices,
qui fidem, Romæ ab Apostolis disseminatam, pro-
fitebantur, intellexisse contendunt; verum sunt
etiam, qui non alios, quam qui, fide ab ipsis-

met Apostolis accepta, vere eorum discipuli fuis-
sent, a Gregorio per Apostolorum discipulos vo-
lunt intelligi; iis autem assentiendum si sit, con-
sectarium e jam datis scriptoris huius verbis
est, ut seculo VI vigerit etiam traditio, qua
iis, qui Apostolorum veri nominis fuissent disci-
puli, S. Saturnini ad Tolosates missio contra
certam atque indubitam Sancti huius Actorum
fidem fuerit adscripta. Quid si ergo traditione
huiusmodi haud multo præstet altera supra me-
morata, qua Fortunatus et S. Genovesæ biogra-
phus impulsu S. Clementi Papæ Dionysii in Gallias
missionem adscripserint? Ut sit, mihi equi-
dem nihil occurrit, quo hanc illa præstare affir-
mem. Jam vero, cum res ita habeat, sitque adeo,
an traditio, e qua sola, uti ex hic jam dictis
consequitur, S. Fortunati ac S. Genovesæ bio-
graphi dicta de Dionysio per Clementem misso
testimonia promanasse queant, pro vera ac genui-
na sit habenda, dubium admodum atque incer-
tum, enimvero ex iis, etsi etiam reipsa a duobus
illis scriptoribus data fuissent, opinionis de Dio-
nysio per Clementem misso patroni nequam
id, quod pro hac confirmanda stabilendæ vel-
lent, conficiunt.

83 Verum etsi id ita sit, opinionem equidem,
quæ Dionysium a Clemente seculo I missum as-
sereret, seculo VI vigeret, sæpissime jam lau-
dati, qui tum florere, Fortunatus ac S. Geno-
vesæ biographus, si reipsa hoc et ipsi asserue-
rint, argumento sunt minime dubio. Ast et al-
tera, quæ Dionysii missionem seculo III innecte-
ret, tum etiam indubie obtinuit opinio. Palam id
fit ex Gregorio Turonensi mox laudato, utpote
qui Hist. Francorum lib. I, cap. 30 Dionysii mis-
sionem sub Decio et Grato consulibus collocet,
seu quod eodem recidit, anno 250 innectat. Aiunt
quidem, id facere Gregorium, quod cum S.
Saturnino venisse in Gallias Dionysium arbi-
traretur; verum quid tum, cum equidem, Sa-
turninum sub Decio et Grato consulibus seculo
III medio Tolosam advenisse, Gregorius (adi-
ejus loco proxime cit. Francorum Historiam) sit
arbitratus, consecrarium est, ut et Dionysium in
Gallias tum venisse seu missum fuisse, existima-
rit. Adhæc cum auctor anonymus, qui, quemad-
modum apud nos tom. 2 Octobris in Comment.
Actis SS. Tyrsi, itemque SS. Bonifacii et Socio-
rum prævio num. 6 et duobus segg. probatum
invenies, SS. Fusciani et Victorici martyrum
Acta, a Bosqueto edita, seculo VI in litteras misit,
binos hosce Sanctos, quos sub Maximiano
passos scribit, Dionysii faciat socios, consecra-
rium est, ut hunc non seculo I a S. Clemente
Papa, sed seculo demum III ab alio Romano
Pontifice in Gallias missum fuisse, non secus
ac Gregorius Turonensis, existimarit. Jam ve-
ro, cum res sic habeat, seculo VI duæ in Gal-
liis vigerint opiniones, quarum altera ad se-
culum I, altera ad seculum III Dionysii missio-
nem referret. Priorem Fortunatus et S. Genove-
sæ biographus, si reipsa, quod supra dictum,
scripserint, sunt amplexi; posteriorem vero Gre-
gorius Turonensis, et anonymus, quem proxime
laudavi, scriptor sunt secuti. Utra porro potior
ac verosimilior debeat videri, § sequenti discu-
tiam.

E
etsi interim
hæc, contra-
ria etiam ob-
tinente, seculo
VI vigeret
sit dicendum

A

§ VI. Quandonam opinio, quæ Dionysii missionem seculo I illigat, maxime vigerit, et an opposita, quæ hanc in seculum tertium differt, verosimilior non sit.

E Pipini et Theodorici regum chartis, quorum verba hic dantur secundo octavo

U^t primum, quod hic queritur, efficiam, testimonia antiqua, quæ opinioni de Dionysio seculo I in Gallias misso utcumque confirmantur subserviunt, in medium adduco. Mabillonius lib. 6 de Re Diplomatica pag. 488 recenset præceptum Theodorici Calensis, Francorum regis, anno Christi 723 datum, in quo Theodoricius anteriorum regum ac Pontificum privilegia San-Dionysianis monachis concessa, confirmans, ait: Aergo dum et omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen expendiscire, per Incarnationis mysteria Unigeniti Filii sui Domini nostri Jesu Christi, vel illustratione Spiritus Sancti inluxit in corda sanctorum Christianorum, pro cuius amore et desiderio inter ceteros gloriosus triumphus Martyrum beatus Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio, qui primi post Apostolos sub ordinatione beati Clementi, Petri Apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advennerunt. Quod hic de S. Dionysii ejusque Sociorum sub beato Clemente, Petri Apostoli successore, in Gallias adventu asseritur, in Pippini quoque, Francorum regis, charta, anno 768 data, atque a Doubleto in Antiquitatibus San-Dionysianis lib. 3, cap. 5 recitata, traditur his verbis: Dionysius et sæpe jam dictus Rusticus et Eleutherius, qui primi post Apostolos sub ordinatione B. Clementis, Petri Apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advennerunt. etc.

opinionem, quæ Dionysii missionem seculo I illigat, apud multos obtinuisse certum apparet;

85 Gallie Christianæ Auctæ scriptores, Dionysii sub ordinatione beati Clementis in Gallias adventum in binis jam memoratis chartis seu præceptis a Pipino et Theodorico asseverari, col. 8 præfati, mox subjungunt. Hanc autem opinionem de Dionysii sub Clemente in Gallias adventu prorsus hauserant (reges scilicet Theodorici et Pipinus, aut ii certe, qui mox dicta eorum præcepta scripsere) ex Actis Passionis S. Dionysii, quæ citat Hilduinus, ubi scriptum legebatur, S. Dionysium a Clemente Pontifice Romano, episcopum ordinatum et in Gallias fuisse transmissum. Acta hujus Vitæ e Mss. codicibus edidit Franciscus Bosquetus; auctorem vero Fortunatum, Pictaviensem episcopum, appellatum deprehendit Petrus de Marca in codice Ms. Turonensis ecclesiæ. Ita illi; verum S. Dionysii Acta, quæ Bosquetus edidit, Fortunatum certissime non habere auctorem, jam dilucide Comment. hujus prævii § 1 est monstratum. Nec hoc tantum ex ibidem dictis habetur, verum etiam Acta illa Pipini et Theodorici ætate nondum fuisse admodum antiqua; ut vel idcirco dubitari queat, an vere ex iis opinio de Dionysii in Gallias per Clementem missione in bina supra memorata præcepta seu diplomata manarit. Verum, inquires, undecumque illam seu bini dicti reges, seu qui diplomata illa digessere,

hauserint, hæc equidem argumento sunt, seculo VIII, quo fuere data, non paucos in Galliis, qui Dionysium a Clemente missum arbitrarentur, existitisse. Fateor, sic habet; verum quid hinc, quæso, sat firmi ac certi pro opinione de Dionysio per Clementem misso stabilienda elicias?

86 Hæc, utpote cujus nulla plane ante seculum VI vestigia seu indicia, fidem facere utcumque nata, inveniuntur, seculo VII primum, aut certe non citius, quam seculo VI, quo forsitan, quod supra grates dedimus, Fortunatus ac S. Genovefæ biographus scripsere, fuerit indubie exorta: ab eo autem tempore (neque enim hoc negare est animus) magis magisque in Galliis, passim scilicet absque ullo examine a multis, qui antiquitatem, quam possent, maximam ecclesiis suis ambiebant, cupidissime suscepta, invaluit. Gallicani episcopi in frequenti conventu, quem anno 825 de sacrarum imaginum cultu Parisiis habuere, sub finem Actionis VII apud Jacobum Bongarsium ita loquuntur: Nec vobis tedium fiat, si ad ostendendam rationem veritatis, veritatemque rationis, sese paulo longius sermo protaxerit, dummodo linea veritatis, quæ ab antiquis Patribus nostris usque ad nos inflexibiliter ducta est, beato Dionysio scilicet, qui a sancto Clemente beati Petri Apostoli in Apostolatu primus ejus successor extitit, in Galliis cum duodenario numero primus prædicator directus, et post aliquod tempus una cum Sociis huc illucque prædicationis gratia per idem regnum dispersis martyrio coronatus est.

87 Cum itaque tot, quot hic memorantur, Gallicani episcopi, Dionysium a Clemente missum, seculo IX seu anno 825 crediderint, enimvero vel hinc, opinionem istam magis adhuc tunc, quam seculo proxime prægresso in Galliis riguisse, concludendum apparet. Ut sit, plurimos equidem ibidem seculo VIII, itidemque, editis etiam nondum Hilduini Areopagitici, seculo IX Dionysii in Gallias missionem S. Clementi Patre attribuisse, ac proin et seculo I illigasse, e proxime recitatis episcoporum Gallicanorum verbis binisque supra memoratis seu diplomatibus seu præceptis extra omnem controversiam positum apparet. Id enimvero, etsi etiam an ambo illa diplomata genuina sint, dubitari queat, iis ego, qui hanc missioni Dionysianæ epocham assignandam putant, ultro concedo, et vel hinc, quæ contra hanc eorum opinionem infra arguam, validiora evadent, ut consideranti patescet. Simul interim (quod tamen, cum aliquid omnibus videri argumentum veritatis sit, maxime vellent) eandem opinionem ne quidem tunc, cum Hilduinus Areopagita sua anno 836 mitteret in lucem, existitisse communem seu ab omnibus fuisse susceptam, contendo; quam merito autem id faciam, ex ipsomet Hilduino ostendo.

88 Hic scriptor in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num. 8 sequentem scribit in modum: Cæterum super garrulitate levitatis eorum mirando deficiamus, qui contententes hunc Dionysium Areopagiten esse non posse, ad munimentum sui hæc, quæ sequuntur, inaniter contrahunt, venerabilem videlicet et sanctum Bedam presbyterum dixisse in tractatu Apostolorum Actuum, Areopagiten Dionysium non Athenarum, sed Corinthiorum, fuisse episcopum, addentes, eundem inibi diem obiisse. Et quoniam libellus Passionis istius testatur, hunc a Clemente Pontifice Romano episcopum ordinatum et in has Galliarum partes fuisse transmissum; quia etiam Passiones diversorum

AUCTOR C. B.

eaque deinde ut Gallicani episcopi, anno 825 congregati,

E forte supponendum qui

fidem faciunt, adhuc magis invadunt, nondum tamen,

F

uti ex Hilduino probatur, anno 836,

sanctorum

AUCTOR
C. B.

sanctorum Martyrum, sub variis imperatoribus interfectorum, contineant, eosdem cum hoc sanctissimo Viro (Dionysio nimirum) has partes adisse, quod ipse senatorum manifeste refellit auditus. Et quod Gregorius Turonensis, sicut in Passione sancti Saturnini legisse se dixerat, sub autumatione memoret, istum ipsum (S. Dionysium videlicet) tempore persecutionis Decii sub beato Sixto cum aliis sex episcopis, quorum Vitæ vel Passiones nequaquam ejus dictis in ratione temporum consonant, in has regiones fuisse directum.

cum hic
Areopagiti-
ca conscri-
beret, ab om-
nibus erat
suscepta,

89 Fuerunt itaque, qui, cum Hilduinus Areopagitica scripsit, scriptori huic aliisque, Dionysium Parisiensem eundem esse cum Dionysio Areopagita, contendebant, Gregorium Turonensem, qui Dionysii in Gallias adventum Decianæ persecutionis tempore consignat, et diversorum Martyrum Passiones, quæ hosce, ut sub variis imperatoribus, seculo 1 nimirum et in eunte 2 (neque enim alias Passiones illæ, ut Hilduino contrariæ, potuissent haberi) posterioribus, martyrium passos, Dionysii nihilominus faciunt socios, opponerent; verum eos, qui ita contra Hilduini de Dionysii Areopagitismo opinionem arguerent, non fuisse sane hanc sectatos, imo nec hunc Sanctum in Gallias fuisse a Clemente missum, existimasse, certum omnino atque indubitatum unicuique, rem utcumque expendendi, evadet. Nec est, cur forsitan exercitii tantum gratia Passiones illæ ab Hilduino putentur sibi melius objectæ; rem enim secus habere, e modo, quo hic San-Dionysianus abbas (admodum huc transcripta ejus verba) de illis, Passiones easdem sibi obijcientibus, loquitur, satis superque liquet. Jam vero, cum hæc sic habeant, opinionem certe, quæ Dionysii missionem Clementi Papæ attribuit primoque adeo seculo illigat, ne quidem etiam tunc, cum Hilduinus Areopagiticis scribendis operam daret, existisse communem seu ab omnibus fuisse susceptam aut amissam, nemo non videt.

nec hæc, ut
postea ab
omnibus

90 Nec, ut postea ab omnibus admitteretur, Areopagiticis suis efficere potuit Hilduinus. Liquet id ex Adone et Usuardo, qui, quamvis eodem, quo jam vulgata fuerant Hilduini Areopagitica, seculo IX in lucem concinnata a se Martyrologia miserint, in Annuntiationibus tamen, quibus in his hodie S. Dionysium ejusque Socios Rusticum et Eleutherium celebrant, nihil omnino suppeditant, e quo, hosce a S. Clemente Papa in Gallias missos fuisse, vel utcumque colligas. Porro cum non modo nihil suppeditent hujusmodi, verum etiam Pontificis Romani, a quo S. Dionysium ejusque Socios in Gallias missos memorant, in Annuntiationibus illis, quod tamen factu fuisset facillimum, nomen haud exprimant, equis, quæso, duos illos martyrologos Hilduinianam, quæ Sanctos eosdem a Clemente missos statuit, opinionem fuisse amplexos, in animum inducat? Dicesne forsitan, Hilduini Areopagitica ab Adone non fuisse conspecta? Verum id, ut creditu perquam difficile, sic habeat; ea equidem Usuardus, utpote Benedictinus in cenobio Pratensi Lutetiæ Parisiorum monachus, neutiquam ignoravit, et tamen Hilduini de Dionysio per Clementem misso opinionem non modo non, ut jam dictum est, fuit amplexus, verum etiam in contrariam, quæ hunc Sanctum nostrum seculo demum tertio missum statuit, aperte concessit.

ac nomina-
tim, ut pro-
batur,

91 Venisse enim Dionysium ejusque Socios in Galliam una cum S. Piatone seu Piatone presbytero, non obscure is martyrologus declarat, ad primam

Octobris diem ita hunc Sanctum annuntians: Civitate Tornaco passio sancti Piatonis presbyteri, qui cum beato Dionysio episcopo ejusque Sociis ab urbe Roma Galliam prædicationis causa expetiit, ac postea consummato martyrio migravit ad Dominum; cum autem, S. Piatum seculo demum in venisse in Gallias, apud omnes prorsus tum recentiores, tum antiquiores eruditos in confesso sit, nec ab his adeo illa in re dissensisse Usuardus sit putandus, consertarium est, ut hic martyrologus, Dionysium etiam seculo demum in missum fuisse seu venisse in Gallias, existimavit. At vero, aiunt, sitne lectio, qua in Annuntiatione proxime huc transcripta S. Piatum cum S. Dionysio ejusque Sociis in Gallias venisse assertum, ab Usuardo vere profecta, dubium est atque incertum; id autem ut probatum dent, Usuardum a Molano editum allegant, in quo hic ad 1 Octobris Quintinum pro Dionysio reposuit, sequæ id ex aliis Martyrologiis, e quibus Centulense, a Sollierio in Usuardi Auctariis ad 1 Octobris diem citatum, forte unum existerit, fecisse, affirmat. Molano porro, aut, si mavis, vulgato abs hoc Usuardi Martyrologio adjungunt duo Usuardina egrapha seu transumpta, in quibus ambobus nulla plane ad 1 Octobris diem Dionysii mentio occurrit, duogue item adhuc Usuardina Martyrologia, alterum Tornacense monasterii S. Medardi, alterum Parisiense abbatiæ S. Germani a Pratis, in quorum altero quidem, uti apud Molanum, ad 1 Octobris pro Dionysio Quintinus, in altero vero pro Dionysio Fuscianus signatur.

ab Usuardo
suscepit,
est factum,

92 Verum omnia prorsus, quæ ante Molanum typorum beneficio vulgata fuere, Usuardi Martyrologia S. Piatum unanimi consensu faciunt S. Dionysii socium. Adhuc Launoyus, uti hujus scriptoris Operum omnium, anno 1731 Colonie Allobrogum editorum, tom. 2, part. 1, fol. 498 videre licet, Martyrologia Usuardi Mss., a se conspecta, in quibus omnibus S. Piatum cum S. Dionysio in Gallias venisse constantissime legitur, tam multa allegat, ut hæc certe numero alia supra memorata, a quibus ad eundem Octobris diem S. Dionysii nomen abest, longissime superent. Hisce porro a Launoyo conspectis Usuardi Mss. Martyrologiis accedunt quamplurima alia penes nos exstantia, in quibus pariter S. Piatum cum S. Dionysio in Gallias venisse constantissime legitur; quis autem lectionem, in tot Usuardi tum impressis, tum Mss. exemplaribus fundatam, nec nisi in paucis admodum exemplaribus hujusmodi non repertam, pro vera ac genuina non putet habendam? Usuardus elogium, quo ad 1 Octobris diem S. Piatum celebrat, ex hujus Sancti Actis, ut ibidem Sollierius in Usuardo a se illustrato recte observat, contexit; cum autem id ita sit, diserteque in Actis illis in Operis nostri primum Octobris tomum illatis, S. Piatum cum S. Dionysio in Gallias venisse num. 4 tradatur, enimvero vel hinc, lectionem, qua hoc ipsum in tot Usuardinis Martyrologiis supra memoratis assertum, ab Usuardo vere promanasse, indubitatum evadit. Nec est, quod reponas, S. Piatum Acta, qualia a nobis edita sunt, Usuardo non præluisse; in omnibus enim S. Piatum seu puris seu interpolatis Actis S. Piatum cum S. Dionysio in Gallias venisse asseveratur.

93 Atque ita, ni fallor, per ea omnia, quæ jam dicta sunt, Usuardum certe Hilduinianam de S. Dionysio per Clementem misso opinionem non oppositaque, uti hic e diversorum quæ Hilduino

A non tantum non esse amplexum, sed et in huic oppositam, quæ Dionysii missionem seculo III innectit, aperte concessisse, satis modo est probatum. Usuardum porro, Hilduiniana licet opinione plerorumque mentes semper occupante, non pauci adhuc alii sunt secuti, hosque inter nominatim, ut a reliquis recensendis brevitatis causa absteineam, memorandus venit Fulbertus Carnotensis, uti ex iis, quæ hic scriptor Operis nostri tom. I Octobris pag. 10 et XI suppeditat, facile colliges; quam merito autem id illi fecerint, palam est ex eo, quod ita opinionem, Hilduiniana multo saltem probabiliorem ac verosimiliorem, uti ea, quæ jam nunc dicere aggredior, ostendent, sint amplexi. Opinioni, qua Hilduinus (adi ejus verba proxime huc transcripta) Dionysium a Clemente in Gallias missum contendebat, diversorum sanctorum Martyrum Passiones, quæ, quamvis hoc sub variis imperatoribus interfectos notarent, eosdem tamen cum S. Dionysio in Gallias venisse affirmabant, opponebantur ab iis, qui hunc seculo demum III in Gallias venisse asseverabant; cum autem eo temporis spatio, quod inter annum circiter 120 et annum 249 intercessit, Dionysii in Gallias adventum nullus notet, Passionesque illæ, si varii imperatores, sub quibus athletas suos interfectos memorant, ad seculum I aut initium secundi deberent referri, Hilduinianæ opinioni, ut jam supra insinuavi, nequam potuissent opponi, enimvero oportet, ut per varios illos imperatores non intelligantur alii, quam qui seculo III, media sui parte jam elapso, Romano imperio præfuerint.

fuere objectæ
hicque

94 Jam vero, cum res ita habeat, consecrarum sane, ut nemo non videt, fit, ut certe diversorum Martyrum Passiones, quæ, quamvis hos sub imperatoribus, Christianos post seculum III medium persecutis, passos scriberent, eosdem tamen cum Dionysio in Gallias venisse affirmarent, Hilduini ætate exstiterint. Hinc porro ulterius jam consequitur, ut Passionum illarum auctores, haud opinioni Hilduinianæ, quæ seculo I, sed oppositæ, quæ seculo demum III Dionysium in Gallias venisse statuit, indubie adhæserint. Quæro modo, quandonam hi Passiones illas litteris mandarint. Si id illos seculo demum VIII aut etiam ineunte IX fecisse, respondeas, qui, quæso, factum, ut, quamvis tunc, quæ Dionysium a Clemente missum statuit, opinio, passim fere ab omnibus, ut supra vidimus; admissa, quam maxime vigeret in Galliis, illi nihilominus in opinionem oppositam, quæ Dionysii missionem seculo III illigat, concesserint? Enimvero oportere videtur, ut id solo veritatis amore fecisse, hancque e probæ notæ documentis traditionibusve (neque enim alioquin, ut faciunt, contra omnium fere secus tunc sententium torrentem fuissent ituri) perspectam habuisse dicantur. Quod si contra, Passiones dictas seculo VI aut adhuc citius fuisse exaratas, contendas, id equidem, quod de Dionysii seculo demum III in Gallias adventu scribunt, indubie illarum auctores, si non e monumentis antiquis, e traditione saltem didicerint; et quidem non e qualicumque, sed quæ veri ac genuini nominis traditio verosimiliter exstiterit.

expenduntur, martyrum

95 Cum enim S. Dionysii in Gallias adventum seculo III, ut dictum, innectant, ita ecclesiæ Parisiensis, a Sancto hoc fundatæ, originem minus remoto ab ætate sua seculo, quam ei assignetur ab aliis consignant; scriptores autem,

qui falsis traditionibus usi ecclesiarum urbiumve origines recensuerunt, rarissime hasce ad propiora, frequentissime vero ad remotiora tempora retulere, uti eruditi passim omnes, qui historias antiquas excutere ac suis quasque ponderibus librare solent, quotidiana fere experientia habent compertum. Hæc porro consideratio facit, ut, etiamsi quam diclarum Passionum scriptores fortassis sunt secuti, traditionem non certo, sed verosimiliter tantum æstimem genuinam ac veram, oppositam tamen, e qua sola, quod de S. Dionysio per S. Clementem misso forsas scripserint, S. Fortunatus ac S. Genovesæ biographus, ut supra ostendi, didicisse queunt, vehementer habeam suspectam, utque proinde vel idcirco, etsi etiam aliæ rationes deessent, non binis his scriptoribus, sed contra Passionum, de quibus hic nobis sermo, auctoribus potius adhærendum putarem, etiamsi pariter et hi, quæ de Dionysio cum Sociis, seculo demum III martyrii palmam adeptis, in Gallias profecto commemorant, e sola traditione hausissent. Atque hæc de Passionum illarum scriptoribus, si e sola forsas traditione assertam a se Dionysii cum diversis martyribus, pro Christo post seculum III medium necatis, societatem hauserint, dicta sunt. Quid si autem hanc non e sola traditione, sed præterea e martyrum illorum Actis antiquioribus aliisve, quæ ante ætatem suam scripta fuissent, modoque perierint, monumentis didicerint? Sulpitius Severus Hist. Sacræ lib. 2, ubi de Diocletiano et Maximiano, sic scribit: Extant etiam mandata litteris præclaræ ejus temporis Martyrum Passiones: quas connectendas non putavi, ne modum Operis excederem.

96 Cum itaque Passiones, a Sulpitio hic laudatæ, fuerint Martyrum, qui sub Diocletiano et Maximiano seu post seculum III medium subiere martyrium, Passionesque, de quibus hic nobis sermo, tales etiam exstiterint, sane hasce vel ipsasmet fuisse Passiones, a Sulpitio laudatas, vel a scriptoribus, qui ex hisce sua pleraque deprompsissent, litteris fuisse mandatas, sat verosimile apparet, firmoque vel hinc in opinione, qua, ut dixi, Passionum illarum auctoribus potius, quam Fortunato ac S. Genovesæ biographo adhærendum existimo; quod autem de Passionibus illis, quæ Hilduino, ut dictum, fuere objectæ, generatim hic affirmo, id nominatim de SS. Fusciani et Victorici Passione, supra a nobis adhuc laudata, est dicendum. Scriptor, qui hanc, a Bosqueto Ecclesiæ Gallicanæ Historiarum parti secundæ insertam, litteris mandavit, duos illos martyres, utut post seculum III medium sub Maximiano, uti inter omnes convenit martyrio coronatos, cum S. Dionysio tamen, aliis adhuc, quos recenset, comitantibus, in Gallias venisse memoriæ prodit: hinc autem Passionem illam esse unam e supra hic memoratis, quæ Hilduino (adi num. 88 huc transcripta scriptoris hujus verba) fuerint objectæ, verosimillimum sane, ne amplius quid dicam, apparet, uti nemo non fatebitur, qui rem attente expenderit. Ille porro SS. Fusciani et Victorici Passionis scriptor, narraturus in ea, quæ Sanctis hisce ac S. Gentiano, cum die quadam hunc illi habuissent obitum, acciderint, sese id, ut Historiæ gesta commemorant, facturum esse, insinuat; ut sane is scripta monumentave antiqua sibi prælucentia habuerit.

97 Quid si autem ex hisce, quemadmodum non pauca alia, quæ memorat, sic etiam, quæ de

Passionibus, ac nominatim e SS. Euscii et Victorici,

quæ, quævis non ubique vera,

actonem
C. B.

de SS. Fusciani et Victorici cum S. Dionysio societate memorie prodit, depromperit? Id enim vero factum ac proin, si, contra ac apparet, non plures e scriptoribus, qui diversorum Martyrum Passiones, Hilduinianæ de S. Dionysio per Clementem misso opinioni oppositas, scripsere, unum saltem eorum, quod de martyribus, seculo III jam medio passis et tamen cum Dionysio in Gallias in Roma profectis, memorat, e monumentis antiquioribus hausisse, vero admodum simile ob ea, quæ jam nunc dicta sunt, apparet. At vero, inquit cum Tillemontio, præterquam quod SS. Fusciani et Victorici Acta parum apte, si stylum eorum spectes, sint conscripta, in pluribus, quibus vestiuntur, adjunctis parum sunt verosimilia, ægreque inter semetipsa in altis videntur posse componi. Fateor: tale sane est, quod de Actis illis is scriptor Monument. Ecclesiastic. tom. 4, pag. 454 fert, iudicium. Verum Sanctorum Actis, in quibus nonnulla parum inter se consona ac verosimilia occurrunt, non omnis continuo, ne aliquin cuncta propemodum, veluti fidem facere nusquam nata, Sanctorum Acta rejicienda sint, deneganda est fides. Adhæc, etsi quidem nonnulla, haud facile apud omnes fidem inventura, contineant SS. Fusciani ac Victorici Acta, simul tamen etiam longe plura, a veri specie neuliquam abhorrentia, complectuntur. Præterea iis, quæ parum in illis verosimilia Tillemontio sunt visa, accensendum sane non est, quod de SS. Fusciano ac Victorico, martyrii palmam seculo demum III, uti apud omnes in confesso est, adeptis, et tamen Roma cum S. Dionysio profectis, memorie produnt.

haud tamen
ut Menardo

98 Ast hic modo Menardi venit in mentem, qui ne nimis confidenter postremum hoc asseram, monere videtur. Etenim (scriptoris hujus de unico Dionysio, Athenarum simul et Parisiorum episcopo, adversus Launoyum Diatribam cap. 6 videsis) SS. Fusciani et Victorici, de quibus hic agimus, Acta in S. Dionysii nomine corrupta esse, affirmat, tum quod in iis hic Sanctus sub Diocletiano et Maximiano, quod nullus umquam scriptor memorie prodidit, in Gallias venisse asseratur, tum quod in aliis Mss. SS. Fusciani et Victorici Actis S. Dionysii nomen non legatur. Verum, etsi quidem S. Dionysii in Gallias adventum sub Maximiano signare primo intuitu videantur, hunc tamen illa eventum sub Maximiano reipsa non signare, nec nisi ut facti præcipui, seu tolerati a SS. Fusciano et Victorico martyrii, de quo agunt, epocham determinent, mentionem de imperatore illo facere, satis est manifestum. Ita tom. 4 Monument. Ecclesiast. not. 10 in S. Dionysium, Parisiensem episcopum, Tillemontius observat; neque vero inepte: etsi enim Actorum illorum auctor, Rictium Varum eodem tempore, quo Maximianus Augustus Gallis præfuit, præfecturæ dignitatem esse adeptum, initio præfatus, statim deinde SS. Victorici et Fusciani cum Dionysio aliisque in Gallias referat adventum, id tamen sic facit, ut a sese hunc eodem etiam tempore seu sub Maximiano consignari, nullo uspiam verbo indicet. Imo vero, cum deinde, narrato SS. Fusciani ac Victorici cum S. Dionysio aliisque in Gallias adventu, novam tunc primum, cum Sancti illi ibidem multa gessissent satisque adeo diu jam commemorati fuissent, persecutionem in Christianos, in qua SS. Fuscianus ac Victoricus passi fuere, in iisdem Galliis esse exortam, non obscure doceat, hinc enimvero abs illo sub Maximiano, qui statim

ab accepto in Gallias imperio Christianos ibi persequi cepit, Dionysii in Gallias adventum non signari, sal luculenter patet.

99 Quod modo ad alteram, ob quam Menardus edita a Bosqueto SS. Fusciani et Victorici Acta corrupta esse pronuntiat, rationem spectat, cum Dionysii in Gallias adventum sub Maximiano, ut jam ostendi, non ponant, ut quid, quæso, illa potius, quam alia eorumdem Sanctorum Acta, a Menardo laudata, a quibus Dionysii nomen abest, corrupta sunt dicenda? SS. Fusciani ac Victorici Acta seu Passio, a Bosqueto vulgata, verosimillime, ut jam supra docui, una est e Passionibus, quas Hilduinus (adi ejus num. 88 huc transcripta verba) suæ de Dionysio per Clementem misso opinioni obiectas fuisse, commemorat; cum autem hæc omnes, uti ipsemet hic scriptor ibidem testatur, diversos illos Martyres, quos seculo III passos tradunt, cum S. Dionysio in Gallias venisse affirmant, consecrarium est, ut, si Acta illa vere, ut Menardus vult, in Dionysii nomine sint corrupta, id certe nævi in ea ante Hilduini ætatem fuerit iniectum. Ac id quidem ab iis, qui Acta illa, jam inde a seculo VI, ut supra docui, conscripta, seculo IX ineunte alterare e binis hoc proxime prægressis seculis transcripserint, factum statui oportebat; verum cum tunc opinio de Dionysio per Clementem misso quam maxime in Galliis, ut supra docuimus, vigeret, enimvero fuisse eo tempore etiam inventos, qui opinionem illam, utut ab omnibus tum passim receptam, adeo acersarentur, ut etiam, quo hanc infirmarent contrarietate inducerent, in SS. Fusciani et Victorici, quod conficiebant, Actorum exemplar S. Dionysii nomine, nuspiam antea in hisce reperitum, pro mero suo arbitrio, veritate insuper habita, intulerint, parum admodum verosimile apparet.

100 Verum, quo iis, quibus forsitan hoc modo res nondum satis probata videbitur, luculentius eam adhuc probem, ipsamet sanctorum Fusciani et Victorici Acta, a Menardo laudata, a quibus Dionysii nomen abest, verosimillime, facta in iis post Hilduini ætatem aut saltem post scripta abs hoc Areopagitica interpolatione, vitata esse seu corrupta, modo ostendam. Hilduino, jam inde a seculo I venisse in Gallias S. Dionysium, contendenti, diversorum Martyrum, ut supra dictum, Passiones, quæ hosce, utut seculo III demum martyrium passos, cum Dionysio tamen venisse in Gallias tradebant, fuere objectæ. Et sane argumentum, e Passionibus illis petitum, validissime, ut consideranti patescet, contra Hilduinum militabat; verum, etsi id ita foret, abs illo tamen hic scriptor, si tum Passionum illarum exemplaria, Dionysii nomine carentia, exstitissent, facillime sese, allegata horum auctoritate, expedire potuisset; cum autem idem scriptor, qui tamen nec ulla alia ratione dictum argumentum solvit, imo ne attingit quidem, exemplaria hujusmodi in sui præsidium non adducat, idque tamen, si quæ tum exstitissent, verosimillime, quo adversariis os occluderet, facturum fuisse videatur, id enimvero dictarum Passionum exemplaria, a quibus Dionysii nomen abesset, Hilduini ætate aut certe, cum hic Areopagitica conscriberet, non exstitisse, argumento est perquam valido.

101 Reponi quidem potest, Passionum illarum exemplaria, a quibus Dionysii nomen abesset, ostendunt, sunt corrupta etiam si

visum est, in
Dionysii no-
mine, quem
admodum quæ-

hic adducuntur.

F

A etiamsi ad infirmatum ac penitus convellendum argumentum, quod e Passionum earundem exemplaribus aliis, nomen istud continentibus, Hilduino fuit objectum, quodque hic scriptor neutiquam, ut facit, relinquere debuisset intactum, essent sane longe aptissima, ab Hilduino tamen, quod eorum non haberet notitiam, in opinionis suae praesidium non fuisse adducta: verum, cum is San-Dionysianus abbas, uti ipsemet loco jam saepius cit. prodit, Passionum exemplaria, quae ei, utpote Dionysii nomen praeferebant, adversabantur, optime cognovit, quis, quæso, eundem, si quæ pariter Passionum exemplaria, Dionysii nomen non complectentia eique adeo suffragantia, tum exstitissent, ignoraturum hæc fuisse, in animum inducat? Nemo sane, qui Hilduinum, quo documenta, ad suam de Dionysio per Clementem misso opinionem vel propugnandam vel confirmandam nata, undecumque conquiret, nulli omnino operæ ac labori pepercisse, consideravit. Jam vero, cum res ita habeat, reipsa sane nulla omnino dictarum, quæ Hilduino fuerint objectæ, Passionum exemplaria, a quibus B Dionysii nomen abesset, scriptoris illius ætate exstitisse, sat certum apparet; cum autem e Passionum illarum numero verosimillime, ut supra docui, exstiterit SS. Fusciani ac Victorici Passio, consecrarium est, ut nulla pariter hujus exemplaria, Dionysii nomine carentia, scriptoris illius ætate aut certe cum hic Areopagitica sua conscriberet, fuerint reperta. Hinc porro ulterius jam consequitur, ut Passionis illius exemplaria hujusmodi, a Menardo, ut supra vidimus, memorata, vel aliquanto saltem tempore post, vel serius, omisso in iis, ut in antiquiori, quod præ oculis erat, exemplari reperiretur, Dionysii nomine, debeant fuisse confecta; cum vero idcirco, uti hinc consequi nemo non videt, pro interpolatis seu vitiatissint habenda, Passionis ejusdem exemplaria alia, in quibus SS. Fuscianus ac Victoricus aliique adhuc martyres, seculo demum III passi, cum S. Dionysii in Gallias venisse memorantur, in Sancti hujus nomine, contra ac Menardus vult, corrupta non esse, citæ non indubitatum ex omnibus jam dictis evadit.

Actis, sec. VI scriptis, probatur.

C 102 Jam vero, cum id ita sit, auctorque, qui SS. Fusciani ac Victorici Passionem litteris mandavit, seculo VI, ut supra ostendi, verosimillime floruerit, ac certe non pauca, et quidem verosimillime etiam SS. Fusciani ac Victorici aliorumque, qui seculo demum III subire martyrium, assertam a se cum S. Dionysio societatem e monumentis antiquioribus, uti ante jam docui, dedecit, plurimum sane e Passione illa roboris ac momenti hic a nobis propugnata, quæ Dionysii in Gallias adventum seculo III illigat, accipit opinio; cum autem, uti e supra dictis liquet, non parum hæc etiam e jam saepe memoratis, quæ Hilduino generatim fuere objectæ, diversorum Martyrum Passionibus confirmetur, seculo VI insuper citra omnem controversiam obtinuerit, opinioneque deinde, quæ Dionysium a Clemente seculo I missum statuit, invalescente ac continuo fere per Gallias ex immodico antiquitatis amore vires acquirente, firma nihilominus steterit atque inconcussa nec umquam penitus, firmissimis, quæ egerat, fractis radicibus, potuerit ex hominum mentibus evelli, enimvero, cum hæc omnia, nisi illa veritati fuisset consona, ægre admodum locum habitura fuisse videantur, fit vel Octobris Tomus IV.

hinc, ut opposita, quæ Dionysii in Gallias adventum seculo I innectit, verosimilior ac potior non immerito æstimari queat.

103 Porro SS. Fusciani ac Victorici Actis, e quibus, ut jam dictum, opinio de S. Dionysii post seculum III medium in Gallias adventu non parum firmatur, addi etiam hic possent S. Piat Acta, in Operis nostri tomum primum Octobris jam illata, quæ hunc Sanctum, utut sub Maximiano ac proin seculo III jam senescente martyrio affectum, cum Dionysio tamen venisse in Gallias, pariter tradunt; verum, etsi id, hæc non magis, quam mox memorata SS. Fusciani et Victorici Acta, sub Diocletiano et Maximiano factum notent, minimeque adeo nobis, Dionysii adventum sub Decii et Grati consulatu seu anno 250 cum Gregorio Turonensi statuentibus, adversentur, haud citius tamen, quam seculo VIII aut IX ineunte (præcuius iis apud nos Commentarium num. 18 videsis) in litteras forsitan fuerint conjecta, cumque vel idcirco iis, quæ pro nostra de Dionysio sub seculum III medium in Gallias misso opinione roboranda e SS. Fusciani ac Victorici Actis Passionibusque Hilduino objectis supra attulimus, haud multum roboris adjungere sint nata, Acta illa aliæque adhuc exstantia aliorum Martyrum Acta, quæ hosce, utut seculo III passos, Dionysii tamen pariter faciunt socios eodemque fere, quo S. Piat Acta, loco possunt haberi, in opinionis nostræ praesidium hic non adduco, rationesque aliunde petitas, quibus hæc firmetur præterea, lectori dijudicandas § seq. propono.

AUCTORE C. B.

verosimilior ac potior debet videri.

§ VII. Quæ pro majori veri specie asserenda opinioni, quæ Dionysium seculo tertio missum statuit, § præcedenti dicta sunt, confirmantur, hæcque longe verosimilior ac propemodum etiam certa pronuntiatur.

Quos auctores habeant sanctorum Martyrum Passiones seu Acta, quæ pro Dionysii missione in seculum III differenda § proxime prægresso attulimus, plane in obscuro est. Nunc duo saltem in rem nostram prolaturi hic sumus testimonia, quæ a Gregorio Turonensi et Sulpitio Severo, notissimis juxta ac celeberrimis scriptoribus, data esse, omnino est certum. A Gregorii, qui, ut jam ante docui, seculo VI floruit, testimonio duco initium. Id tantummodo jam supra, quo, opinionem, quæ seculo III Dionysii missionem innectit, seculo VI obtinuisse, lectori faceremus palam, num. 83 fuit laudatum; nunc vero, ut, quanti in re, de qua agimus, faciendum sit, ostendamus, proferetur in medium. Sequentibus hisce apud scriptorem illum lib. I Historiæ Francorum cap. 28 concipitur verbis: Hujus (Decii) tempore septem viri episcopi ordinati ad prædicandum in Gallias missi sunt, sicut Historia Passionis sancti martyris Saturnini denarrat. Ait enim: "Sub Decio et Grato consu-

Dionysium sec. III missionem, Gregorius Turonensis scribit;

116 "mum

auctore
C. B.

« mum ac summum Tolosana civitas sanctum Sa-
« turninum habere coeperat sacerdotem. Hi ergo
« missi sunt; Turonicis Gatianus episcopus, Arela-
« tensibus Trophimus episcopus, Narbonæ Paulus
« episcopus, Tolosæ Saturninus episcopus, Pari-
« siacis Dionysius episcopus, Arvernus Stremonius
« episcopus, Lemovicinis Martialis est destinatus
« episcopus. » Franciscus Pagius, missionis Dio-
nysianæ tempus Gregorii Turonensis, qui hanc
seculo III luculentissime sane hic innectit, aucto-
ritate definiri non posse, in sua supra adhuc lau-
data de Dionysio Parisiensi Dissertatione histori-
co-critica contendit.

etsi autem
veritatem
ubique asse-
cutus non
sit,

105 Ut porro id probatum det, scriptorem
illum in exordiis primorum ecclesiæ Gallicanæ
episcoporum consignandis pugnantia inter se
scribere et a semet-ipso mire dissentire variis
adductis a num. 27 usque ad num. 31 exemplis
conatur ostendere; verum nullum omnino ex his
sat certo, quod vult Pagius, evincit. Liqueat id
vel ex iis, quæ Ruinartius, præjudiciorum certe
in re hic controversa non habendus suspectus, in
sua in novam a se curatam Gregorii Turonensis
editionem Præfatione num. 61 in medium adducit,
ibidem etiam probans, Gregorium in ea
hæresi non fuisse, ut episcopos septem illis, quos
proxime huc transcriptis verbis recenset, anti-
quiores in Galliis nullos fuisse existimaret. Fal-
sum quidem in conscripta a se Francorum Historia
Gregorium subinde esse, in Præfatione mox
laudata num. 63 Ruinartius fatetur; verum,
ut addit, hæc est sacrorum codicum singularis
prærogativa, ut soli sint errati immunes, er-
roresque, in quos lapsus est Gregorius, tanti
momenti non sunt, ut gentis Francorum Historiæ
vel civili vel ecclesiasticæ officiant. At vero, in-
quies, Gregorius in ipsomet proxime huc tran-
scripto textu episcopis sub Decio seu seculo III
medio in Galliis missis accenset S. Trophimum,
quem jam inde a seculo I in Galliis venisse,
argumentis adeo solidis ac validis probatur, ut
vix ullum eruditum reperire sit, qui iis rem
plane evictam non arbitretur. Fateor, sic habet:
verum quid tum? Dicesne forsitan, Gregorium,
ut in missionis S. Trophimi epocha, ita etiam
in tempore, quo S. Dionysium aliosque supra
recensitos episcopos in Galliis missos scribit, esse
hallucinatum? Ast, qui res historicas tractans
peccat in uno, non illico omnium factus est reus,
foretque aliouin fluxa per omnem Historiam
Gregorii auctoritas.

ac quantum
ad missionis
Dionysianæ
epocham a
Petro de
Marca dese-
ratur,

106 Petrus de Marca, Parisiensis olim archie-
piscopus, in erudita sua de prædicatæ primum
in Galliis fidei tempore ad Henricum Valesium
epistola, apud nos tom. V Junii a pag. 544
usque ad pag. 552 recusa, Gregorium Turo-
nensem non modo in S. Trophimi, sed et in
SS. Pauli, Martialis, Dionysii et Saturnini
missionis tempore supra huc transcriptis verbis
assignando errasse contendit, et nihilominus ei-
dem Gregorio in tempore, quo ibidem etiam S.
Gatianum Turonensem et S. Stremonium Avernensem
episcopos in Galliis missos, tradit, re-
fragari temerarium arbitratur. Audi, qui hoc
loco loquatur. Quod autem, ait, attinet ad Ga-
tianum, Turonensis ecclesiæ episcopum; cum
ejus successor Gregorius, cui perspecta erant
ecclesiæ suæ tabularia, doceat conceptis verbis
lib. 9 Hist. cap. 31, Gatianum anno Decii pri-
mo a Papa Sedis Romanæ transmissum, addi-
tis quoque aliquot ejus episcopi gestis; neque
ulla nobis aliunde suppetat auctoritas, qua il-

lum ad vetustiora tempora revocemus, temerarium
censeo adversus Gregorium de propria ecclesiæ sta-
tu disputare. Idem dicendum puto de Stremonii,
Arvernensis episcopi, initiis, quæ Gregorium, utpote
patria Arvernum, atque adeo in suis non peregrini-
um, latere non poterant Ita ille; nequaquam sa-
ne ex errore, quem, ut putabat, Gregorius non
in solius S. Trophimi, sed simul etiam in SS.
Dionysii, Pauli, Saturnini et Martialis missionis
epocha admisit, pariter cum in tempore, quo SS.
Gatianus et Stremonius missi fuerint, errasse
concludens.

107 Atque ita quidem vir eruditissimus sibi
faciendum ducit, quod, quemadmodum indicat,
Gregorius res, quæ ad SS. Gatianum et Stre-
monium, melius quam eas, quæ ad quinque alios
episcopos spectabant, potuerit habere perspectas;
verum, cum res ita habeat, sane etiam ex eo,
quod, ut supra dictum, Gregorius in S. Trophimi
missionis epocha assignanda certo errat, eum pa-
riter in tempore, quo S. Dionysium missum scri-
bit, errasse nequit inferri. Gregorius enim in suis
Operibus de S. Dionysii patristicæ ab eo miraculis
loco non uno egit, Parisios frequenter venit, ami-
citæque vinculo, uti a pluribus notatum invenio,
cum Germano, Parisiensi episcopo, hujusque suc-
cessore Ragnemodo fuit conjunctus; ut sane res,
quæ ad ecclesiæ Parisiensem primumque hujus
episcopum S. Dionysium, melius quam eas, quæ
ad procul Turonibus dissitam Arelatensem pri-
mumque ibidem hujus episcopum S. Trophimum
spectarent, potuerit habere compertas. Adhæc
nulla pariter aliunde, ob quam ad tempus seculo
III antè Gregorium missionem revocemus, aucto-
ritas, certo scilicet admittenda nec merito reco-
canda in dubium, suppetit; ut adeo Petrus de
Marca SS. Gatiano et Stremonio, in quorum mis-
sionis epocha Gregorio Turonensi e dictis refragari
ausus non est, S. Dionysium adjungere, ac
proin scriptoris hujus etiam in tempore, quo San-
ctum hunc missum memorat, testimonium revocare
non immerito potuisset.

108 Et vero fecisset id etiam forsitan vir eru-
ditissimus, nisi S. Dionysii Sociorumque ejus
Acta, a nobis edenda, in quibus Dionysius a Cle-
mente Papa in Galliis missus diserte asseritur,
S. Fortunatum habere auctorem, credidisset;
verum ea a sancto hoc Pictaviensi episcopo non
esse concinnata, jam dilucide Comment. hujus
prævii § 1 probavi. Nec fuit etiam, cur ob hym-
num ab eodem Fortunato, ut volunt, compositum
ac a nobis laudatum, in quo etiam Dionysii missio
S. Clementi Papæ adscribitur, a Gregorii contra-
rium prodentis testimonio Petrus de Marca re-
cederet. Etsi enim, hymnum illum, cujus nec
Hist. litt. Franciæ scriptores in S. Fortunati scri-
ptis mentionem faciunt, a Fortunato fuisse con-
textum, supra tantisper dederimus, anne tamen
re etiam ipsa a scriptore isthoc prophanari, est ad-
modum dubium, uti ex iis, quæ § V disserui, satis
superquæliquet; cum autem Gregorii testimonium,
proxime huc transcriptis verbis conceptum, a Gre-
gorio equidem, quidquid etiam ad ejus auctorita-
tem infirmendam adducant, citra omnem contro-
versiam sit profectum, fuit sane, cur id Fortunati
testimonio, quod, an vere Fortunati sit, haud con-
stat, a Petro de Marca præferretur, regue etiam
ipsa præ Fortunati testimonio in pretio est habendum.
At vero, cum Gregorius equidem seculo VI
demum floruerit, seculisque adeo circiter tribus
a Dionysii, seculo III, ut scribit, missi ætate ab-
fuerit, fuisse etiam abs hac illum remotiorem,
quam

fuit tamen,
cur etiam
quantum ad
illam a seri-
ptore isthoc
reciperetur;

E

testimonium,
quod ex in re
dedit, Fortu-
nati testimo-
nio præstat,

F

A quam ut in tempore, quod Dionysii missioni assignat, fidem certam mereatur, non nemo fortassis jam contendet; neque vero, ut mihi equidem apparet, omnino immerito; verum Sulpitius Severus, supra a nobis jam sæpius laudatus, qui, cum seculo IV senescente floruerit, unoque adeo dumtaxat fere seculo a Dionysii ætate abfuerit, res certe ad hunc spectantes probe potuit habere perspectas, Gregorio suffragatur, ut facile colligetur ex iis, quæ jam nunc de scriptore illo sum dicturus.

cique, uti ex
hæc dictis
colliges, suf-
fragatur
Sulpitius.

109 Religionem Christianam necdum etiam tum, cum Adrianus, Romanorum ab anno 117 ad annum usque 130 imperator, persecutus est Christi ecclesiam, in Galliis fuisse susceptam, laudatus Sulpitius Severus, uti e verbis ejus, quæ num. 53 hæc transcripsi, inspectis, facile intelliges, non obscure docet; huic porro consequitur, ut sane is scriptor, Parisiensem, Turo-nensem, Rhemensem, Rhotomagensem, Aurelianensem, Arelatensem, Narbonensem aliasque omnes Galliarum ecclesias, quas jam inde a seculo I fundatas fuisse, nonnulli contendunt, re ipsa tum nondum fuisse fundatas, etiam existimarit. Certum id est, nec ab ullo potest revocari in dubium. Sulpitium quidem quantum ad tempus, quo Christi fides in Galliis fuerit suscepta, errasse, suprajam dedi; verum quid tum? Erravit etiam, ut reipsa e jam dictis fecit, quantum ad tempus, quo ecclesiam Arelatensem, imo etiam, si celis, quantum ad illud, quo Viennensem fundatam credidit, hincne consequens erit, ut quantum ad tempus, quo Parisiensem, Lugdunensem, Rhemensem aliasque Galliarum ecclesias fundatas putavit, fuerit pariter hallucinatus? Neutiquam sane, uti ex iis, quæ de Gregorio Turonensi mox protulimus, satis apparet: et vero si ex eo, quod quis scriptor in unum alterumve errorem esset prolapsus, reliqua omnia, quæ scribit, erroris pariter insimulare liceat, jam actum esset de quibuscumque profanis historiis, nihilque ex iis sat certi ac firmi posset haberi compertum. cum ex auctoribus, qui hæc in litteras misere, vix ullum reperire sit, qui subinde hallucinatus itaque a veritate deflexisse non deprehendatur. Ut-cunque itaque Sulpitius in epocha, ad quam unius alteriusve ecclesiæ ad nominatim ad Parisiensem, quam Dionysius fecit, fundationem spectant, errasse est censendus.

B C

110 Verum, etsi id ita sit, ne tamen cum eis, qui, quidquid egero, in rei hic controversæ decisionem Sulpitii testimonium admissuri numquam sunt, contentiosum funem ducendo tempus inutiliter teram, Sulpitium ab erroribus vindicare omittens, id dumtaxat, quod a nemine puto revocatum iri in dubium, e scriptore isto in argumenti partem hic adducam. Cum equidem, ecclesiam Parisiensem seculo I nondum fuisse fundatam, Sulpitius Severus, uti e jam dictis liquet, existimarit, consecrarium est, ut pariter Dionysium, qui id fecit, eodemque seculo I aut certe sequentis initio, ut volunt, martyr occubuit, nondum tum venisse aut missum fuisse in Gallias, autumarit, maxime cum ante Aurelii principatum seu annum 161, quo hic imperare cepit, martyria in Galliis non fuisse conspecta, supra hæc transcriptis verbis memoriæ etiam prodant; cum autem Dionysius, uti inter omnes

Hic porro
ut probatur,
Dionysium
sec. III mis-
sum, etiam
existimavit.

convenit, certo in Gallias seculo vel primo vel tertio venerit seu missus fuerit, ulterius e jam dictis consequitur, ut id demum posteriori e duobus hæc seculis evenisse, Sulpitius Severus fuerit indubie arbitratus. Jam vero, cum id ita sit, opinionem certe, quæ Dionysii missionem seculo III innectit, jam inde etiam a IV senescente ineunte v. quo tempore Sulpitius floruit, obtinuisse, necessum est. Assignent modo, qui illam impugnant, tempus aut minus aut æque saltem tantummodo a re gesta remotum, quo, quæ Dionysii missionem seculo I illigat, opinio vel utcumque obtinere inceperit, aut si id, ut certe non possunt, re etiam ipsa, rationibus solidis adductis, facere non possint, enimvero, cum præterea documentis testimoniis, Sulpitio aut æqualibus aut antiquioribus, contra quæ exceptioni locus non sit, a veritate certo esse alienam, quæ Dionysii missionem in seculum III differt, opinionem, demonstrare haud queant, hanc sua antiquiorem ac proin et ob jam dicta potiore et verosimiliorem ingenue fateantur, necesse est, ut rationes hic ac proxime prægresso adductæ exposcant.

111 Porro etsi quidem, ut supra dedimus atque e jam dictis liquet, Sulpitius in tempore, quo primum in Galliis fuerit suscepta Christi fides, errarit, ex hoc tamen ejus errore consecrarium est, ut verosimilime, quemadmodum quæ in hoc Commentario a num. 54 usque ad num. 69 disputavi, ostendant, perpaucae dumtaxat, quod et ex aliis § IV adductis liquet, ecclesiæ seculo I in Galliis extiterint; cum autem id ita sit, fuisse ex harum numero Parisiensem ac proin et S. Dionysium, qui hanc fundavit, jam inde ab eodem seculo venisse in Gallias, parum admodum est verosimile. Documenta quidem seu testimonia, quibus res hæc atque adeo rationes, pro opinione, quæ Sancti in Gallias adventum seculo III innectit, supra allatæ, modo adhuc confirmantur, Sulpitio antiquiora haud suppetunt; verum, etsi id ita habeat, argumenta equidem aliunde petita, quibus id præstetur, haud desunt. Juvet et isthæc hic subjicere. Cum Apostoli, ad Evangelium etiam vocari gentes, divinitus fuissent admoniti, in omnes provincias ire divinique Verbi semina in majoribus præcipue oppidis urbibusque primariis, fundatis etiam ibi ecclesiis, spargere coeperunt. Hinc factum, ut Antiochiam, Romam, Alexandriam, Ephesum, Athenas ac tandem, ut alias plures insignes civitates, ab iis lustratas, omittam, Thessalonicam venerint, rati scilicet pagos et rivos in fidem, quam urbes præcipue, fundatis apud sese ecclesiis, suscepissent, facile consensuros, sicque provincias integras Christo posse asseri. Hanc porro Christianam in Dei Religione, quaquaversum diffundenda, solertiam non modo Apostoli adhibuere, sed et eorum discipuli, alique, qui Apostolorum exempla egregiaque facta æmulari studuerunt.

cumque adeo
hæc opinio,
quæ præterea
argumento,

112 Hæc fere omnia, qui elucubratam a se ecclesiæ Parisiensis Historiam anno 1690 edidit, Gerardus du Bois lib. I cap. 2 præfatus, sequentem loquitur in modum: Quærenti igitur his in locis nostræ Religionis initia mihi perlustrandæ sunt civitates Galliæ Celticæ, quæ in principio nascentis Ecclesiæ plus potentia et auctoritate valent, ut magis sincerum certumque de primordiis nostris originibusque nostrarum ecclesiarum judicium sit. Quod hic sibi is scriptor generatim quantum ad Galliæ Celticæ civitates, ut, quo tempore in his fuerint fundatæ

hic ex Aposto-
licorum viro-
rum

ACTORUM
C. B.

datae ecclesiae, certius determinare posset, faciendum ducit, id hic mihi nominatim quantum ad Lutetiam seu civitatem Parisiensem praestare est visum, ut, exposita, qua haec seculo I fuerit, tenuitate, definiri certius queat, quo loco sit habenda opinio, quae fuisse ibi jam inde a seculo illo ecclesiam per S. Dionysium fundatam, huncque proinde jam tum in Gallias missum esse, adstruit. Etsi quidem, quo tempore Caesar bellum gessit in Gallia, ac proin sat diu etiam ante aeram Christianam Lutetia Parisiorum existerit oppidum haud prorsus ignobile, mox tamen a qualicumque, quo gaudebat, splendore est delapsa. Eo enim ipso tempore, idem Caesar suorum de bello Gallico Comment. lib. I refert, incendio, rescissis etiam ejus pontibus, fuit absumpta, necdumque, ut apparet, Domitiano jam imperante seu seculo Christi primo senescente, erat instaurata.

in fundandis
ecclesiis

113 Imo ne ipso quidem adhuc seculo IV in urbis perfectae formam videtur fuisse adducta. Certe Julianus imperator, sub annum 360 Lutetiae versatus, oppidulum vocat Lutetiam. Ad haec Ammianus Marcellinus, Juliani comes, qui tum scripsit, castellum tantummodo, quod inter et urbem quantum sit discriminis, nemo non novit, eandem appellat. Ut sit, Lutetiam seu Parisiensem civitatem seculo I exiguum dumtaxat, quod intra minoris insulae, a Sequana formatae, angustias concluderetur, exstitisse oppidum, apud omnes in confesso est. Jam vero, cum res ita habeat ac pleraque praeterea Galliarum ecclesiae, quae Italiae viciniores, fuerint ante alias, quae ab ea remotiores, fundatae, quis, quæso, rei hujus ac potissimum consilii, quod, ut supra exposui, Apostoli imprimis atque Apostolici viri in fundandis ecclesiis sunt secuti, ratione habita, verosimile autemet, Lutetiae seu Parisiis jam inde a seculo I fundatam fuisse ecclesiam, etsi interim Tolosae, quae Italiae vicinior est, Turonibusque, quas praecipuis Galliarum urbibus Ammianus Marcellinus lib. 15 accenset, non ante seculum III, imo et Lugduni, quae Galliarum metropolis, totoque terrarum orbe celebratum, quod a Latinis juxta ac Graecis frequentabatur, emporium erat, non ante seculum II, et quidem, uti inter omnes convenit, non nihil jam protectum, ecclesiam fundari contigerit?

C
consuetudine,

114 Quis, amabo, Dionysium, ex Italia venientem, nominatissimis quibusque, ubi haec incognita erat Dei Religio aut certe ecclesiae fundatae nondum fuerant, Galliarum civitatibus ac ipsamet, quam mox nominavi, amplissima juxta ac incolarum numero frequentissima Italiaeque vicinior Lugdunensi praeteritis, in eorumdem Galliarum medietate, ut in minoris ambitu urbecula, qualis ex dictis tum erat Lutetia, Dei religionem spargeret ecclesiamque fundaret, consedis, in animum facile inducat? Nemo enim vero, quantum opinor, maxime qui, quam supra edocui, Apostolorum in divini Verbi semine spargendo ecclesiisque fundandis consuetudinem verosimillime observare voluisse Dionysium, consideravit. Jam vero, cum res ita habeat, opinioque nihilominus, quae Dionysii missionem seculo I innectit, ad sui veritatem exigat, contra ac dicta ferret Apostolorum Apostolicorumque virorum consuetudo, et Dionysius in diffundendo Evangelio egerit, et ecclesia Parisiis prius, quam Lugduni, fuerit fundata, enimvero vel hinc, nostra isti opposita opinio, utpote neutrum horum, cum Dionysii missio-

nem in seculum III differat, ad sui veritatem exigens, pro potiori ac verosimiliori videtur habenda, rationesque simul, ob quas ita de ea aestimandum jam supra ostendi, non parum firmantur.

115 Eo porro etiam conducunt antiqui episcoporum, qui ecclesiae Parisiensi praefuerunt, catalogi, quos si expendas, Victorinum, Parisiensem episcopum, anno 347 synodo Sardicensi subscripsisse invenies; cum autem in iisdem catalogis quatuor dumtaxat aut quinque, qui hunc inter et S. Dionysium in cathedra Parisiensi sederint, episcopi recenseantur, hique certe annorum ut minimum 247, qui inter dictum annum 347, et gestum seculo I a S. Clemente Pontificatum intercesserunt medii, spatio implendo haud sufficiant, opinioni certe, quae abs hoc Pontifice Dionysium in Gallias missum statuit, praefati ecclesiae Parisiensis catalogi adversantur, faciuntque, ut minus adhuc, quam alioquin foret, verosimilis appareat; contra vero, cum inter eundem dictum annum 347 et annum 286, quo circiter evenisse S. Dionysii martyrium, infra docebimus, annorum dumtaxat 60 circiter intervallum intercesserit, huiusque implendo quatuor episcopi sufficientes indubie sint, opinioni certe, quae Dionysii in Gallias missionem seculo I innectit, suffragantur idem ecclesiae Parisiensis catalogi, eamque adhuc magis, quam alioquin foret, verosimilem efficiunt. Aiunt quidem, gravissimas in Galliis ab imperatoribus ethnicis persecutiones in Christianos fuisse commotas, factumque adeo esse posse, ut, cum per hasce Parisiensis ecclesiae, ut jam inde a seculo I per Dionysium fundata, vel penitus vel propemodum, Christianis partim fugatis, partim pro fide occisis, fuisset excisa, per plura annorum curricula episcopi, qui cum moderarentur, ordinati haud fuerint; adhuc ab imperatoribus, ecclesiam persequentibus, Christianorum etiam libris bellum fuisse indictum, factumque adeo etiam esse posse, ut ecclesiae Parisiensis Commentarii, in quibus, si superessent, longe plures, quam in vulgatis catalogis recenseantur, episcopi invenirentur, ea occasione perierint.

116 Verum, etsi quidem tam unum, quam alterum, quod hic adversus objectos episcoporum Parisiensium catalogos in responsum adducunt, factum esse queat, anne tamen vel alterutrum, re ipsa sit factum, est, admodum dubium; cum autem, ecclesiam Parisiensem jam inde a seculo I per Dionysium fundatam fuisse, nullo etiam, ut fateri debent, modo sit certum, rationis aequitas exigit, ne, ut hanc nihilominus jam tum fuisse fundatam, tueantur, vel praefati episcoporum Parisiensium catalogi ob dubiam tantum ecclesiae Parisiensis Commentariorum jacturam erroris defectusve habeantur suspecti, vel diuturnae ecclesiae ejusdem, quibus forsitan locus numquam fuerit, vacationes, e causa supra allegata obortae, sine solido fundamento adstruantur. Jam vero, cum res ita habeat, nullumque possit, cui vacationes illae innitantur, fundamentum assignari hujusmodi, sane argumentum, supra e dictis episcoporum Parisiensium catalogis petilum, totam vim suam contra opinionem, Dionysii missioni seculum I assignantem, retinet, nostramque adeo, quae isti opponitur Sanctique in Gallias missionem in seculum III differt, opinionem magis adhuc, ut dictum, quam alioquin foret, verosimilem efficit. Dispiciat modo studiosus lector, haecne, an opposita potior ac verosimilior.

alteroque ex
episcoporum
Parisiensium

E

catalogis
petitio
confirmatur,

A lior merito sit habenda. Quo id melius præstare queat, pleraque supra adducta, quæ eo potissimum conducunt, compendio hic juverit repetitis.

opinioe opposita 117 Opinio, quæ Dionysii missionem seculo I innectit, seculo quidem VIII et IX, ut supra vidimus, quam maxime viguit, sed cum dubia dumtaxat ejus, a S. Fortunato et S. Genovesæ biographo (Commentarii hujus § v videsis) seculo VI forsitan relicta, nullaque certa, quæ hoc seculo antiquiora sint, vestigia reperiantur, suspicari non immerito possumus, seculo demum VIII aut certe non citius quam VII aut VI ex immodico antiquitatis, cui favet, amore fuisse enatam; contra vero opinio, quæ eandem missionem ad seculum III rejicit, non modo dictis seculo VIII et IX contra oppositam sibi, utut tum maxime invalescentem, de Dionysio per Clementem misso opinionem firma atque inconcussa stetit, verum etiam citra omnem controversiam, uti ex Gregorio Turonensi, cui etiam SS. Fusciani et Victorici Acta, supra sæpissime laudata, non immerito jungas, manifestum est, jam inde a seculo VI, imo etiam a V et IV, uti ex Sulpitio

B colligitur, obtinuit, cumque antiquitati non fa-
ceat, est sane, cur hominum mentibus et solo veritatis amore inhæsisse credatur. Adhæc opinio, quæ Dionysii missionem seculo I illigat, nulla omnino ante seculum VIII certo data, quin vel verosimillime vel indubie supposititia fictiliave æstimanda sint, pro se habet testimonia; contra vero opinio, quæ eandem missionem usque ad seculum III differt, datis a Gregorio Turonensi et Sulpitio Severo, quorum prior seculo VI, posterior seculo IV senescente quinq; ineunte floruit, testimoniis fulcitur.

certo sit antiquior, longe etiam, soluta adhuc, quæ objicitur, 118 Veritati quidem hæc consona non esse, contendunt: verum cum id nec argumentis, ut debeant, sat solidis, nec scriptorum, qui Gregorio et Sulpitio antiquiores suppresse saltem aut æquales sint, testimoniis probent, indubieque equidem a Gregorio et Sulpitio testimonia illa, in quibus, ut dictum, opinio de Dionysio seculo demum III in Gallias misso fundatur, promanarint, enimvero hanc ego ob ea, quæ § præsentis ac proxime prægresso jam disserui, ac vel maxime ex eo, quod opinioe opposita, utpote cujus nulla certa atque indubitata, uti et supra disputatis liquet, ante seculum VIII inveniantur vestigia, multo sit antiquior, non modo pro verosimiliori ac potiori, sed et pro fere certa reor habendam. At vero,

C inquit, si S. Dionysii in Gallias missio seculo III debeat innecti, sitque adeo Gregorio Turonensi in iis, quæ de hac scribit, assentiendum, consecrarium est, ut Dionysius, et a Pontifice Romano, Decio jam imperante, in Gallias missus sit, et eo cum S. Saturnino, qui, Decio et Grato consulibus, seu anno 250 sedem Tolosanam occupare cepit, advenerit; cum autem Decius, qui a mense Julio anni 249, uti apud Pagium in Criticis videre licet, imperare cepit, statim in Christianos persecutionem concitavit, presbyterique Romani, cum in hac Fabianus, summus Pontifex, anno 250 sub Januarii finem martyrio fuisset sublatus. Sedem Romanam per unius amplius anni spatium novi Pontificis electione implere ausi non sint, Dionysium tum, cum Romano imperio Decius præesset, a Romano Pontifice in Gallias, ut Gregorius memoriæ prodit, missum fuisse eoque anno 250 advenisse, via ac ne via quidem credibile apparet.

119 Ita adhuc illi, qui Sanctum seculo I a

Clemente missum contendunt; verum, cum Decius, a mense Julio anni 249, ut dictum, imperare exorsus, sub hujus dumtaxat anni finem (Pagium in Criticis videsis) persecutionem, edito in Christianos edicto, inchoavit, quid ni eo temporis spatio, quod anno 249 inter Julium et Decembrem intercessit, factum esse possit, ut Fabianus Papa, martyrio e dictis ante annum 250 non sublatus, initum antea, cum Ecclesia sub Philippis optata pace gauderet, de mittendis in Galliam viris Apostolicis consilium executioni mandarit, eoque hunc in finem Dionysium aliosque nonnullos miserit? In Martyrologio Romano S. Galianus, qui cum S. Dionysio in Gallias venit, a Fabiano Pontifice Romano ordinatus fuisse Turonensis episcopus ad XVIII Decembris diem diserte asseritur, nec quidquam, diligentissima licet adhibita indagine, invenire quivi, quod impedire debeat, quo minus et hic et S. Dionysius una cum nonnullis aliis præfesto, quod anno 249 inter Julium et Decembrem intercessit, temporis spatio a Fabiano in Gallias missi credantur. Jam vero, cum res ita habeat, repetitaque adeo a tempore, quo sub Decio missus esse queat Dionysius, difficultas neutiquam argumenta, quæ supra pro probanda ac firmanda opinione, Dionysium seculo III missum statuente, attulimus, infirmet, hanc ego, omnibus jam sedulo expensis, non tantum opposita longe verosimiliorem, sed etiam, ut jam dixi, prope certam existimo.

§ VIII. An S. Dionysius Roma Parisios recta sese contulerit, an et quos tum socios sibi adjunctos habuerit, et quid in civitate illa gesserit.

Etsi quidem, tam qui unum, quam qui duos Dionysios, Atheniensem unum, Parisiensem alterum, seculo proxime elapso statuere, Roma hunc Parisios venisse, unanimi consensu affirmant, ii tamen tantum, qui ambos Dionysios confundunt, nonnulla de Dionysii, quem memorant, nobili genere patriaque adducunt in medium; ii vero, qui Dionysium alterum ab altero secerant, sitne is, quem Roma Parisios accersunt, Romanus, an Græcus, humiliter, an nobili genere natus, ne ullo quidem verbo uspiam edicunt; cum id autem, quod bonæ notæ antiquiora, quibus quidquam ea de re possent habere comperit, monumenta sibi deessent, indubie fecerint, nos hic pariter eandem ob causam de loco et genere, imo et de tempore, quo Dionysius natus sit, silere est necesse. Verum, etsi quidem documentis hujusmodi, quibus, quod hic indagandum primo loco proponitur, sat apte definiri possit, destituti etiam simus, rem tamen, quod qualiacumque equidem documenta antiqua ei discutiendæ locum præbeant, penitus relinquere intactam non est visum, hincque adeo, an Dionysius, Roma in Gallias missus, Parisios recta adierit, an contra in via, quo populis, per quos transibat, Evangelii lucem affunderet, alicubi interdum substituerit, modo indagare aggredior. Analactorum Veterum, quæ Mabillonius

ADVERSUS
C. B.
difficultate,
verosimilior,
ac propemodum
certa
pronuntiatur.

Dionysius, de
cujus loco
natali ac
genere nihil
scitur,

F

nus

AUCTORE
C. B.

nus edidit, tom. 2, pag. 432 inserta exstant ecclesiae Arelatensis Dyptycha, antiquum exhibentia episcoporum Arelatensium indicem seu catalogum, qui in capite, etiam ante S. Throphimum, primum Arelatensium e communi omnium opinione episcopum, praefert Dionysium episcopum, praefixa ejus nomini, quae deinde ante singulorum subsequentium episcoporum nomen subintelligitur, voce commemoratio.

Arelate, priusquam Parisios adiret substituisse in S. Reguli Actis, e quibus

121 Tillemontius tom. 4 Monument. Ecclesiast. not. 1 in S. Dionysium Parisiensem subdubitat, num Dionysius, in dictis Dyptychis seu catalogo, quem haec suppeditant, memoratus non sit ipsemet S. Dionysius, Parisiensis episcopus, Arelatensibus episcopis ibidem primo loco accensitus, non quod re ipsa Arelatensium episcopus unquam fuerit, sed quod Arelate, priusquam Parisios adiret, substituerit, Evangeliumque, consecrata etiam ibidem ecclesia, annuntiavit. Sane S. Reguli, episcopi Silvanectensis, quae potissimum dubitandi ea de re locum Tillemontio dedit, Vita, apud nos ad diem xxx Martii secundo loco edita, cap. 3, num. 3 sequentia isthaec, quae, quod hic paulo accuratius sint expendenda, huc transcribo, suppeditat verba: Tunc hi sancti viri (Regulus scilicet aliique cum S. Dionysio Roma in Gallias missi) Apostolica benedictione roborati ac Sancti Spiritus amore succensi, Dominici fideles agricola ruris, barbaricis pectoribus Verbum Dei inferentes, Arelatensem venerunt ab urbem. Illuc enim quamplurimi ex diversis partibus negotiatores venerant (erat enim ibi portus multis abundans commercii) quorum quidam Apostolorum praedicationem audierant, et hujus rei gratia praedictis Sanctis humanitatis officia praebuerunt.

aliquot verba hic recitantur,

122 Tantam namque gratiam Sanctis suis largitus est Dominus, ut eorum praedicationi plebs Arelatensis nullo modo resisteret, sed Evangelium Christi devotis suscipiens mentibus Conditorum omnium fideliter adoraret. Erat enim maxime venerabile templum, quo Martis statua ab omnibus colebatur, quam B. Dionysius nullo hominum labore, sed divini Nominis invocatione confregit; et, eliminatis cunctis spurciis, ad regenerandum populum Dei baptisterium fieri praecipit. Ipsum vero templum sub veneratione beatorum Apostolorum Petri et Pauli ecclesiam consecravit. Videns autem illius regionis populum idololatriae sacrificiis inservire, per diversas provincias ministros suos dividens, benedixit eos dicens: "Sicut fuit Dominus cum dominis meis Apostolis, ita sit vobiscum in aeternum;" et dans pacem omnibus, et per singulos dilectionis dividens osculum, deflexus abire permisit. Sanctum vero Regulum, Pontificali benedictione decoratum, Arelatensi ecclesiae praesesse constituit. Ipse vero cum SS. Rustico et Eleuthero, fines Galliae penetrans, Parisios venit, ubi multis afflicti tormentis laboris sui palmam capitali sententia suscepit.

traditur: sed, ut id Sanctum vere fecisse credamus, nec eis,

123 Quod si itaque Vita illa veritati consona hic memoret, S. Dionysius, quem omnium cum S. Regulo in Gallias missorum coryphaeum facit, aliquantas certe Arelate, et quidem etiam, ut apparet, longiores, quo Evangelium ibidem annuntiaret, moras traxerit, seque adeo recta Parisios Roma haud contulerit. Verum, qui vitam istam concinnavit, scriptor anonymus seculo demum, uti apud nos in Commentario, S. Reguli Actis ad dictum Martii diem praemisso,

num. 5 videre licet, decimo aut undecimo floruit. Adhaec commentis non paucis ac erroribus, ut Tillemontius loco supra cit. insinuat, suam istam lucubrationem infecit. Et vero, ut a reliquis, quae in hac vel certo commentitia vel saltem parum admodum verosimilia narrat, recensendis absteineam, id certe, quod vel ipsis jam recitatis verbis de insigniori ethnicorum templo, a Dionysio, confracta primum, quae in eo colebatur, ad solam Dei invocationem Martis statua, in Christianorum ecclesiam converso, refert, commentitium simul atque omnino incredibile apparet. Cum enim ethnici, qui indubie, etsi etiam jam multos a Dionysio ad fidem conversos crediderit, magno adhuc numero idololorum cultui manebant addicti, impedire certe, quo minus sibi dictum templum eriperetur, potuissent, re ipsa id illos non fuisse facturos, in animum quis inducat? Nemo sane, quantum opinor, qui, quanta tum ethnici potentia pollerent, quantumque sibi abs hisce in regione sua exercenda cavere Christiani deberent, consideravit. Cum itaque, uti e jam dictis satis superque liquet, praefatus Vita S. Reguli auctor nec a tempore, quo floruit, nec ab iis, quae memoriae prodit, fidem sal certam mereatur, non est sane, cur ejus auctoritate impulsus, Dionysium Arelate moras necuisse, Christi fidem annuntiasse, rectaque adeo Parisios non adisse, credamus.

124 Hac quidem in re ecclesiae Arelatensis supra laudata Dyptycha, utpote vere, ut mihi equidem apparet, Dionysium Parisiensem designantia, huncque primum Arelatensium facientia episcopum, scriptori isti anonymo suffragantur; verum haec, ut in per vetusto Gregoriano Sacramentali libro a Mabillonio inventa, adeo tamen vetusta non sunt, cum Ilerius seu Hyletrius, quem scriptorum, qui Dyptycha illa exararunt, antiquior postremo loco recenset, non prius, quam seculo x jam senescente, ut Dionysius Sammarthianus tom. 1 Galliae Christianae auctae docet, Arelatensem cathedram occupavit. Adhaec in episcopis Arelatensibus ibidem recensendis non tantum a dictis Dyptychis frequentissime hic scriptor, melioribus, quam haec sint, documentis edoctus, recedit, verum etiam multa esse, quae eorundem Dyptychorum auctoritatem elevent, in S. Casario, XIX Arelatensium episcopo, diserte affirmat. Re itaque mature expensa, non magis hisce, quam supra memorata sublestae fidei S. Reguli Vita, moveri debemus, ut Dionysium, sive ad Evangelium annunciantem sive ad alias quascumque res agendas, Arelate aliquandiu fuisse commemoratum Parisiosque adeo Roma sese haud recta contulisse, arbitremur. Verum, etsi id ita sit, Dionysium tamen, priusquam Parisios adiret, nec Arelate, nec alibi, quod populis, per quos transibat, fidem annuntiaret, substituisse, haud quamquam est certum.

125 Esset quidem utcumque, cur aliter sentiremus, si Dionysius Romae, ut Parisiensis adiret, fidei lumine illustraret hocque illustratos episcopali munere gubernaret, consecratus fuisset episcopus. Verum quid si Sanctus, ut ea aetate (adi, quae apud nos tom. 2 Januarii pag. 81 de S. Genulpho num. 2 dicta sunt) ac diu etiam post moris fuit, a Pontifice Romano nullius certae sedis, sed ad Apostolicum munus ubi aptius peragendum, initiandosque sacerdotio, quos idoneos reperisset, creatus fuerit episcopus? Enimvero, rem ita vere gestam, Dionysiumque deinde

alibi saltem verosimiliter tum substituit, id tamen cum fecisse, certum etiam non est,

A deinde idcirco dumtaxat, quod Parisiis et Evangelium annuntiasset et ecclesiam fundasset et deum, non paucis præterea aliis pro fide ibidem gestis ac toleratis, martyrium etiam haud procul inde subisset, pro primo Parisiensium episcopo, imo et apostolo ad convertendos Parisienses misso, a populis, ipsomet etiam idcirco Sanctum Parisiensibus destinatum fuisse episcopum, Gregorio Turonensi num. 104 huc transcriptis verbis asserente, habitum deinde fuisse, verosimillimum ac prope indubitatum apparet. Hinc porro jam fit, ut certe ex episcopali consecratione, quam Sanctus Romæ accepit, nusquam eum, priusquam Parisios veniret, ad fidem ammittendam substituisse, nequeat inferri; imo contra, cum ad Apostolicum munus ubi obsequium, nulla omnino, cui præesset, assignata ecclesia, verosimillime, ut dictum, a Pontifice Romano fuerit consecratus episcopus, alibi adhuc eum, priusquam Parisios venerit, Evangelicæ luci spargendæ operam navasse, sat verosimile videtur. Ac rei quidem huic utcumque confirmandæ conducunt S. Dionysii Sociorumque ejus Acta, a nobis Commentario huic subdenda; in hisce enim,

B Dionysium, priusquam Parisios advenisset, alibi adhuc pro fide exantlasset labores, num. 5 indicari videtur; verum cum Actorum auctor nec sat dilucide id ibidem tradat, nec, etsi secus foret, fidem certam atque indubitam, ut Commentarii hujus § 2 jam docui, mereatur in iis, quæ de Sanctis nostris memoriæ prodit, haud omnino equidem, Dionysium alibi prius, quam Parisios adiret, Evangelium prædicasse, rectaque adeo ad hanc urbem Roma non perrexisse, indubitatum est ac certum.

126 Nec certum etiam est, an Dionysius, cum Roma in Gallias perrexit, Parisiosque petiit, Socios sibi in via præter aliquot e superioris ordinis sacerdotibus seu episcopis, quos cum eo missos Gregorius Turonensis loco mox iterum cit. scribit, adjunctos habuerit SS. Rusticum et Eleutherium, aliosque insuper Sanctos, seu in inferiori clericatus gradu jam constitutos, seu tum tantummodo adhuc laicos, quos SS. Fusciani et Victorici Acta commemorant. Hæc, ut de Sanctis, quos recensent, priori loco agam, sub initium sic habent: Sancti ergo viri Fuscianus et Victoricus cum duodenario numero sociorum, per ordinem glomerati, una cum venerabili Dionysio præsule, comitibus cæteris Platone, Rufino, Crispino, Crispiniano, Valerio, Luciano, Marcello, Quintino et Regulo ab urbe Roma progredientes, cursu intrepido, pro Christi dimicantes victoria, bellatores Dei egregie intra fines Galliarum Parisiis, duce Christo itineris, pervenerunt, atque super illustrante Spiritu, membratim loca, quæ prædicatione divini Nominis caruerant, elegerunt. Ad hunc SS. Fusciani et Victorici Actorum locum Gallicani episcopi, anno 825 congregati, dum Dionysium (adi eorum num. 86 huc transscripta verba) una cum duodenario Sociorum numero in Gallias fuisse directum dicere, verosimillime respuerunt.

127 In S. Piat Actis, supra adhuc plus semel laudatis atque in primum Octobris tomum apud nos illatis, S. Piat Roma in Gallias cum S. Dionysio venisse, num. 4 traditur, suntque præterea plura alia brevitatis causa hic non recensenda atque ad Sanctos, in SS. Fusciani et Victorici Actis memoratos, spectantia Acta, in

quibus quantum ad Sanctos, quos celebrant, idem etiam fit. Verum reperiuntur etiam horum omnium vel plerorumque saltem exemplaria, quæ vel Socios, quos Dionysio, Roma in Gallias properanti, adiungunt, non sub Diocletiano, uti illa tradunt, sed sub Domitiano passos memorant, vel nullam plane Dionysii faciunt mentionem. Adhæc scriptor, qui SS. Fusciani et Victorici Acta in litteras conjecit, hosce una cum S. Dionysio ac duodenario Sociorum numero venisse in Gallias, affirmat, et tamen, dum horum in illo computum, novem dumtaxat, uti ex ejus mox datis verbis liquet, Dionysio nominatim adiungit, nec semper, etsi interim, ut supra docui, fidem in multis sat certam mereatur, accurate alibi videtur locutus. Quod si ergo S. Quintinus' S. Lucianus aliique Sancti nonnulli, qui tum in Fusciani et Victorici, tum in aliorum Sanctorum Actis memorantur, idcirco fortassis dumtaxat, tam in hisce, quam in propriis suis Actis, cum Dionysio in Gallias venisse dicantur, quod, quamvis quidem non simul omnes cum Dionysio, eodem tamen circiter tempore, quo hic, in Gallias advenerint, quodque, cum deinde ei veluti discipuli adhæsisent, ab eo etiam, ut de S. Piat diserte in hujus Actis loco proxime cit. asseritur, sacerdotio initiati aut certe ad Evangelii semen in aliis locis spargendum missi fuerint? Certe hunc in modum Sanctorum hic memorata Acta intelligenda seu interpretanda censent viri eruditi non pauci.

128 At vero, inquit in ecclesiæ Parisiensis Hist. lib. 1, cap. 5, num. 3 Gerardus du Bois, cur... Acta illa (S. Luciani nimirum aliique S. Reguli supra a nobis hic laudata) ad Domitiani persecutionem Luciani ceterorumque martyria referunt, quos aliunde constat, certamen egrium edidisse sub Diocletiano; et quare in aliis Actis S. Quintini nempe, itemque SS. Crispini et Crispiniani) sancti Dionysii nomen reticetur breviter explicabo. Illi, qui nova Sociorum sancti Dionysii Acta post ortam de uno duobusve Dionysiis controversiam ediderunt, cum legerent in antiquioribus scriptis eos esse sancti Dionysii Socios et passos esse sub Diocletiano, adverterentque, ea pugnare cum sententia de uno Dionysio, quam defendebant, conciliare dissidia temporum duobus modis instituerunt. Alii expunxerunt annos Diocletiani et Maximiani, supposueruntque imperium Domitiani et sancti Clementis Papæ pontificatum. Alii, quos pudebat tam apertæ falsationis, quæ ex prisca monumentis cuius nota erat, retinuerunt quidem in horum Martyrum Actis tempora Diocletiani, sed suppresso nomine Dionysii; rati scilicet peracta sub Diocletiano certamina, publicis testata documentis, se conservaturos simul cum passione S. Dionysii sub Domitiano, uniusque vocabuli omissione lectoris diligentia facile falli posse; neque tanti esse expunctionem unius nominis, ut adeo Acta falsi arguantur. Ita ille, et sat recte quidem.

129 Etenim Martyrum, quæ hic memorat, Acta fuisse vere eo, quo ait modo, interpolata, verosimillimum efficiunt, quæ supra de Martyrum, quæ Hilduino fuerunt objecta, Passionibus § vi disserui; cum autem id ita sit, ac proin secundum Acta illa, prout primitus fuerant conscripta, Dionysius cum passis sub Diocletiano, quos memorant, Socii in Gallias venerit, est

quorum aliquot exemplaria modo hic allegato

F

verosimillime fuerint interpolata, commemoratos,

pariterque an tum vel Sanctos in SS. Fusciani et Victorici,

aliorumque Sanctorum Actis,

AUCTOR
C. B.

est sane, cur hosce aliosque, in SS. Fusciani ac Victorici Actis nominatos, reipsa illum Roma in Gallias fuisse comitatos, arbitremur, maxime cum, vel sola ratione spectata, tum sibi S. Dionysium, utpote episcopum, aliquot saltem, a quibus ei ministraretur, inferioris ordinis clericos habuisse adjunctos, sat verosimile appareat. Ita, qui, Dionysium re vera cum Sociis, quos ei SS. Fusciani et Victorici Acta attribuunt, Roma in Gallias venisse volunt, haud prorsus inepte possunt arguere. Verum, si Dionysius, qui, ut supra dictum, Decio et Grato consulibus seu anno 250 in Gallias advenit tum sibi, quotquot in SS. Fusciani et Victorici Actis memorantur, Socios habuerit adjunctos, consecrarium est, ut hi, utpote sub Diocletiano circa annum 286 aut 287 martyrio demum affecti, simul adhuc omnes post quadraginta circiter annos, a suo in Gallias adventu jam elapsos, in vivis fuerint superstites; cum autem id parum verosimile appareat, fuerintque, ut multa suadent, Actorum, quæ laudatus du Bois memorat, auctores non magis, quam qui SS. Fusciani et Victorici Acta in litteras misit, accurate semper locuti, interpretatione sane, quam tam illis, quam hisce

B adhiberi a viris eruditiss, mox docui, haud prorsus reor spernendam; ut, omnibus consideratis, sit sane, an Dionysius, Parisios pergens, sibi in via Sanctos, in SS. Fusciani et Victorici Actis memoratos, habuerit adjunctos, incertum adhuc ac dubium.

vel saltem SS.
Rusticum et
Eleutherium
sibi adjun-
ctos

130 Atque hæc quidem de illis dicta jam sunt; quod autem SS. Rusticum et Eleutherium: in Actis hisce non memoratos, jam spectat, Dionysium, Roma in Gallias properantem, comitati in Theodorici et Pippini Franciæ regum diplomatis sed privilegiis, num. 84 laudatis partimque transcriptis, dicuntur, idemque etiam in S. Reguli Actis loco mox cit. sat clare innuitur, nec dubito, quin id ipsum in aliis adhuc recentioris ævi monumentis memorariæ proditum inveniantur. Verum nec hæc, nec dicta Acta Diplomatique, utpote ab iis tantum qui pluribus a Dionysii ætate seculis vicere remoti, litteris mandata, fidem certam atque indubitam hac in re facere sunt nata. Adhæc edenda a nobis S. Dionysii Sociorumque ejus SS. Rustici et Eleutherii Acta nihil omnino, unde hosce Dionysium, cum Parisios Roma sese conferret, comitatos fuisse, vel utcumque colligas, suppeditant; etsi autem Ado et Usuardus SS. Rusticum et Eleutherium in Martyrologiis a se concinnatis S. Dionysio hodie adjungant, annuntiationes tamen, quibus id faciunt, ita disposuere, ut a periodicis seu loquendi modis, quibus duorum illorum Sanctorum cum Dionysio, dum Roma Parisios hic peteret, societatem assererent, studio abstinuisse videantur. Id vel sola, quibus annuntiationes illæ concipiuntur, verba satis, ut apparet, ostendunt. Usuardina, quibus Adoniana, si infra memorandam, quam Adonis textui Usuardus merito adhibuit, correctionem excipias, ad amussim fere consonant, sic habent: Apud Parisium, natalis sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Rustici presbyteri et Eleutherii diaconi, qui beatus Episcopus, a Pontifice Romano in Gallias prædicandi gratia directus, præfatam urbem devenit, ubi per aliquot annos commissum sibi opus ardentem prosequens tandem a præfecto Fescennino una cum Sociis gladio animadversus martyrium complevit.

131 Talia sunt Usuardi verba; hisce autem is martyrologus, nisi id, quod dixi, cavere voluisset, sequentia isthæc aut similia substituturus fuisse videtur: Apud Parisium, natalis sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Rustici presbyteri et Eleutherii diaconi, qui beatus Episcopus, a Pontifice Romano in Gallias prædicandi causa directus, præfatam urbem cum Socis devenit, ubi per aliquot annos commissum sibi opus ardentem prosequens tandem cum iis a præfecto Fescennino gladio animadversus martyrium complevit. Usuardus quidem, S. Piatum cum S. Dionysio ejusque Sociis Galliam petisse, ad 1 Octobris diem in S. Piatii elogio scribit; verum cum id, ut jam supra monui, e Sancti hujus Actis concinnarit, nec in hisce Rusticus et Eleutherius memorentur, verosimilime non binos hosce Sanctos, sed alios, in eisdem Actis nominatos, intellexerit per Socios, quos cum Dionysio Gallias adisse, in dicto elogio notat. Ut sit, cum equidem nec Usuardus nec alii seu martyrologi seu scriptores quibus tuto fide queat, SS. Rustici et Eleutherii cum Dionysio, dum hic Roma Parisios adiit, societatem sat clare uspiam edoceant, fuisse illos hunc re ipsa tum comitatos, pro certo asseverare non ausim. Verum, etsi quidem, Sanctos illos cum Dionysio in Gallias Roma venisse, certum omnino, uti e jam dictis liquet, non sit, dubi, tandem tamen non est, quin ei saltem postmodum sese adjunxerint, auxiliumque Parisiis tum in convertendis ethnicis, tum in rebus ecclesiæ, quam ut jam sæpe dictum, Dionysius ibidem fundavit, seu administrandis seu promovendis ac curandis attulerint, eidem etiam postea, ut videbimus, in fidei confessione ac martyrio conjuncti. Res e constanti ecclesiæ Parisiensis traditione monumentisque antiquis constat, nec ab ullo revocatur in dubium.

132 Ac illorum quidem alter presbyteri, alter diaconi munere Dionysium adjuvit; verum, uter presbyter, uter diaconus exstiterit, non nemo forsitan ambigat. Ado et post hunc Notherus, Sanctos hosce una cum S. Dionysio in Martyrologiis a se contextis hodie annuntiantes, Eleutherio presbyteri, Rustico diaconi titulum attribuant, idemque etiam facit Rabanus; contra vero Usuardus, Adonem ut plurimum, nisi hunc a vero deprehenderit devium, ad verbum fere exprimere solitus. Rusticum presbyteri, Eleutherium diaconi appellatione in concinnato a se Martyrologio hodie insignit, Adonemque adeo hic corrigendum existimavit; neque vero immerito; ipse enim Ado, cui hic idcirco documenta in SS. Rustici et Eleutherii nominibus verosimillime confusa præluxerint, ad xxv Julii de ecclesia Sanctis hisce et S. Dionysio consecrata loquens Rusticum Eleutherio præponit. Adhæc in Corbeiensi alioque, quo potissimum usus est Florentinus, Hieronymiano apographo Rusticus presbyter, Eleutherius vero diaconus appellatur, ac in omnibus propemodum aliis, in quibus vini isti Sancti memorantur, documentis tam antiquioribus quam recentioribus idem etiam fit, aut certe Rusticus Eleutherio præponitur. Nec a documentis illis Sanctorum nostrorum Acta, Commentario huic subjienda, etsi interim, presbyteri quidem appellatione Rustico servata Eleutherio tamen, non diaconi, sed archidiaconi, quod certe Dionysii ævum non sapit, titulum adscribant, abudere sunt censenda; ut nullus relinquantur dubitandi locus, quin prior quidem

habuerit, incertum est ac dubium; hisce tamen postea adjutoribus

E

priori quidem ut sacerdote, posteriori ut diacono, certo usus est Parisiis;

F

A quidem re ipsa presbyteri, posterior vero diaconi munere apud Dionysium fuerit perfunctus.

ubi ecclesiam ut anonymus noster, cuius verba una cum nonnullis

133 Nunc quid hic, cum Parisios advenisset, in civitate hac praestiterit, discutiamus. Actorum, quae edituri sumus, auctor anonymus num. 6 sic scribit: Hunc ergo locum (Parisios) Dei Famulus (S. Dionysius nimirum) elegit expendendum. Ad quem cum primum fide armatus et constantia confessionis accessisset intrepidus, ecclesiam, illis quae necdum in locis erat, et populis illis novam construxit, ac officia servientium clericorum ex more constituit, probatasque personas honore secundi ordinis ampliavit. Cinctus ergo fide et jam constructione basilicae roboratus, Deum genitum non desinebat insinuare, quem noverat, ejusque omnibus et iudicium et misericordiam anteponebat, paulatim sociabat Deo, quos diabolo subtrahebat. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda gentilium non minus miraculis, quam praedicationibus obtineret. Dominus le Beuf, supra adhuc num. 12 laudatus, qui, Acta illa ex aliis aliorum Sanctorum Actis seu, ut exactius loquar, e variis, quae partim ex hisce, partim aliunde fuerint accepta, fragmentis ac laciniis consarcinata esse, in suis in Historiam Parisiensem Dissertationibus, anno 1739 editis, contendit, secundam etiam e phrasibus, quae verbis jam nunc recitatis incipiuntur, fragmenti aliunde accepti characteres praese ferre, arbitratur; haec autem illi sedet sententia ex eo, quod, ut ibidem pag. 47 ait, Actorum scriptor, S. Dionysium, statim aliquae Parisios advenerat, ibidem et ecclesiam exstruuisse, et clerum integrum, fide etiam, quod incredibile apparet, nondum praedicata, formasse, memoriae prodant, ac praeterea, id consilii ex more, quae locutio, ut vult, a primorum seculorum Actis aliena est, executioni a Sancto mandatum fuisse, assereret.

in hac observatis hic dantur,

134 Adhuc idem dominus le Beuf, quo magis adhuc eorum, quae de erecta a S. Dionysio Parisiensi ecclesia cleroque etiam ibidem constituto Actorum auctor mox datis verbis scribit, fidem eleget, in praefatis suis Dissertationibus pag. 55 et seq. ita verbis Gallicis, quae Latina facio, observat: Homines, adjunctis, quae ab hoc historiographo (Gregorio Turonensi) fidei initia Turonibus, cuius civitatis hic erat episcopus, comitata fuisse narrantur, probe imbuti, anonymum Actorum S. Dionysii scriptorem observare fecissent, duas ab eo res, quae simul stare non possent, conjungi, videlicet eo tempore, quo idololatria firmissimas egerat radices, Dionysii missionem et simul subitanam ecclesiae clericum eadem, qua seculo quarto aut quinto fieri id potuisset, facilitate Parisiis factam erectionem. Quicumque, critices peritus, qui Vitae S. Dionysii auctori aequalis fuisset, observare eum fecisset, a Gregorio, qui Historiam Turonensem apprime habebat perspectam, memoriae prodit, S. Gatianum, qui Turonas fidem attulit, in locis subterraneis seu cryptis, ut cum parvo Christianorum, quos Jesu Christo acquisierat, numero sacra mysteria diebus Dominicis celebraret, sese abdere fuisse compulsum, quod frequenter a civitatis magistratibus, cum factus eis fuisset obvisus, injuriis ac contumeliis fuisset affectus.

memoriae prodit, exstruunt,

135 Ita hactenus ille; verum, etsi quidem auctor, quem haec pungunt, fidem indubitatam Octobris Tomus IV.

in iis, quae memorat, nulla omnino ratione, ut jam saepius monui, mereatur, id tamen, quod de ecclesia a S. Dionysio Parisiis exstructa cleroque constituto supra huc transcriptis verbis scribit, nequitiam a virorum Apostolicorum, qui primis Ecclesiae seculis quaquaversum Christi fidem disseminarunt, consuetudine alienum videtur. Subinde quidem, ne hanc servare possent, magistratus ethnici obstabant; verum hi non omnes ubique in sacros praedicationes eadem, qua in S. Gatianum Turonenses, inhumanitate ac odio fuerunt. Certe, ferali nondum in Christianos persecutione a Diocletiano mola, Nicomediae in Bithynia, ubi non raro imperatores morari solebant, altioris etiam fastigii ecclesiam, quae ex ipso imperiali palatio spectari posset, Christianos ad synaxes suas celebrandas habuisse, Firmianus Lactantius lib. 2 de Mortibus Persecutorum cap. 12 luculentissime prodit. Adhuc S. Saturninus, qui Decio et Grato consulibus seu anno 250 Tolosam venit, ecclesiam ibidem, uti ex antiquis ejus Actis, supra saepissime laudatis, liquet, exstruunt, nec difficile foret plures alios assignare viros Apostolicos, qui pariter seculo III in Galliarum urbibus, fidei lumine a se illustratis, ecclesias erexerunt. Ac id quidem tum facere sacri omnes praedicationes, uti monstrare quam plurimis allegatis exemplis possem, solemne habuisse videntur.

AUCTORE C. B.

136 Quod cum ita sit, clerum quoque, si non majorem, talem saltem, qualem rerum ac temporis ordo ferebat, in ecclesiis a se exstructis constituere solitos fuisse, minime incredibile apparet; ut adeo, contra ac vult laudatus le Beuf, non sit, cur locutionem, qua anonymus Actorum, a nobis edendorum, auctor, dum Dionysium Parisiis et ecclesiam exstruuisse et clerum constituisse, scribit, id ab eo ex more factum ait, a primorum seculorum Actis alienam arbitremur. Talis certe, etsi interim, Dionysium, cum Parisios advenisset, ecclesiam ibidem tam cito, quam id factum innuit scriptor noster anonymus, exstruuisse, in animum non inducam, nullo prorsus modo mihi apparet; ut enimvero, rebus ita, ut jam dixi, habentibus, hic opportune ad institutum nostrum locutus fuisse videatur Gerardus du Bois supra adhuc laudatus, Hist. Ecclesiae Parisiensis lib. 1, cap. 3, num. 6 sic scribens: Non omnia contemnenda sunt, quae auctor (anonymus scilicet Actorum S. Dionysii per verba proxime huc transcripta) ex traditione suorum temporum commemorat, quaeque, ut res etate S. Dionysii erant, nec ab antiquis Ecclesiae moribus, nec a prisca Christianorum consuetudine erant aliena, qualia sunt imprimis ea, quae de ordinatione clericorum et basilicae constructione prodit. Sane primis Apostolis mos erat, si messem uberem excrescere cernerent, operariorum manum statim advocare ministrosque sibi assumere, quibuscum suos labores partiebantur, et ex clero populoque ecclesiam constituere.

clerumque in eadem, ut Parisiensi

137 In hunc modum S. Dionysius Rusticum presbyterum Eleutheriumque diaconum allegit, quos et sacrae ejus expeditionis et certaminis fuisse socios, Acta Passionis eorum Martyrologiaeque praedicant, et vetera alia monumenta testantur. Quid ni quoque basilicam S. Dionysii extruxit? Nam et conventicula et ecclesiae Christianorum, dum quies erat ecclesiis, ante et post tempora Decii publice habebantur. Sub principatu Alexandri imperatoris "Cum Christi

hic laudato historico pariter est visum,

AUCTOR
C. B.

« stiani » (ita in Alexandro, ut in margine notatur, Lampridius) « quemdam locum, qui publicus erat, occupassent, contra propinarii dicere, sibi eum debere, rescripsit Alexander » imperator, melius esse, ut quomodocumque « illic Deus colatur, quam propinariis deditur. » Et Gallienus, post cladem Valeriani ecclesiis reddita pace, edicto sanxit, ut qui loca Christianae Religionis sacra, calente persecutione, occupassent, ab iis nulla mora secederent. Hæc et alia testimonia probant, Christianis licitum fuisse ecclesias quietis temporibus palam habere, atque adeo nihil prohibere, quo minus S. Dionysius ecclesiam Lutetiae construxerit, seu domus his initiis, seu conventiculum fuerit.

constituit,
aliaque in-
dubie, quæ
ignorantur,
præclare
gessit.

138 Ita ille, a Dionysio Parisiis et ecclesiam fuisse exstructam, et clericos, qui sacris in hac muneribus fungerentur, constitutos fuisse, pariter existimans; et sane, ut e supra dictis liquet non immerito. Porro nonnulla etiam deinde, pro loco, quo Parisiis a Dionysio ecclesia fuerit exstructa, determinando ab eruditissimis ex-cogitata, subiungit; verum res illa, quidquid hi egerint, in obscuro est, facilius forsitan in lucem producenda, si sacrum istud ædificium stetisset diutius; verum, cum sub seculi IV initium, scilicet in Christianos a Diocletiano persecutione excitata, quam plurima, imo forsitan fere omnia, horum templa, uti ex iis, quæ Firmianus Lactantius lib. 2 de Mortibus Persecutorum cap. 15 scribit, intelligitur, in Galliis fuerint diruta, tum quoque ecclesiam, quam Dionysius Parisiis exstruxerat, solo fuisse æquatam, verosimile apparet. Porro, etsi quidem, quin Dionysius multa alia ibidem præclare gesserit, dubitandum non sit, ea tamen non minus, quam quo loco dicta ecclesia Parisiis steterit, ignoramus. Nec melius habemus compertum, quosnam ibidem S. Dionysius ad fidem adduxerit, et quamdiu ecclesiam, a se fundatam, gubernarit. Ado interim et Usuardus aliique hagiologi, Dionysium Parisiis per aliquot annos commisso sibi operi gnauiter incubuisse, in Fastis sacris a se coniectis affirmant. Et vero, nec numero admodum paucos fuisse illos aliquot annos, oportet, cum Dionysius, ut apparet, haud diu admodum post annum 250 Parisios advenit, nec citius ibidem, quam anno circiter, ut verosimilius videtur, 286, martyrio fuerit coronatus, quemadmodum § proxime seq. sumus visuri.

§ IX. Qui et quo circiter tempore SS. Dionysius ejusque Socii Rusticus et Eleutherius martyrio fuerint affecti.

Sancti, persecutione in christianos exorta,

Anonymus Actorum, quæ Commentario huic subdemus, auctor, nonnulla de antiquo generis humani hoste, qui, quanta sibi ex assidua populorum per Dionysium conversione inferrentur damna, conspiciens, diram in sacros Evangelii præcones, sectatoribus suis in hosce commotis, persecutionem excitavit, præfatus, num. 8 mox subiungit: Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur, et contra Dominicum populum pugnatu conspirat, non cunctati appetere gladio, quos Do-

minus suos suo monstraverat esse signaculo. D Itaque cum occidui orbis partem pro Christianorum inquisitione percurrerent, sanctum Dionysium, contra incredulos dimicantem Parisius repperunt: cum quo Rusticum presbyterum et Eleutherium archidiaconem persecutionis furor invenit. Hilduinus, dum quæ huic anonymi nostri textui respondent, in sua Sanctorum nostrorum apud Surium Passione num. 24 et duobus seqq. commemorat, præfectum Fescenninum Sisinnium, persecutionis in christianos publicata sententia, ex Urbe in Occidentem cum electa apparitorum manu, ut S. Dionysium perquiret, exquisitissimisque, ni idolis sacrificare vellet, tormentis necaret, missum fuisse, huncque abs illo Parisiis una cum SS. Rustico et Eleuthero inventum, ac porro, cum prius urgens de capiendo sancto Antistite imperatoris jussio fuisset divulgata, comprehensum etiam fuisse, scribit. Verum unde hæc is scriptor hauserit, haud comperto; ast certe, parum admodum probabilia esse, nemo non videbit, qui vel mediocriter in crisi historica fuerit versatus. Cum anonymi nostri narratio, proxime huc transcriptis verbis concepta, de Fescennino Sisinnio apparitoribusque ad perquirendum Dionysium ex Urbe missis sileat, nec quidquam præterea, quod a veri specie abhorreat, complectatur, Hilduiniana certe longissime præstat, etsi interim, nec qui illius auctor est, fidem ubique indubitatam mereatur, ut jam sæpius insinuavi.

140 Ut ut sit, dubitandum equidem non est, quin Dionysius, cum plures jam annos fidei diffundendæ, ecclesiæque Parisiensi regendæ impendisset, sævique in christianos persecutio esset exorta, comprehensus unaque cum SS. Rustico presbytero et Eleuthero, diacono in carcerem missus fuerit. Verum præfecti, a quo res gesta sit, nupiam mentio, nedum nomen, in Actis edendis reperitur; is tamen quemadmodum ab Hilduino, ita etiam ab Adone Fescenninus Sisinnius appellatur; ab Usuardo vero itemque a Romani Parvi, qui non tantum Usuardo, sed etiam Adone et Hilduino est antiquior, authore Fescennini tantummodo nomine distinguitur. Dubitandum non apparet, quin id posterior hic martyrologus e documento, ante annum circiter 740, quo, ut Sollerius noster in sua ad Usuardum Præfatione num. 142 docet, Martyrologium suum contexit, conscripto, deprompserit; verum quod qualeve illud fuerit, determinando non sum. Acta quidem S. Nicasii, in quibus hic, pro socio etiam S. Dionysii a nonnullis habitus, sub Fescennino, nullatenus distinctiori hujus notione addita, passus asseritur, laudari invenio; verum an Acta illa seculo octavo antiquiora sint, compertum haud habeo, nec satis etiam scio, qua auctoritate vel Ado dictum præfectum appellavit Fescenninum Sisinnium, vel Usuardus, omisso Sisinnii vocabulo, solo illum Fescennini nomine distinxerit. Quod modo ad Hilduinum, qui non modo Usuardo, sed et Adone est antiquior, spectat; cum Scriptor, qui conscriptionem Visbianam, seculo demum VIII, uti e supra dictis apparet, confictam, in litteras misit, Lisbium patrem suum a matre sua Larcia (præmissum Actis S. Dionysii Areopagitæ Comment. num. 45 videsis) Fescennino Sisinnio proditum affirmet, seu potius, ut, quod res est, dicam, comminiscatur, idque etiam Hilduinus in Sanctorum nostrorum Passione num. 27 memorie prodit, is verosimillime, præfectum, a quo Dionysium captum

a præfecto,
qui vel Fescenninus Sisinnius,

F

A tum scribit, appellatum fuisse Fescenninum Sisinnium, e solo illo lutulento ac turbido fonte acceperit.

vel certo Fescenninus appellatus fuerit, comprehensi, in carcerem,

141 Verum, etsi id ita sit, re tamen ipsa præfectum illum, de quo apud scriptores, Visbiana conscriptione laudatisque martyrologis certo antiquiores, nihil omnino notatum invenio, Fescenninum Sisinnium aut certe Fescenninum fuisse appellatum, pro certo atque indubitato videtur habendum. Ea sedet sententia, tum quod nulla plane, ut contrarium credatur, impellat auctoritas, tum quod posteriori isto nomine distinguatur non solum ab Usuardo, sed etiam a Romani Parvi auctore, cui certe Visbiana conscriptionem, utpote seculo demum octavo medio, ut supra docui, conscriptam nec ante Hilduinum, ut ipsemet hic scriptor in suo ad Ludovicum Imperatorem Rescripto num. 5 prodit, ulli notam, præluisset, nemo merito dixerit. Porro Hilduinus non tantum qui præfectus, a quo Sancti nostri fuere comprehensi, sed et qui ipsemet carcer, in quem, eo iubente, fuerunt coniecti appellatus fuerit, e Visbiana conscriptione indubie didicerit. Is enim

B scriptor, qui, quemadmodum ipsemet prodit ac supra jam docui, in conscribendis Sanctorum nostrorum Actis qualemcumque illam lucubrationem sibi prælucentem habuit, carcerem illum eodem, quo in hac appellatur, Glaucini nomine distinguit, nec scio, an ullum aliud, in quo id etiam fiat, documentum reperitur Hilduino antiquius. Doubletus, carcerem illum a nomine illius, a quo custodiebatur, ita appellatum fuisse, in Antiquitatibus San-Dionysianis lib. 1 cap. 7 conficiendo adjungit; verum, uti ipsummet carceris nomen, utpote in sola sublesta admodum fidei conscriptione Visbiana fundatum, ita etiam hæc Doubleti conjectura plane est incerta.

142 Nec omnino certum etiam est, quo Parisiensis civitatis loco carcer ille fuerit situs. Liquet id ex iis, quæ hac de re in ecclesiæ Parisiensis Historia lib. 1, cap. 4, num. 2 scribit plus semel jam laudatus Gerardus Du bois. Verba ejus, quod ad S. Dionysii gloriam non parum conducant, huc transcribo. Sic habent: Vulgaris opinio est, Dionysianum carcerem in eo fuisse loco, ubi modo ecclesia est S. Dionysii de carcere, sed id non adeo certum esse comperio.

C Etenim ex veteribus chartis Ansoldus vir nobilis seu miles, ut illis temporibus dicebatur, cum uxore Retrude ecclesiam S. Dionysii de carcere fundavit de consensu Rainoldi comitis Milidunensis et episcopi Parisiensis, et in usum clericorum seu canonicorum dotavit; quam fundationem rex Robertus Aurelianus anno xix regni sui confirmavit, quod ex regis et postea ex Girberti, Parisiensis episcopi, litteris datis anno mcccxxii accepimus. In his porro vocatus illa ecclesia de Parisiaco carcere, et in aliis de Parisiensi carcere, quasi antea non tam fuisset S. Dionysii, quam publicus urbis carcer. Quidquid sit, fama est, vel ibi existisse carcerem illum, ubi SS. Martyres Dionysius, Rusticus et Eleutherius prima pro fide inierunt certamina, vel non procul ab eo loco.

143 Nam tradunt, ecclesiam, quæ modo S. Symphoriani dicitur, olim fuisse carcerem Dionysianum, in cujus rei testimonium litteras proferunt Matthæi Bellimontis comitis et Odonis episcopi Parisiensis. Anno mcccvi ille comes tam in salutem animæ suæ, quam in compensationem itineris hierosolymitani locum « reverentiæ » et religionis antiquæ, in quo gloriosus martyr

« Dionysius in carcere dicitur fuisse detentus, concessit Deo et Odoni episcopo Parisiensi » ad edificandam ecclesiam tresque sacerdotes constituendos, qui Deo jugiter ministrarent. Ex iisdem litteris intelligimus, in eodem loco antea capellam fuisse sub nomine S. Catharinæ ex pietate fidelium conditam, quæ desuetudine et hominum incuria neglecta collapsaque fuerat, quæque ex liberalitate Matthæi comitis, ut dictum est, in honorem et venerationem S. Dionysii restituta est; eandem porro esse, quam quæ modo S. Symphoriani basilica est, charta foundationis docet; ejus enim situm describens, meminit « viæ strætæ, » quæ inter ipsam est et ecclesiam S. Dionysii de carcere. Cur autem dicta S. Symphoriani ecclesia sit, non memini me legere; si conicere licet, dicam propter vicinitatem alterius ecclesiæ S. Dionysii facile mutatum nomen, sanctique Symphoriani ecclesiam appellatam propter reliquias illius sancti Martyris, quæ in ea fidelium venerationi expositæ custodiuntur. Ante Odonis tempora nullum, quod sciam, monumentum est in locum Dionysiani carceris ecclesiam illam fuisse edificatam.

144 Ita hactenus ille de carcere, in quem Sancti nostri fuere coniecti; cum autem, quæ dictis ejus addam, non habeam, nonnulla modo de suppliciis, quibus fuerint affecti, subjungo. Anonymus Actorum, quæ edemus, auctor, Dionysium sociosque ejus Rusticum et Eleutherium, cum interrogati fidem libere fuissent professi, multis injuriis ac suppliciis affectos, verberibusque etiam maceratos fuisse, num. 9 tradit. Porro scriptori isti Gregorius Turonensis quantum ad Dionysium (de Rustico enim et Eleuthero silet) omnino consonat; Dionysium enim diversis, priusquam martyrio ad Superos migraret, pro Christi nomine fuisse affectum panis, lib. 1 Hist. Franc. cap. 28 scribit. Beatus, inquit, Dionysius, Parisiorum episcopus, diversis pro Christi nomine adfectus pœnis, presentem vitam gladio imminente finivit. Et vero, cum nulla plane anonymi nostri aut Gregorii auctoritate vel major vel antiquior auctoritas contrarium suadeat, Dionysium reipsa, priusquam gladio coronam referret martyrii, variis fuisse affectum suppliciis, sat certum apparet. Verum quæ qualiæ illa fuerint, Gregorius et anonymus noster haud exponunt, nec ego, deficientibus ad id quibuscumque etiam aliis antiquis sat probæ notæ documentis determinare queo. Hilduinus interim ait, Dionysium, cum prius una cum SS. Rustico et Eleuthero semel ac iterum flagellis cæsus fuisset, primo quidem lecto ferreo, igne subjecto candenti, impositum, deinde vero, cum toto ambustus corpore extractus inde fuisset, ferocissimis bestiis objectum fuisse, cumque, hisce ad preces ejus mansuefactis, ex ardenti etiam clibano, in quem fuerat coniectus, exisset illæsus, nec varie tortus in cruce, in quam post actus fuerat, suppliciis succumberet, depositum ex hac in carcerem iterum fuisse coniectum, ex eoque, in quo et sacrosanctum Missæ sacrificium, mirabiliter interea ab ipsomet Jesu Christo, cum angelis ei apparente, sacra communione refectus, celebravit, haud ita multo post eductum martyrii tandem palmam una cum SS. Rustico et Eleuthero, postquam iterum una cum hisce flagellatus fuisset, capite amputato, retulisse.

145 Talia sunt supplicia, quæ Dionysium, priusquam martyrio coronaretur, pertulisse, Hilduinus in Sanctorum nostrorum Passione, nulla etiam omnino, qua sese dubitare insinuet, adhibita loquendi

ACTORUM
C. B.

fuere coniecti,
variisque
suppliciis, quæ
ab Hilduino.

F

rectene, an secus, incertum
recensetur,

ACTOR
C. B.

loquendi formula, num. 27 de tribus segg. confiderenter scribit; verum, rectene, an secus, modo dispiciamus. Illa omnia hic scriptor, uti ex iis, quæ ipsemet in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num. 5 memorat, nemo non concludet, e Passionis Dionysianæ libello, e conscriptione Visbiana et ex antiquis Missalibus libris, seu e duabus de SS. Dionysio ejusque Sociis Rustico et Eleutherio, quæ in illis fuerint contentæ, Missis indubie acceperit. Verum tam dictus, licet etiam antiquissimus ab Hilduino vocetur, Passionis Dionysianæ libellus, quam Visbiana, nullo omnino, ut supra docui, in pretio habenda, conscriptio, sublestæ admodum erat fidei, ut liquet ex iis, quæ in Comment., fabulosis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, § 2 disserui; quod autem ad antiquos Missales libros duasse, quæ in hisce contentæ fuerint, missas jam spectat, nec ex hisce de suppliciis, quæ S. Dionysio fuerint illata, quidquam certi habere compertum potuit Hilduinus, uti haud difficulter colliges ex iis, quæ in eodem Comment., fabulosis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, num. 50 et quatuor

seqq. adduxi in medium. Quidquid itaque Hilduinus spectat de suppliciis, quæ Dionysius pertulerit, memoriæ prodit, plane est incertum. Hunc interim et SS. Rusticum et Eleutherium variis suppliciis fuisse affectos, indubitatum apparet, uti etiam eos martyrii coronam, cervice gladio abscissa, fuisse adeptos. Sane exiis, quæ nunc subdo, hoc postremum saltem omnino constare videtur.

martyrium
capite empu-
tato consumi-
marunt,

146 Fortunatus, supra sæpissime jam laudatus, S. Dionysium, quod collum pro fide dederit secundum, laudibus extollit, deque eo in egreio, quod versibus composuit, elogio lib. 1 poemat. cap. xi sequentem loquitur in modum:

Qui fervente fide Christi solidatus amore
Vertice supposito colla secunda dedit.
Membrorum contemptor erat, cupiendo coronam,
Vile putans quidquid ferret amore Dei.
Ut moritura caro donum immortale pararet,
Vulnera dilexit, sed caritura nece.
Hostili occurrens gladio se misit olympo;
Unde mori voluit, vota salutis habet.

Fortunato porro Gregorius Turonensis, uti ex ejus verbis proxime hac transcriptis liquet, assentitur; hisce autem duobus scriptoribus, quibus præterea hac in re nullam omnino auctoritatem adversari invenio, adjungenda sunt, quæ Commentario huic subduntur, Sanctorum nostrorum Acta, itemque non pauca, quibus et constans suffragatur traditio, Martyrologia, tam antiquiora seu classica, quam recentiora, quæ omnia, Dionysium, imo et socios ejus SS. Rusticum et Eleutherium martyrium gladio consummasse, affirmant. Verum duo dicti scriptores litterariaque hæc monumenta omnia, quæ ita Dionysium, capite abscisso, finisse martyrium, unanimi consensu tradunt, pari etiam consensu de lecto ferreo, de condemnatione ad bestias, de clibano ardenti silent; etsi autem clibanum, ut Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis historia lib. 1, cap. 4, num. 3 me docet, Parisiis in ecclesia S. Dionysii de Passu fidelium erga Dionysium pietas venerandum fecerit, haud quaquam tamen ex hac de supplicio, quod, ut diximus, Dionysium in clibano pertulisse, Hilduinus ait, certi effici possumus, uti nec de apparitione supra memorata, quæ Dionysio in carcere fuerit oblata, e saxo seu lapide, in quo, ut Felibianus in sua San-dionysianæ abbatiæ Hist. pag. 76 testatur, supra unam a San-dio-

nysianæ ecclesiæ portis, Hilduino antiquioribus, D miraculum istud hodieque cernitur expressum seu repræsentatum; sæpissime enim factum esse, ut et populares devotiones et repræsentationes hujusmodi vel e meritis erroribus hallucinationibusve, vel e traditionibus falsis traxerint originem, eruditissimè est notum.

147 Nunc ad id, quod secundo loco hic inquirendum, seu ad tempus, quo Sancti nostri subierint martyrium, progrediamur. Etsi Gregorius Turonensis imperatorem, sub quo S. Dionysius missus fuit in Gallias, luculentissime, ut supra vidimus, siggarit, nihil tamen uspiam, unde tempus, quo deinde ibidem Sanctus una cum SS. Rustico et Eleutherio martyrio fuerit affectus, determinari queat, memoriæ proditum reliquit. Nec id etiam Actorum, quæ edemus, scriptor anonymus, nec Martyrologii Romani Parvi author, nec, qui hoc recentiores sunt, martyrologi classici Usuardus et Ado, nec denique ulli alii scriptores antiqui fecerunt; ut enimvero, quo tempore, quæ in persecutione Sancti nostri, fuso pro Christo sanguine, martyrii palmam retulerint, sit oppido determinatu difficile. Dionysium quidem a præfecto Fescennino seu Fescennino Sisinnio gladio animadversum, Ado et Usuardus notant, cumque his præterea Romani Parvi author adstipuletur, est sane, cur etiam, ut Dionysius sub præfecto illo passus crederentur, e vera ac genuina traditione promanasse arbitremur. Verum quo tempore Fescenninus seu Fescenninus Sisinnius vixerit, uti et sub quo imperatore præfectum in Galliis egerit, non minus in obscuro est, quam ipsummet, quo Dionysius ejusque Socii Rusticus et Eleutherius martyrium subierint, tempus; cum autem sic habeat, aliunde isthoc, quod e dictis cognitioni nostræ Scriptorum Monumentorumque omnium antiquorum silentium subtrahit, eruere conemur, huncque in finem, cuinam e persecutionibus, in Christianos post Dionysii in Galliis adventum excitatis, Sanctorum nostrorum martyrium potissimum conveniat, examinemus.

Id ejus epo-
cha determi-
nata admo-
dum diffici-
lis est,

148 Cum Decius, quo imperante, in Galliis anno 250, ut supra docuimus, Dionysius venit, biennio dumtaxat tenuerit Romanum imperium, certe hic Sanctus noster, qui, quemadmodum Ado et Usuardus, traditione etiam suffragante, nec ulla omnino seu documentis seu scriptoris alterius antiqui auctoritate reclamante, in suis ad hunc F diem Martyrologiis docent, commissum sibi fidei in Galliis propagandæ opus per aliquot annos ardentem implevit, martyrio haud fuerit, Deciana sæviente persecutione, e viciis sublatus. Porro Gallus et Volusianus, qui Decio, a Gothis interempto, anno 252 una cum Hostiliano in Romanum imperium succedere, Christianos quidem, non secus ac Decius, sunt persecuti; verum (Pagium in Criticis ad dictum annum num. 18 videsis) localis dumtaxat exstitit illorum persecutio, fuitque, ea durante, Romæ tantummodo in Christianos sævium, cumque deinde duo illi imperatores anno 253 a militibus suis, Hostiliano peste jam antea sublato, fuissent necati, Valerianus una cum filio suo Gallieno iis suffectus pacem Ecclesiæ mox reddidit; licet autem ille postea, anno videlicet 257, persecutionem in Christianos renovarit, tunc tamen in Galliis martyres fuisse effectos, haud comperimus, Valerianoque anno 259 in Persarum captivitatem illapso, Gallienus, patris clade meliora, edoctus, pacem Ecclesiæ mox concessit, nec eam deinde Posthumus aliique, qui ab anno 260 usque ad annum 273, imperatoris Aureliani quartum, impe-

non sub Im-
peratoribus
hic recentiss

A rium Romanum in Galliis usurparunt, ullo modo ibidem turbasse uspiam leguntur. Crochus quidem, ethnicus Alemannorum rex, anno circiter 260 in Gallias cum numeroso exercitu irrupit, ibidemque, plurimis locis misere vastatis, non paucos Christianos martyrio affecti; verum quascumque hæc Chroci persecutio Dionysii martyrio, utpote quod hic, non ab Alemannico, sed a Romano præfecto, ut vel solum hujus Romanum Fescennini seu Fescennini Sisinnii nomen prodit, fuerit perpressus, neutiquam convenit, maxime cum Dionysium in persecutione, quæ Galliis, per hostes externos barbarosque turbatis, incubuerit, subisse martyrium, e nullis omnino, quæ hoc comitata narrantur, adjunctis appareat.

nec etiam,
contra ac
ecclesiæ Pa-
risiensis hi-
storici

149 Porro cum ab anno 250, quo Dionysius in Gallias venit, ad annum usque Aureliani quartum, Christi 273, Galliarum res eo, quo jam dicti, loco exstiterint, nulla certe tunc ibidem, in quo Dionysium occubuisse verosimile sit, persecutio in Christianos fuit commota. Verum Aurelianus, qui, cum primum imperare cepit, haud prorsus alieno a Christianis fuerat animo, postea tamen, mutata paulatim sententia, eo etiam devenit, ut lata olim in eos crudelia persecutionis edicta novo emissio edicto ultimo imperii sui anno, Christi 275, instauravit; licet autem, ut Lactantius de Mortibus persecutorum scribit, inter initia furoris sui ab ipsis met amicis suis, nondum etiam ad Provincias ulteriores cruentis ejus edictis perlatis, e falsa quadam suspitione fuerit interemptus, erit tamen fortassis non nemo, qui, quod Martyrologia tabulæque ecclesiasticæ Martyres in Galliis sub Aureliano notent, fuisse tum ibidem imperatoris hujus in christianos edictum promulgatum persecutionemque illius virtute exarsisse, in animum inducat. Certe, id reipsa factum, existimat in sua ecclesiæ Parisiensis Hist. lib. 1, cap. 5, num. 6 Gerardus du Bois, hincque, nonnullis, quos dicta Martyrologia tabulæque ecclesiasticæ sub Aureliano consignat, Gallicanis enumeratis Martyribus, sequentem etiam (rectene, an secus, mox videbimus) pro Dionysii martyrio persecutioni, ab Aureliano motæ, illigando ratiocinatur in modum: Ex his facile adducor, ut eradem, S. Dionysium cum sociis in persecutione Aureliani comprehensum, variis suppliciis affectum esse, ac demum jussu Fescennini præfecti obtruncatum.

ratiocinio,
verbis, quæ

150 Decio S. Dionysium supervixisse constat; Valeriani furor non invasit Gallia: sub præsidatu et tyrannide Posthumi quietæ fuerunt: S. Dionysius "per aliquot annos commissum sibi" opus persecutus est "ut habent Martyrologia; hos sane annos ecclesiæ Parisiensis condendæ utiliter insumpsit, et fidei stabilendæ, quam ita intimis Parisiensium mentibus infixit, ut neque denuo Parisiensem instaurari ecclesiam, neque his in locis fidem iterum tradi oportuerit, quod opus non unius aut alterius anni fuit. Huc accedit, quod hæc Aureliani persecutio in his maxime Galliarum tractibus grassata est; neque aliam persecutionem, neque tempus aliud martyrio S. Dionysii facile tribuas. Quod autem sub Aureliano passum esse, nullibi reperias, id ex eo, quod sum dicturus, accidisse reor. Aurelianus post publicatum contra nos edictum apud Cænonophrium inter Heracleam et Byzantium interemptus est. Deferentibus sibi invicem senatu exercituque honorem subrogandi in illius locum imperatoris, interregnum fuit, ita ut (Flavio Vopisco teste) "per sex menses imperatorem Ro-

"manus orbis non habuerit, omnesque judices "permanerent, quos aut senatus aut Aurelianus "elegerat." Cum cruenta principis edicta interim permanerent, nec nisi Tacito imperante revocata sint, integrum fuit præfectis provinciarum præsidibusque vel uti mansuetudine, vel crudelitatem in christianos exercere, prout quisque odio vel studio in eos ferebatur.

151 Duo itaque fuerunt tempora hujusce persecutionis; alterum, dum Aurelianus viveret, aut vivere adhuc in provinciis crederetur; alterum, cum, eo sublato, interregnum fuit, et nihilominus persecutio continuatur. Inde accidit, ut, qui primis persecutionis diebus passi sunt, sub Aureliano passi dicerentur; Actis vero eorum, qui interregni tempore martyrium fecerunt, nomen potius præsidis, quam imperatoris, aut neutrius aliquando apponeretur. Hoc postremo tempore certamen S. Dionysii contigisse, et ideo nomen solummodo Fescennini præfecti annotatum Fastis ecclesiæ conjicio. His ducti conjecturis dicimus, S. Dionysium coronatum martyrio vii. Idus Octob. anno Christi cclxxviii, imo (correcto scilicet, quo hic laudatus author utitur, Baroniano cálculo) anno 275, E quo anno Annales ecclesiastici eadem Aureliani et interregnum imperii fuisse annotant. Cum autem Tacitus sit renunciatus imperator vii. Calendas Octobris, sanctum Dionysium passum esse oportet dies xiv, postquam ad imperium evectus est, nondum nuncio de electione Taciti in has regiones perlato, nedum revocato edicto Aureliani in christianos. Ita hactenus scriptor laudatus, totum suum hoc, quam longum est, ratiocinium potissimum superstruens emissio per Aurelianium in christianos edicto, quod post principis hujus necem, anno 275 circa vigesimum, uti ibidem num. 3 Pagius in Criticis docet, Martii diem patratam, fuerit et in Galliis publicatum, et vim suam, multis idcirco ibidem martyrio tunc affectis, per sex amplius menses, donec Romani imperii interregnum per Taciti electionem cessasset hæcque in Galliis fuisset annunciata, obtinere adhuc perrexit.

quæ hic

152 Verum an reipsa, quod Aurelianus paulo ante eadem suam in Christianos emisit, edictum promulgatum in Galliis umquam fuerit, mihi admodum apparet dubium. Nec ea de re certum me efficiunt Martyres, qui, ut laudatus author insinuat, edicti illius virtute tum fuerint in Galliis pro fide occisi. Et vero epocha, quam sic horum martyrio assignat, mihi sane non minus, quam ipsamet præfati edicti in Galliis promulgatio, dubia apparet atque incerta. Meritone, an secus, studiosus lector ex iis, quæ dicturus modo sum, dijudicet. Martyrologia quidem, ut ait loco cit. idem author, tabulæque ecclesiasticæ, S. Columbam Virginem Senonis, Savinianum in territorio Tricassino, Juliam virginem, Claudium, Justum, Jucundinum, cum quinque horum sociis, ac Patroclum Trevis martyrium sub Aureliano subisse, diserte tradunt; verum id factum esse, emissio per Aurelianium in christianos edicto, quod etiam post principis hujus mortem promulgatum in Galliis fuerit, suamque adhuc vim fuerit sortitum, nusquam vel utcumque insinuant, nedum aperte edicunt. Bollandus noster ad diem xxi Januarii, quo S. Patroclus Trevis in Gallia sub Aureliano passus in Martyrologio Romano asseritur, antiquiorem vulgavit Sancti hujus Vitam; cum autem in hujus fine S. Patroclus xii Kal. Febr. die, vi FERIA dicatur decollatus, ac FERIA

AUCTOR
C. B.

Feria vi, quamdiu regnavit Aurelianus, cum xii Kal. Febr. seu xxi Januarii, solo anno 271 concurrerit, consecrarium est, ut certe Patroclus, contra ac putavit dictus scriptor, vi edicti, per Aurelianus anno demum, ut dictum, 275 in Christianos emissi, martyrio haud fuerit affectus.

in medium

153 Adhæc, cum Aurelianus, sub quo S. Patroclus occubuit, non imperator, sed præses in dicta, quam Bollandus edidit, Vita vocetur, nec modo in S. Alexandri Papæ Actis de Aureliano utriusque militiæ comite, Christianos, regnante Traiano, persecuto, sermo sit, sed et alibi aliorum ejusdem nominis in dignitate constitutorum mentio occurrat, fueritne S. Patroclus in persecutione, ab Aureliano mota, an in alia, martyrii coronam adeptus, omnino etiam est incertum, quemadmodum jam Pagius in Criticis ad annum 277, num. 4 recte observavit. Porro quod ad alios Sanctos, jam supra cum S. Patrocle nominatos, quos pariter vi edicti, ab Aureliano in Christianos emissi, martyrio in Gallias coronatos, laudatus Ecclesiæ Parisiensis historiographus existimavit, jam spectat, eorum omnium Acta, iis solis, quæ ad S. Columbam,

B

die xxxi Decembris Fastis sacris inscriptam, pertinent, exceptis, Operi nostro ad diem xxix Januarii, quo S. Sabinianus seu Savinianus, et diem xxi Julii, quo S. Julia virgo, Claudius, Justus, Jucundinus et quinque horum Socii coluntur, eæstant inserta, nec quidquam, unde hosce Sanctos virtute edicti, ab Aureliano in Christianos emissi, quod post principis hujus mortem fuerit et in Galliis publicatum et vim suam sortitum, martyrium subiisse concludas, uspiam suppeditant. Eosdem quidem omnes Sanctos sub Aureliano coronatos, notant, sed id ab eo, in vivis adhuc superstite et quidem in Galliis existente, factum adjungunt. Et vero Aurelianus, cum jam esset imperator, bis in Gallias venit, prima quidem vice, dum, ut Vopiscus in Aureliano refert, Tetricum tyrannum, qui ex Aquitanie præside imperator factus Gallias obtinebat, in potestatem suam, quod, quemadmodum Pagius in Criticis docet, anno 273 factum, una cum ejusdem exercitu accepit; altera vero, dum, ut idem Vopiscus in Aureliano narrat, C

adducuntur

154 Jam vero, cum res ita habeat, sane præfatos Sanctos, uti eorum, ut dictum, Acta tradunt, Aureliani in Galliis existentis jussu (quod et de S. Columba, utpote pariter, ut ejus Acta perhibent, a dicto imperatore, in Galliis commorante, martyrio affecta, est dicendum) duobus dictis annis aut alterutro ex hisce pro fide fuisse obtruncatos, sat verosimile apparet, maxime cum Aurelianus benignum, quem imperii sui initio erga Christianos gesserat, animum, processu temporis seu, ut Eusebius lib. 7 Hist., cap. 30 de illo loquitur, imperii sui tempore progrediente paulatim exuerit, facileque adeo factum esse possit, ut homo omni tempore, ut Victor in Epitome scribit, et sævus et sanguinarius et trux, jam inde etiam ab anno 273 et 274, edito, nondum, quod supra memoravi, in Christianos edicto, sævire in eos ceperit in Galliis. In S. Reveriani undecimque aliorum Augustoduni in Gallia Martyrum Actis, in Opus nostrum ad 1 Junii diem jam illatis, pro fide hi Sancti Aureliani imperatoris, cum in Galliis

hic versaretur, jussu narrantur necati, hincque eorum martyrium ad annum, quo Aurelianus Tetricum tyrannum in deditionem accepit ac per Æduos iter instituit, Henschenius noster retulit. Acta quidem tam S. Columbæ, quæ nondum a nobis edita, quam S. Saviniani, itemque SS. Julię, Claudii aliorumque supra memoratorum Martyrum, quæ jam ad xxix Januarii et xxi Julii in lucem emisimus, notæ forsitan haud adeo probatæ sunt; verum, qualiacumque sint, cum equidem in tempore, quo Sanctos, quos memorant, martyrium passos tradunt, nullo omnino seu ab auctoritate, seu aliunde petito argumento ostendantur falsa, efficiunt saltem, ut, an tum vere Sancti illi pro Christo necati haud sint, dubitari non immerito queat. Tillemontius, dum de persecutione, ab Aureliano mota, simulque de S. Columba aliisque Sanctis, qui sub hoc imperatore martyrium in Galliis subiisse dicuntur, tom. 4 Monument. Ecclesiast. pag. 345 et seqq. tractat, nullum uspiam verbum profert, quo, vel unum ex iis vi edicti, in Christianos ab Aureliano emissi ac post hujus cædem effectum adhuc sortiti, martyrium certo passum, utcumque insinuet; ut sane hic scriptor tum hinc, tum e nonnullis, quæ ibidem scribit, non parum, an ullus e Martyribus, quos recenset, vi edicti, ab Aureliano paulo ante obitum emissi, occisus in Galliis fuerit, dubitasse videatur.

155 Et vero nec ego, quantalibet facta indagare, ullum in Galliis Martyrem, qui vi ejusdem edicti necatus certo fuerit, invenire qui-
vi, cum autem res ita habeat, atque e jam dictis; an vere vel unus ibidem vi memorati edicti, in Christianos ab Aureliano emissi suumque adhuc post hujus cædem effectum sortiti, martyrio fuerit affectus, pro dubio saltem, ne amplius quid dicam, sit habendum supra huc transcriptum, quo Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii martyrium persecutioni, ab Aureliano præfatum edictum motæ, adscribendum laudatus Ecclesiæ Parisiensis historiographus contendit, ratiocinium totam vim suam, utpote in sola Martyrum, qui vi ejusdem edicti post Aureliani cædem in Galliis fuerint necati, multitudine fundatam, amittit, nec est adeo, cur ob illud Sanctos nostros sub Aureliano martyrium subiisse arbitremur. Adhæc Germani, imperii Romani interregno a xx circiter Martii die, quo, ut dictum, Aurelianus anno 275 fuit occisus, usque ad Septembrem proxime sequentem durante, Romanorum trans Rhenum limites perrupere, jamque, cum xxv posterioris hujus mensis die Tacitus imperator fuit electus, diversas Galliarum urbes validas, nobiles, divites et potentes, ut Vopiscus in Tacito cap. 3 docet, occuparant; cum autem, Romanos in hoc rerum suarum statu Christianis in Galliis persequendis animum adhuc adjecisse, parum verosimile appareat, opinio pariter, qua, tum nihilominus Dionysium ejusque Socios SS. Rusticum et Eleutherium vi edicti, ab Aureliano emissi, martyrio fuisse affectos, laudatus historiographus statuit, parum verosimilis videtur.

156 Etsi porro a Romanis, contra ac apparet, Romano imperio vacante Tacitique electione nondum annuntiata, multi etiam in Galliis occasione edicti, ab Aureliano emissi, quod, hoc occiso, vim suam adhuc retinuerit, in fidei Christianæ odium fuissent perempti, haud propterea tamen ex horum numero illos quidem, qui,

D

E

rationibus
infirmato,
contendi, sub
Aureliano,

F

iam etiam,
dum in Gal-
liis

A qui, dum Aurelianus viveret, aut vivere adhuc in provinciis crederetur, fuere occisi, sub Aureliano, illos vero, qui postea, quamdiu adhuc, cognita jam Aureliani cæde, Romani imperii interregnum duravit, Tacitique electio annuntiata nondum esset, mortem oppetiere, sub præsidibus aut præfectis, imperatoris nomine suppresso, in eorum Actis ecclesiarumve Fastis fuisse notatos, recte existimaris: etsi autem conjectura, hinc formata, quæ ductus Ecclesiæ Parisiensis historicus, S. Dionysium ejusque Socios, quod, ut putavit, Aureliano sex amplius mensibus jam cæso, Tacitique electione nondum annunciata, ei edicti sæpissime jam memorati fuerint occisi, sub solo præfecto Fescennino seu Fescennino Sisinio, suppresso Aureliani nomine, in Fastis sacris consignari statuit, multum sane, ut Tillemontius tom. 3 Monument. Ecclesiastic. not. 6 in Dionysium Parisiensem est visum, habeat acuminis, dictus tamen, qui in libris Ecclesiasticis Sanctorumque Actis fuerit observatus, usus, cui soli illa inniti videtur, perperam adstruitur. Res e paucis, quæ subdo, patescet. Aurelianus, ut Pagius in Criticis docet, anno 275 circa xx Martii diem, a quo deinde usque ad Taciti electionem, die Septembris xxv proxime sequenti factam, Romanum imperium vacavit, ab amicis suis in Thracia, cum paulo ante edictum in Christianos emisisset, fuit occisus, et tamen S. Reverianus undecimque alii, qui ad 1 Junii, itemque S. Julia, SS. Justus et Jucundinus pluresque adhuc alii, qui ad xxi Julii diem, veluti in cælo tum primum martyrio nati, Fastis sacris exstant inscripti, sub Aureliano vel in his, vel certe in Actis, passionem eorum et exponantibus et dictis duobus diebus innectentibus, notantur passi.

versaretur, Christianos, 157 Reponi quidem potest, Aureliani cædem tum nondum fuisse in Galliis annunciatam; verum, cum hæc, ut dictum, circa xx Martii diem fuerit patrata, ignoratam adhuc die 1 Junii proxime sequenti, imo et xxi Julii ibidem fuisse, quis credat? Occiso, inquit ad annum 272 num. 12 Pagius in Criticis, Aureliano, uno aut altero mense, ut videtur, postquam persecutionis decretum emisit, ea post ejus interitum per aliquot menses duravit, per interregnum videlicet, quod sex mensium fuit, et quicumque Christiani (sive in Gallia nimirum, sive alibi) martyrium tunc passi sunt, sub Aureliano in Martyrologiis passi dicuntur, quia videlicet virtute ejus decreti occisi. At vero, dicit forsitan modo non nemo, cum equidem, uti e jam dictis apparet, plurimi in Galliis, dum Aurelianus ibidem versaretur, in fidei Christianæ odium imperatoris hujus jussu fuerint occisi, nihil omnino impedire videtur, quo minus etiam Sancti nostri, alterutri ex annis 273 et 274, quibus ambobus Aurelianus in Galliis fuit, fuso pro Christo sanguine, occubuisse credantur, eorumque adeo martyrium sub Aureliano Ecclesiæ Parisiensis historiographus recte consignavit. Ita sane haud prorsus immerito potest videri, maxime si S. Prisci aliorumque plurimorum Martyrum Actis, in Opere nostro ad diem 26 Maii, quo hi Fastis sacris exstant inserti, in lucem jam emissis, adjungenda sit fides.

non tamen tanta quantitas id faciunt S. Prisci Acta 158 Hæc enim initio sic habent: In diebus Aureliani imperatoris, idolorum decrecente cultura, et Christianæ religionis dogmate meliori successu propecto, ita persequentium furor

exarsit, ut ipsi quoque imperatores, suorum scelerum satellitibus minime confidentes, singulorum provinciarum penetralia peragrarent. Eodem quippe tempore Aurelianus imperator, vir crudelissimus, Romana urbe relicta, in partes Galliarum successerat: qui veniens in civitatem Senonis, ferocitatis suæ comites ad investigandos per omnem Galliam Christianos, transmisit; deinde autem nonnullis adhuc, quibus persecutionem, de qua agunt, quam maxime exarsisse indicant, mox subdunt, ab Alexandro Protectore, ad Territorium Autissiodorense per Aurelianus misso, S. Priscum plurimosque alios Christianos ibi repertos, ejusdemque deinde Alexandri jussu gladio fuisse obtruncatos. Verum, ait tom. 4 Monument. Ecclesiast., pag. 349 Tillemontius, Acta illa, etiam si de iis vel e solo, quo conscripta sunt, stylo tument et barbaro feratur judicium, recentiora esse patet ad oculum; cum autem etiam phrases, seculum ix, ut addit, redolentes, complectantur, sintque adeo seculo isthoc verosimillime haud antiquiora, fidem enimvero vel nullam vel certe dumtaxat exiguam in iis, quæ de Aureliano, Romanorum ab anno 270 ad annum usque 275 imperatore, memoriæ produnt, merentur, nedum erroribus vacua sunt putanda. Quid si ergo illorum initio, ubi legitur in diebus Aureliani imperatoris legendum sit in diebus Aurelii imperatoris? Acta S. Symphoriani martyris longissime sane, utpote quæ sinceris Martyrum Actis, a se vulgatis, Ruinartius recte accensuit, hic memoratis S. Prisci Actis præstant, et tamen illorum initio, ubi sub Aurelio principe foret legendum, sub Aureliano principe perperam legitur, uti in sua ad eadem Acta Admonitione Ruinartius et post hunc in Criticis Pagius, et ad diem xxii Augusti, quo S. Symphorianus colitur, Decessores nostri censuere.

159 In Mss. Codicibus, ut idem Ruinartius loco cit. etiam notat, Aurelius et Aurelianus, Fabius et Fabianus, Valerius et Valerianus aliæque similia nomina non raro confunduntur, nec in Hieronymianis apographis aliisque antiquis Fastis sacris S. Priscus; utut in hisce annuntiatus, sub Aureliano passus asseritur. Quid si etiam persecutio, quæ in S. Prisci Actis Aureliano attribuitur, Maximiano adscribenda sit? Utcumque res habeat, id equidem, quod in iis de missis quaquaversum ab imperatore ministris ad perquirendos necque dedendos Christianos traditur, persecutioni, in Galliis a Maximiano ex infra dicendis motæ, alterique ab Aurelio seu Marco Aurelio anno 177 ibidem excitatæ, in qua Christiani quam plurimi, uti ad hunc annum Pagius in Criticis docet, fuere in odium fidei occisi, optime convenit; at non item quicumque persecutioni, quam Aurelianus in Galliis, dum vel anno 273 et 274 ibidem versaretur, excitavit. Neque vero huic non tantum non, quod jam dixi, sed nec tanta, quanta in S. Prisci Actis asseritur, vehementia congruit. Certe nihil, unde hanc vel utcumque elicias, antiquiora, quæ fide digna sint, monumenta suppeditant, nec, quo res credatur, Acta illa, utpote, ut jam dictum, dumtaxat recentiora, omnium instar queunt haberi. Etsi itaque Reverianum quidem aliosque supra adhuc memoratos sanctos Martyres, ad diem 1 Junii Fastis sacris inscriptos, itemque S. Juliam una cum nonnullis aliis, ad diem xxi Julii Fastis sacris pariter

inducant, vehementia

AUCTOR:
C. B.

ter insertam, Augustoduni et Trevis, quas duas civitates Aurelianus, dum anno 273 in Galliis versaretur, adiecit, sub principe isthoc, ut eorum Acta perhibent, pro fide fuisse tunc necatos, sat credibile autem, hisce tamen quamplurimos adhuc alios sanctos Martyres, qui in aliis etiam locis, quam quæ Aurelianus, in Galliis commorans, adiecit, sub imperatore isthoc in odium fidei fuerint tunc occisi, adjungendos esse, haud apparet.

persecutio,

160 Jam vero, cum res ita habeat, iisque dumtaxat fere in locis, in quibus Aurelianus; dum in Galliis versaretur, præsens fuit, martyres ejus jussu videantur tum effecti, non est sane, cur sub hoc principe, qui Parisios, dum in Galliis anno 273 et 274 commoraretur, sese contulisse, nusquam legitur, Sanctos nostros ob martyrium, qui tum in Galliis martyrii palmam sint adepti, multitudinem martyrio pariter coronatos tunc fuisse arbitremur. Adhæc, etsi quidem e martyribus, sub Maximiano Herculo, sub quo et Sancti nostri, uti infra ostendam, pro Christo occubuerunt, in Gallia passis, nonnulli ac inprimis Rufinus et Valerius in Fastis sacris, solo præsidis seu præfecti, sub quo pro Christo sanguinem fudere, nomine expresso, sine ulla Maximiani Herculi mentione notati legantur, ex iis tamen, qui sub Aureliano ibidem certo passi sunt, nullum omnino invenire quivi, qui tantummodo sub præside aut præfecto, ne minima quidem Aureliani mentione facta, martyrium subisse in iisdem Fastis sacris dicatur: cum autem Sancti nostri dumtaxat sub præfecto Fescennino seu Fescennino Sisinnio, imperatoris, sub quo passi sint, nomine non expresso, in dictis Fastis sacris consignentur, id certe sub Aureliano eos martyrio non fuisse affectos, argumento etiam est. Verum cum et hinc et ex aliis non paucis, quæ in medium jam adduxi, persecutio, quam Aurelianus, sive in Galliis existens, sive post emittens paulo ante cædem suam in Christianis edictum, excitavit, sat apta esse non videatur, ut ei cum laudato Ecclesiæ Parisiensis historiographo Sanctorum nostrorum martyrium illigemus, qua tandem in persecutione, quove sub imperatore ad cædem eos, fuso pro Christo sanguine, evolasse statuimus?

sed in persecutionem,
quæ hic

161 Tacitus, cum anno 275 die xxv Septembris in Aureliani occisi locum fuisset suffectus, statim pacem, quam hic, ut vidimus, turbabat, Ecclesiæ reddidit; etsi autem, cum jam esset imperator, seæ dumtaxat adhuc mensibus in vivis fuerit saperstes, sub principibus tamen, qui post eum Romano imperio præfuere, res Christianæ ad annum usque 285 quietæ fuere. Sub Numeriano quidem, qui, una cum fratre Carino imperii consors anno 283 a patre Caro effectus, haud diu post hujus obitum sequenti anno fuit occisus, martyres non paucos tam in Occidente, quam in Oriente Martyrologia consignat; verum, etsi etiam id recte hæc facere, utcumque appareat certum, est equidem, an vel christianorum unus Numeriani jussu in Galliis fuerit necatus, dubium admodum atque incertum, uti nemo non statuet ex iis, quæ Tillemontius tom. 4 Monument. ecclesiast. a pag. 563 usque ad pag. 570 disserit. Porro eo temporis spatio, quod inter annum 284 et annum 313 intercessit, duabus gravissimis persecutionibus Ecclesia fuit concussa. Ac harum quidem altera, cum jam ab anno 298 in milites, christianis sacris addictos, sæviri fuisset inceptum, anno 303, seve-

rissimo in cujuscumque conditionis ac status christianos edicto per Diocletianum emissio, erupit: altera vero, quæ per Galliis longe lateque grassata est, inter annum 284 et 292 a Maximiano Herculo fuit commota. In priori certe aut in altera, quæ hanc fuerit secuta, persecutione Dionysium una cum SS. Rustico et Eleuthero non occubuisse, vel ex eo fas est asserere, quod, cum anno, ut dictum 250 in Galliis venerit, tuncque verosimillime annorum circiter triginta quinque exstiterit, necessarium omnino foret, ut, si demum in persecutione, anno 303 exorsa alterave, hanc secutæ, pro fide fuisset occisus, martyrio e vivis octogenario jam major, quod parum verosimile apparet, excessisse statueretur.

162 Adhæc Constantius Chlorus, Constantini Magni pater, rerum Romanarum in Galliis ab anno 292 ad annum usque 306, quo obiit, fuit potitus; etsi autem hic, ne, cum anno 303 persecutio in christianos a Diocletiano fuisset indicta, dissentire a majorum præceptis, ut Firmianus Lactantius lib. 2 de Mortibus persecutorum cap. 15 loquitur, videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus sit, verum tamen Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit, cumque deinde, eo e vivis sublato, Constantinus Magnus, E quamdiu adhuc persecutio, a Diocletiano præscripta, duravit, in Galliis imperavit, hac certe nullos ibidem factos esse martyres, pro certo atque indubitato, uti eruditi omnes modo fatentur, est habendum. Jam vero, cum id ita sit, martyriumque adeo Sancti nostri tum pariter haud fuerint perpassi, reliquum est, ut id in persecutionum, proximè memoratarum, altera, quam, ut dictum, Maximianus Herculus excitavit, evenisse dicatur. Ac id quidem sub hoc principe factum, sane apparet verosimilius; verum, cum mola ab eo persecutio per plures annos, ut multa suadent, duravit, cui ex hisce eventum illum innectemus? Maximianus Herculus, quem ab anno 286 ad annum usque 291 frequenter in Galliis esse versatum, et documentis ac historicis antiquis omnino constat, quemque tum ibidem persecutionem in Christianos excitasse, non solum Martyrologia Officiæ ecclesiastica, sed et ipsorummet, qui in ea occubuerunt, Martyrum Acta testantur, imperii consors anno 284 a Diocletiano effectus, rusticanos seu agrestes, qui, imposito sibi Bagaudarum nomine, Romanorum jugum excusserant, ducibusque Amando et Eliano, late per Galliam, depopulatis urbibus atque agris, grassabantur, anno 285 vel, ut alii contendunt, proximè sequenti debellavit, tuncque atrocem, quam et pluribus annis continuavit, persecutionem in christianos, adhibita ac crudelitatem suam exsequendam Rictii Vari aliorumque, quos quaquaversum misit, præfectorum opera, statim est exorsus.

163 Porro cum id quæsitum e Bagaudarum, quorum nonnulli, ut apparet, christianam religionem fuerint professi, rebellionem ac motibus prætextu, fecisse videatur, hincque, persecutionem illam potissimum in iis, quæ sub potestate sua habuerant Bagaudæ, Galliarum locis ac proin et in Parisiensi agro, ubi hi et a Maximiano Herculo fuerant devicti, et, quemadmodum in ecclesiæ Parisiensis Historia lib. 1, cap. 6, num. 5 Gerardus du Bois, Chartulario Fossatensi in margine citato, memoriæ præstat, castrum habuerant, mox ab illorum clade maxime exarsisse, verosimile appareat, facile enimvero, Sanctos nostros

memorantur,
altera, a Maximiano

E

F

excitata, excitavit;

A stros haud procul inde versantes, etiam tum pro fide fuisse occisos, in animum induco. In hac porro opinione, qua et excitata a Maximiano, quæ in solis Occidentis partibus seu Galliis grassata est, persecutioni, et simul etiam hujus initio seu anno circiter 256 S. Dionysii sociorumque ejus SS. Rustici et Eleutherii martyrium innecto, utcumque etiam ex edendis Sanctorum nostrorum Actis confirmor, quod hæc persecutionem, in qua Sanctos nostros pro fide occubuisse notant, tunc primum, cum id contigit, fuisse et exortam et in Occidui orbis parte seu Galliis grassatam, num. 8 non obscure tradant. Illa quidem Acta, ut jam sæpius monui, fidem certam atque indubitatam haud merentur; verum, etsi id ita sit, iis tamen hic standum reor, tum quod nulla omnino scriptoris seu monumenti antiqui, contra quod merito excipi non possit, repugnet autoritas, tum quod modo assignata Sanctorum nostrorum martyrio epocha, cui suffragantur, aptissime componatur cum tempore, quo circiter S. Piatum aliosque non paucos Martyres, qui, quemadmodum supra docui, vel una cum S. Dionysio, vel certe eodem circiter tempore, quo hic, Roma in Gallias venisse creduntur, martyrii palmam, fuso pariter sub Maximiano pro fide sanguine, esse adeptos, e Tabulis ecclesiasticis, antiquis probæ notæ documentis traditioneque minime suspecta constat.

§ X. Ubinam S. Dionysius ejusque Socii SS. Rusticus et Eleutherius martyrium subierint, ac deinde fuerint sepulti.

Sancti, non Parisiis, ut rationibus hic adductis

Intra ipsos urbis Parisiensis muros in extre-
ma insulæ parte, quæ Orientem respicit ac ecclesiam, S. Dionysii de Passu modo dictam, complectitur, S. Dionysium ejusque socios SS. Rusticum et Eleutherium martyrio fuisse affectos, Launoïus in sua de ceteribus christianorum Parisiensium basilicis Disquisitione cap. 4 contendit, hancque suam novam plane ac singularem opinionem, ab Hadriano Valesio validissimis argumentis impugnata ac tantum non rationum invictarum pondere penitus oppressam, tutari deinde fuit conatus; verum quam parum feliciter id præstiterit, vel ex eo liquet, quod post etiam inter eruditos vic ullus fuerit repertus, qui cum scriptore isto Sanctorum nostrorum palæstram Parisiis locandam existimaret. Neque vero rationes, a Launoïo allegatæ, quibus eo impelli quis potuisset, sat validæ ac solidæ apparent. Quid enim? Quisquamne ex eo, quod præfata insulæ pars domibus ac civibus, uti is ait, vacua, sumendisque adeo publicis suppliciis, utpote veluti extra urbem posita, peropportuna Dionysii ætate exstitisset, fuisse hunc re ipsa una cum SS. Rustico et Eleutherio martyrio ibidem affectum, concludat? Nemo sane, quantum opinor, nisi qui vitiosa consecutione actum e potentia voluerit colligere. Addit quidem Launoïus, ab Usuardo aliisque martyrologis in sacris, quos contexere, fastis Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii natalem apud Parisium, Parisiis aut Parisius consignari, ecclesiamque, S. Dionysii de Passu appellatam, quæ in supra me-

morata insulæ parte sita est, antiquissimam esse, itaque a S. Dionysio ibidem passo nuncupari. Verum multum abesse, ut tanta, quanta, ut vera esse posset Launoïi opinio, opus foret, antiquitate gaudeat ecclesia illa, palam fiet ex iis, quæ infra de loco, quo Sancti nostri sepulti fuerunt, proferuntur in medium.

165 Interim ut de appellationis, qua eadem ecclesia insignitur, Etymologia, a Launoïo asserita, modo hic agam, haud equidem, unde hanc is scriptor hausisse queat, habeo perspectum. Certe documentum antiquum, in quo fundata sit, nec ipsemet allegat, nec ego invenire quivi. Quid si ergo sacræ, de qua hic nobis sermo, ædis cognomen, non unde vult Launoïus, sed a gradu seu gradibus, quibus adeunda fuerit, sit projectum? Sane S. Jacobi Alti-passus ecclesia, in suburbio Parisiensi sita, a gradu altiore, quo ad eam ascendeatur, hanc suam nomenclationem videtur adeptæ. Ait quidem Launoïus, ecclesiam S. Dionysii de Passu dictam, tam humili loco semper sitam fuisse, ut in eam numquam fuerit ascensum; verum cum simul etiam, in eam per portam Occidentalem descendi, affirmet, quid impedit quo minus a gradu seu gradibus, quibus descendendo adeunda olim fuerit, S. Dionysii de Passu appellata fuisse dicatur? Ut sit, nec Launoïus, etsi etiam re ipsa hæc ecclesia, non a gradu, quo seu ascendendo seu descendendo fuerit adeunda, sed a S. Dionysii passione nomen fuisset sortita, inde id, quod vult, conficiat; nihil enim, hoc dato, impedit, quo minus illud a passionis S. Dionysii initio repetitum credatur, quod nempe eo loco, quo ecclesia illa fuit exstructa, Dionysius interrogatus quæstionique, quod apud Romanos, ut Tillemontius tom. 4 Monument. Ecclesiast. not. 5 in Dionysium Parisiensem observat, in medio urbium foro fieri solebat, fuisset subjectus.

166 Porro quod ad martyrologos, qui Dionysii natalem seu martyrium apud Parisium aut Parisiis seu Parisius consignant, jam spectat, hi frequentissime Martyrum natales in urbibus etiam, non quæ re ipsa horum fuere palæstræ, sed quæ locis, quibus pro fide, fuso sanguine, sancti illi Athletæ certarunt, sepulturamque deinde nacti sunt, viciniore tantummodo existere, consignant. Res certa apparet, nec ab ullis, qui Martyrologia adhibere penitusque expendere solent, revocatur in dubium. Hinc dum Romæ hi illuc Martyres in Priscillæ Calictiæ aut aliorum cæmeteriis sepulti in Martyrologiis leguntur, haud continuo, cæmeteria illa in ipsamet Urbe sita fuisse, est putandum. Et vero, non intra, sed extra hanc posita fuisse, fidem facit duodecim Tabularum lex, qua, quemadmodum Baronius in suis in Martyrologium Romanum Notationibus ad III Januarii diem docet, cautum erat, ne tumulo intra mœnia mortui mandarentur. Hinc pariter, dum Romæ inter duas lauros, viæe salaria aut alia in Martyrologio Romano Martyres signantur, fuisse eos, non in ipsamet urbe, sed prope hanc martyrio affectos, dumtaxat significatur. Usuardus quidem Sanctos nonnullos, qui felici suo ad Superos transitu Parisios illustrarunt, in ipsamet hac civitate, aliosque contra, qui prope Parisios e civis migrarunt, in territorio Parisiensi in Martyrologio a se contexto consignat.

167 Verum hinc consequens non est, ut, dum Dionysium una cum sociis suis Rustico

118 et

accione
C. B.

ac porro rationum aliarum

E

oppositione

F

verona
C. B.
confutatis
Launius
perperam
contendit,

et Eleutherio a praefecto Fiscennino apud Parisium gladio animadversum notat, fuisse hoc in ipsomet civitatis Parisiensis ambitu factum, significare intendat; praeterquam enim quod apud idem subinde, quod prope, apud Latinos optime etiam notae scriptores significet, fieri potest, ut, si apud Parisium idem, quod in civitate Parisiensi, in sensu, ab Usuardo hic intento, fortassis significet, idcirco dumtaxat Sanctos nostros in ipsomet civitatis Parisiensis ambitu passos martyrologus ille notarit, quod eos ab Adone, quem ut plurimum, ni a vero arbitratus sit deivum, ad verbum fere exprimit, apud Parisium annuntiatos inveniret, nec perperam ibi eosdem, qui, quavis quidem Parisis martyrium non finierint, id tamen in hac civitate, utpote in qua et quaestioni subjecti, et variis, priusquam capite plectendi ducebantur foras, suppliciis fuerint affecti, inchoarunt, annuntiatos existimarit. Launius itaque, quemadmodum cuique, jam dicta attente expendenti, manifestum evadet, non magis ex Usuardo aliisque Martyrologis, Sanctorum nostrorum natalem seu martyrium apud Parisium Parisiense signantibus, quam ex ecclesia, quae a B Dionysii passione S. Dionysii de passu dicta sit, Sanctos nostros eo, quo haec stat, loco fuisse Parisiis martyrio coronatos, evincit.

sed extra civitatem illam, et quidem quemadmodum, quae Hilduinus

168 Et vero id non intra, sed extra civitatis huius ambitum seu insulam, quae tum complectebatur Parisios, factum esse, non immerito colligas vel ex eo, quod Romani, si non semper, plerumque saltem, quos morte plectebant, supremo isthoc supplicio extra urbium moenia afficerent. Accedit primo quidem antiqua S. Genovefae Vita, supra a nobis saepissime laudata, quae, S. Dionysium cum sociis suis Rustico et Eleutherio in vico Catholiacensi passum, diserte affirmat, deinde vero etiam constans, quae apud Parisienses viget, traditio, Sanctorum nostrorum palaestram, in monte seu colle, a civitate Parisiensi, qualis horum aetate fuit, tribus circiter horae quadrantibus dissilo, constituens. Sunt quidem, qui traditionem isthanc haud admodum esse antiquam, nec prius, quam cum Hilduinus Areopagica sua scripsisset, fuisse exortam, existimarent; verum hi rem acu, ut aiunt, certissime haud tetigere. Elsi enim, Dionysium ejusque socios Rusticum et Eleutherium e regione urbis Parisiorum in colle, qui, cum antea ab Idolo, quod ibidem a Gallis colebatur, mons mercurii diceretur, postea a Sanctis nostris, in eo passis, mons Martyrum fuerit vocatus, martyrium consummasse, Hilduinus in illorum, quam conscripsit, Passione num. ultimo apertissime tradit, id tamen hic scriptor haud finxit, sed vel e Dagoberti, Francorum regis, gestis, seculo nono ineunte, ut Bouquetus, qui ea Rerum Francicarum scriptorum, a se editorum, tom. 2 inseruit, in admonitione, iisdem praevia, docet, in litteras conjectis, vel certe ex antiquo, qui, quemadmodum in Commentario, fabulosis S. Dionysii Areopagitae Actis praevio, § 2 ostendi, seculo octavo, media sui parte jam elapso, fuit conscriptus, passionis libello deprompsit.

antiquior est, traditio fert, in monte Martyrium,

169 Ita autumo, quod hic indubie, ut ibidem pariter ostendi, Hilduino praeluxerit, quodque praeterea tam Dagoberti Gesta, quae Hilduinus, utpote et ante eum et in monasterio, cujus postea abbas fuit, conscripta, verosimillime etiam conspexerit, quam dictus Passionis libellus, eodem plane, quo Hilduinus, loco Sanctorum nostrorum palaestram consignat. Dicta quidem Ge-

sta, ut Bouquetus loco proxime cit. etiam docet, D fabulis non paucis sunt fedata, nec potiorum, quam haec, fidem praefatus Passionis libellus meretur; verum, cum scriptores, qui hunc illaque exararunt, verosimillime idcirco dumtaxat, quod tunc, cum florerent, Dionysium ejusque socios Rusticum et Eleutherium in monte supra dicto subisse martyrium communiter ac passim putaretur, re ipsa id ibidem factum, nolarint, hinc sane, cum verosimillime nec tunc primum opinio isthaec fuerit exorta, consecrarium videtur, ut supra memorata, quae apud Parisienses viget, traditio non tantum Hilduino, sed et scriptoribus, qui dictum libellum Gestaque Dagoberti litteris mandarunt, verosimillime sit antiquior; verum idcirco, genuinam etiam esse ac veram, pro certo asseverare non ausim. Attamen, cum jam inde a mille circiter annis ac fortassis etiam citius, uti e jam dictis haud difficulter colliges, viguerit, nec par sit, ut solis conjecturis ducti traditioni adeo antiquae, ni forsitan et scriptoris documentive sat antiqui refragetur autoritas, nuntium mittamus, sane ob illam, Sanctos nostros in supra memorato monte, qui mons martyrum idcirco deinde fuerit vocatus, gloriosum pro fide certamen capitum amputatione terminasse, mihi haud prorsus vero appareat absimile.

170 At vero, inquires, S. Dionysium ejusque socios Rusticum et Eleutherium in vico catholiacensi martyrium passos, supra laudata, quae admodum antiqua est, S. Genovefae Vita diserte tradit. Fateor, sic habet, nec haec etiam, uti infra ostendam, interpolatione eo, quod id prodit, loco est corrupta; verum quid tum? Dionysium, inquires, ejusque socios in praefato monte sepultos, vicumque in hoc, qui Catholiacensis fuerit vocatus, situm fuisse, nemini unquam venit in mentem, dictaque adeo S. Genovefae Vita exigit, ut, contra ac constans, de qua hic nobis sermo, traditio fert, Sanctorum nostrorum palaestra in monte illo haud statuatur. Felibianus, qui pariter, a traditione adeo antiqua haud temere recedendum, in Dissert. infra saepius laudanda existimavit, Catholiacensem Vitae S. Genovefae vicum, quo hanc cum illa in concordiam adducat, non tantum de ipsomet vico illo, qui, ut ait, Sandionysianus postea, mutato nomine, vocatus, sex circiter ab urbe Parisiensi milliariis eodem olim, quo modo oppidum homonymum, loco steterit, sed etiam de suburbio Parisiensi viaque, quae per hoc ad eundem vicum ducebat, haud inepte exponi posse censet, adeo ut, etiamsi S. Dionysius ejusque socii in monte, Martyrum appellato, lococo saltem inde haud multum remoto passi re vera forent, idcirco tamen, quod mons is locusve iuxta viam, quae ad vicum Catholiacensem ducebat, situs esset, illorum in hoc palaestram a S. Genovefae biographo constitui non inepte potuisse, existimarit.

171 Verum, eum id, quod dumtaxat seu iuxta viam seu in via, quae ad paræciam quampiam ducit, nec in hac continetur, gestum esset, in paræcia illa gestum perperam hodie diceretur, nequitiam mihi placet interpretatio, a Felibiano Vitae S. Genovefae adhibita, alioque adeo, quo haec cum traditione ulcumque componatur, necesse est recurrere. Vici pagani (de urbanis enim hic dicere nihil attinet) pagi sunt, e pluribus villis domibusque rusticis, ut vel leuica ac inprimis illud, quod Calepinus contexit, docebunt, coagmentati, aliquantuloque ab urbibus spatio sejuncti certas etiam terras, diversi generis frugibus

vel certe, si hanc cum S. Genovefae Vita componendi

modus hic assignatus

A gibus alendis aliisque usibus destinatas, complectuntur sibi habent subjectas. Quid si ergo Dionysii, scriptoris, qui S. Genovefæ Vitam litteris mandavit, ætate Catholiacensis vicus seu, ut distinctius loquar, terrarum, qui ad hunc spectabat tractus, usque ad supra memoratum montem, Martyrium modo nuncupatum, fuerit extensus? Enimvero, spectatis, quæ mille amplius annorum spatio evenire solent, mutationibus, vicum illum tum tantæ, quantæ dictum est, fuisse extensionis, haud prorsus incredibile appareat, facileque adeo, si eo id tempore, ut potuit, ita etiam reipsa habuerit locum, factum esse potest, ut, etiamsi Sancti nostri in monte illo, Martyrium postea vocato, subissent martyrium, id nihilominus Vitæ S. Genovefæ scriptor in vico Catholiacensi, quod hic illum complecteretur seu sibi haberet subjectum, notarit patratum; sic autem cum Parisiensium, quæ in eodem monte Sanctorum nostrorum martyrium statuit, traditione pugnare neuliquam erit censendus, ut cuique, rem vel leviter consideranti, patescet.

172 Quod si porro isthæ modo adhibita Vitæ S. Genovefæ interpretatio aut, si major, hanc cum traditione componendi modus, jam assignatus, displiceat, nihil omnino (neque enim quidquam præterea, quo Vita ista in concordiam cum Parisiensium traditione adducatur, occurrit) reliquum videtur, quam ut, hac relicta, Vitæ S. Genovefæ adhæreamus, nostrorumque adeo Sanctorum palestram eo circiter statuamus loco, quo

B modo sex fere ab urbe Parisiensi milliariis seu duabus leucis oppidum, a S. Dionysio appellationem suam sortitum, nec, uti ea infra dicendis patescet, a vico Catholiacensi, si hic cum toto, quem sibi habuerit subjectum, terrarum tractu haud accipitur, distinguendum, conspicitur. Et vero, S. Dionysium in sexto a Parisius milliario martyrio vitam finisse, S. Genovefæ Vita, a Bollandus nostro ad tertium Januarii diem secundo loco edita, num. 14 diserte tradit. Illa quidem verba ab interpolatore in hanc, uti hic jam supra § r ostendi, verosimillime fuere intrusa; verum is, ut ibidem etiam docui, non prius, quam cum jam scripta essent ab Hilduino Areopagitica, floruit, et nihilominus Parisiensium, quæ Sanctorum nostrorum palestram in monte, tribus circiter horæ quadrantibus a civitate Parisiensi remoto, statuit, traditionem, ut a scriptore illo, ut supra vidimus, apertissime litteris mandatam, haud fuit amplexus; cum sic autem, num. hæc, dum is floreret, a tam multis, quam forsitan a nonneminem putatur, fuerit accepta, dubitandi præbeat locum, enimvero vel hinc esse videtur, cur et nos illam, maxime cum a plurimis eruditissimis hodie etiam rejiciatur, non admittamus aut ei certe S. Genovefæ Vitam, si sese inter conciliari haud queant, præferamus.

C certe præferenda, 173 Verum, inquit modo, etsi quidem Romani extra urbium mœnia supremo supplicio reos plectere habuerint solemne, fuisse tamen abs illis Sanctos nostros, neci dandos, extra urbem Parisiensem tribus circiter horæ quadrantibus, nedum sex circiter milliariis, abductos, creditu admodum apparet difficile, cumque nihilominus, uti e jam dictis colligitur, alterum Parisiensium traditio, alterum S. Genovefæ Vita vel exigat, vel adstruat, non hac magis, quam illa standum apparet. Enimvero res plane sic haberet, si Sanctos nostros ad mortem tam longe fuisse Parisiis eductos, omnino foret incredibile; ast fieri

potest, ut tum præfectus Fescenninus, sub quo Sancti nostri subiere martyrium, in villa, seu tribus seu pluribus horæ quadrantibus Parisiis remota, versaretur, eosque, ultimo ibidem interrogandos necique deinde dedendos, ad sese jusserit adduci. Certe tali occasione factum est, ut S. Cyprianus, uti apud nos tom. 4 Septembris pag. 323, num. 820 et seq. videre licet, in agro seu villa, extra urbem Carthaginensem posita, gloriosum suum martyrium, fuso pro Christo sanguine, terminarit; cum autem res ita habeat, difficultas modo objecta evanescit, facereque adeo non potest, ut non magis S. Genovefæ Vitæ, quam Parisiensium, de qua hic, traditioni adhæreamus. Ac contra quidem illa potius, quam hac standum, idcirco reor, quod, cum scriptor, qui S. Genovefæ Vitam litteris mandavit, sese id, ter senis dumtaxat post sanctæ hujus Virginis obitum elapsis annis, fecisset dicat, consecrarium fiat, ut nondum multum profecto seculo vi, sub cujus initium S. Genovefa obiit, floruerit; quo tempore an præfata, utut Hilduino antiquior, traditio jam inde obtinuerit, dubium admodum est atque incertum.

174 Scio quidem, non paucas in S. Genovefæ Vitam interpolationes irrepsisse, hujusque etiam scriptorem, qui, ut dictum, seculo vi demum floruit, a Sanctorum nostrorum ætate vicisse remotiorem, quam ut sibi certam in iis, quæ de hisce scribit, fidem adjungat. Verum, etsi id ita sit, nullum equidem scriptum monumentumve vel magis vel etiam æque dumtaxat a Sanctorum nostrorum ætate remotum, quod horum palestram notet, invenire quivi, cumque præterea nullum etiam sat solidum aliunde petitum, quo ad illam, quam S. Genovefæ Vita assignat, rejiciendam impellamur, argumentum proferatur in medium, rationis æquitas exigat, ut eo non progrediamur, maxime cum fieri possit, ut Vitæ ejusdem scriptor, longissimo licet annorum spatio a Sanctorum nostrorum ætate remotus, locum tamen, quo hi passi sunt, e vera ac genuina, quæ a supra memorata differret, traditione, monumentis antiquioribus, quæ modo perierint, didicerit. Atque hæc de iis, quæ a tempore quo scripta est S. Genovefæ Vita, contra assertam in hac Sanctorum nostrorum in vico Catholiacensi palestram repetuntur, dicta sunt; quod modo ad interpolationes, quibus corrupta est, spectat, sane non tantum in S. Genovefæ Vitam, quam secundo, sed et in alteram, quam primo loco edidit Bollandus, interpolationes esse illapsas, indubitatum apparet. Verum, etsi res ita habeat, posterioris tamen hujus vitæ textus, quo Sancti nostri in vico Catholiacensi martyrium passi asseruntur non ab interpolatore, sed a primigenio Vitæ S. Genovefæ scriptore indubie est profectus.

175 Textus ille, supra adhuc num. 66 majorem partem huc transcriptus, sic habet: Quanta veneratione et amore (S. Genovefa) dilexit Catholiacensem vicum, in quo Sanctus Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio passus est et sepultus, nequaquam silendum esse arbitror. Nam fervens devotio erat ipsi beatissime Genovefæ, ut in honorem sancti Dionysii episcopi et martyris basilicam construeret; sed facultas deerat. Hic itaque S. Genovefa, quæ, quemadmodum verbis, textui huic subjectis, mox narratur, in S. Dionysii honorem ecclesiam in vico Catholiacensi re etiam ipsa extruxit, summo prius id faciendi, quod ibi S. Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio passus esset et sepultus,

et ob ætatem, qua scripta est, interpolationes

E

F

in eam inducitur, utpote quibus equidem, qui huc spectat,

SECTION
C. B.

sepultus, desiderio flagrasse asseritur; veritati autem id esse consonum, eruditi, qui res, a S. Genovefa gestas, discutere, unanimi consensu omnes admittunt, uti etiam scriptorem, qui primigeniam sanctæ hujus Parisiensium patronæ Vitam litteris mandavit, ardens illud Sanctæ ejusdem desiderium, causamque, ex qua esset exortum, in sua illa lucubratiuncula indubie exposuisse. Jam vero, cum res ita habeat, ut quid verba, quibus id in textu allegato sit, non ab ipso met illo scriptore, sed ab altero posteriore, qui scripturam ejus interpolavit, promanasse existimemus? Dicesne forsitan, S. Genovefam vel ex eo, quod S. Dionysius in vico Catholiaciensi esset sepultus, desiderio ibidem in ejus honorem extruendi ecclesiam potuisse teneri, esseque adeo, cur verba, quæ illam præterea ex eo, quod Dionysius in dicto etiam vico passus esset, fuisse ita affectam, in textu recitato produnt, interpolationi adscribenda suspicemur? Verum, etsi id ita sit, hinc tamen, primigenium Vitæ S. Genovefæ textum, verbis illis in hunc intrusis, fuisse certo atque indubitanter ab interpolatore reipsa mutatum, consectorium non est.

B 176 Et vero mutationi hujusmodi, qua, Sanctos nostros in vico Catholiaciensi non tantum sepultos, sed etiam, contra ac in primigenia S. Genovefæ Vita fuerit traditum, martyrium passos, significaretur, numquam fuisse locum, ea, quæ nunc subdo, ostendunt. Scriptorem, qui S. Genovefæ Vitam, secundo loco a Bollandi editam, interpolavit, tunc primum, cum jam conscripta fuissent ab Hilduino Areopagita, floruisse, verosimillimum ex iis, quæ supra § v disserui, apparet; cum autem, uti e supra dictis facile colliges, traditio seu opinio, qua Dionysius in monte, Martyrum nuncupato, passus asseritur, certo tunc vigeret, isque tamen, nulla hujus ratione habita, Dionysium in vico Catholiaciensi, non tantum sepultum, sed et passum discrete etiam tradat, id verosimillime fecerit, quod ita in Vitæ S. Genovefæ exemplari, quo ad novum conficiendum usus est, exaratum invenerit, quodque ob summam, qua documentum istud gaudere ratus est, antiquitatem eo potius, quam traditione standum existimavit. Nec tantum in antiquo, quod interpolatori isti præluxit, sed in omnibus aliis, quæ ubique ejus ætate fuere reperta, Vitæ ejusdem exemplaribus non modo S. Dionysii sepultura, verum etiam martyrii locus seu palæstra vico Catholiaciensi per verba, proxime huc transcripto textui immixta, iisve similia verosimillime fuit adscripta. Ita opinor, quod id equidem, quantum ego, diligentissima facta indagine, comperire quivi, in universis prorsus, quæ modo magno numero reperuntur, Vitæ S. Genovefæ exemplaribus fiat, quodque, si quæpiam, in quibus contrarium factum fuisset, olim existissent, hodie ex hisce nullum amplius superfuturum fuisse, nullo e capite verosimile reddatur.

177 Jam vero, cum res ita habeat, ac proin, uti ex omnibus jam dictis apparet, omnia prorsus, tam quæ modo adhuc existunt, quam quæ olim exstiterent, Vitæ S. Genovefæ exemplaria, S. Dionysium in vico Catholiaciensi non tantum sepultum, sed et passum, tradant, enimvero textum, e S. Genovefæ, quam Bollandus primo loco edidit, Vita supra huc transcriptum, quo id ipsum traditur, interpolationis idcirco non posse merito haberi suspectum, nedum reipsa asseverari interpolatum, propemodum indubitatum ap-

paret. Verum, inquires fortassis adhuc, in textu illo non tantum Dionysius, sed et socii ejus SS. Rusticus et Eleutherius memorantur; cum autem hi duo Sancti nostri seculo vi, quo nondum admodum propecto S. Genovefæ Vita exarata fuit, videantur non fuisse cogniti, sintque adeo infida interpolatoris manu verosimiliter in dictum textum intrusi, est sane, cur hunc pariter in assertione, qua, Dionysium in vico Catholiaciensi non tantum sepultum, sed et passum, asseverat, interpolatum suspicemur. Enimvero, si SS. Rusticus et Eleutherius seculo vi vere fuissent incogniti, haud omnino invalida ac elumbis foret hæc objectio; verum, eos fuisse tunc reipsa incognitos, haud satis probatum invenio. Cointius quidem, Sanctorum nostrorum memoriam, priusquam seculo vii sub Dagoberto nomina eorum in sarcophagis, loco tum motis, reperirentur digesta, ex hominum mentibus temporis lapsu penitus fuisse deletam, in Ecclesiasticis Francorum Annalibus ad annum 574, num. 6, iterumque ad annum 630, num. 12 et seq. existimat; at, ait tom. 4 Monument. Ecclesiast. pag. 446 Tillemontius, quæcumque ad hanc suam conjecturam seu opinionem stabiliendam affert, debilia sunt atque infirma.

178 Et sane ex eo, quod Gregorius Turonensis ac Fortunatus, supra a nobis jam sæpius laudati, nusquam de SS. Rustico et Eleutherio, utut oblata etiam plus semel eos commemorandi, dum de Dionysio loquuntur, occasione aptissima, mentionem instituant, neitquam id, quod vult, Cointius evincit. Fieri enim potest, ut, etiamsi duo illi scriptores non tantum Dionysium, sed etiam duos ejus socios Rusticum et Eleutherium apprime novissent, de solo tamen Dionysio, quod hic illis esset celebrior, et dignitate, dum vicebat, fuisset præstantior, sermonem facere voluerint. Fac etiam, binos illos Sanctos nostros Gregorio et Fortunato plane incognitos fuisse, hincne consequens erit, ut aliis pariter omnibus ac imprimis scriptori, qui primigeniam S. Genovefæ Vitam in litteras coniecit, noti haud fuerint? Neitquam sane, ut mihi saltem, ac præcipue quidem quantum ad hunc biographum apparet, qui, cum Gregorio et Fortunato sit antiquior, non est, cur eadem, qua, ut vult Cointius, duo hi scriptores, Sanctorum nostrorum Rustici et Eleutherii ignorance laborasse putetur. Utcumque hoc postremum habeat, verba equidem, quibus S. Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio in vico Catholiaciensi non tantum sepultus, sed etiam passus in S. Genovefæ Vita, primo loco a Bollandi edita, traditur, verosimillime non fuisse in hanc ab interpolatore intrusa, satis superque ex omnibus jam dictis liquet. Jam vero, cum id ita habeat, nec, uti e supra allegatis colliges, sit etiam, cur Vita illa et traditioni supra memoratæ non præferatur et ob ætatem, qua fuit conscripta, fidem in palæstra, quam Sanctorum nostrorum martyrio assignat, non mereatur, enimvero Sanctos nostros, uti illa in supra huc transcripto textu prodit, in vico Catholiaciensi re etiam vera passos esse martyrium, ex iis, quæ modo disserui, sal certum apparet. Ceterum quo vici illius loco factum id sit, nemo sane facile edicat.

179 Verum, etsi quidem idcirco locus, quo Sancti nostri subire martyrium, propius ac distinctius, quam modo sit factum, determinari haud posse videatur, de loco tamen, quo in eodem Catholiaciensi vico sepulturam nati sunt, paulo aliter est

non repudianda, traditur, martyrium passi sunt,

videmque

ciam, sectio, ut anonymus noster

hic allegatis probatur, sedatus non sit,

A est loquendum. Res e modo dicendis patescet. *Mulier ethnica, cum Sancti nostri martyrium, capite amputato, finitissent, sacra horum corpora, lictoribus, qui ea, ne a Christianis honorarentur, in profundum Sequanae gurgitem conjicere meditabantur, astu erepta, sexto ab urbe Parisiensi lapide in agro, sementi recipiendae parato, abscondi curavit, finitaeque deinde persecutione, quæsitum a se atque inventum, quo sacra illa pignora jacebant, locum eminentis mausolei constructione signavit, posteaque etiam supra illa magno sumptu cultuque eximio Christiani ecclesiam exstruxerunt. Ita Actorum, quæ Comment. huic subnectemus, author anonymus num. 10 et binis segg. memoriæ prodit. Actorum porro, quæ nostro de Dionysio Areopagita Comment. subnequa invenies, author (de Hilduino enim, qui et hoc et anonymo nostros certo est recentior, loqui hic necesse non est) idem etiam facit. Verum is, etsi quidem locis non paucis anonymi nostri lucubrationem ad verbum fere exprimat, hanc tamen simul adjunctis variis parum credibilibus, atque hic inprimis B afflicto Sanctis quam pluris et tamen merito (Comment. hujus num. 79 dicta videsis) ad eruditioribus criticis non recepto prodigio, quo S. Dionysii cadaver sese erexisse, manibusque etiam, manentibus tamen interea SS. Rustici et Eleutherii cadaveribus immotis, caput Sancto amputatum gestasse fingitur, imperite admodum atque inconcinnè auxit; cum autem vel hinc anonymo nostro consensus sit recentior, est sane, cur hujus mox adductæ de trium Sanctorum nostrorum corporibus astu surreptis, sexto ab urbe Parisiensi lapide terræ mandatis, mausoleique deinde ac ecclesiæ constructioni ibidem honoratis narrationi nihil omnino ponderis adjungere putetur.*

scribit, ab
urbe Parisiensi lapide

180 Quid ergo? Anne isthæc, non secus ac pleræque, quas idem anonymus noster suppeditat, narrationes aliæ pro dubia prorsus atque incerta erit habenda? Neutiquam sane, ut mihi saltem videtur quantum ad illius partem, qua, quo ad institutum nostrum potissimum hic spectat, Sanctorum nostrorum corpora sexto ab urbe Parisiensi lapide terræ mandata, ecclesiāque deinde supra hæc exstructam fuisse, memoriæ prodit. Hoc enim, utut forsā nec tum uspiam in antiquiori scriptore monumentove reperiretur C notatum, ex eo tamen, quod ætate sua Sanctorum nostrorum corpora, exstructa etiam supra hæc ecclesia, ibidem honorari conspiceres, nec eo e tumulo, quem alibi habuissent prius, scirentur advecta, verosimillime, neque vero, cum præterea primis Ecclesiæ seculis supra Martyrum tumulos exstruere ædes sacras Christiani soluerint, immerito, collegerit. Porro, quemadmodum seculo VIII media circiter sui parte elapso seu anonymi nostri, qui tum floruit, ætate, ita etiam hanc seculis per mille amplius annos seculis, Sanctorum nostrorum corpora sexto ab urbe Parisiensi lapide fuisse humata, tantoque insuper, exstructa etiam supra hæc ecclesia, ab urbe Parisiensi spatio semper quieverisse, summa omnium consensione existimatum constantissime fuit, nec, an id ita vere haberet, ante seculum proxime elapsum, quo, ut infra videbimus, duo celeberrimi scriptores traditionem adeo antiquam convellere ac labefactare conati incassum sunt, in dubium ab ullo unquam invenitur revocatum; ut sane, quod tot seculis creditum semper fuit, credere et nos hinc adeo anonymo nostro assentiri tuto possimus.

181 Verum an hic scriptor, qui, ut dictum, Sanctorum nostrorum corpora sexto ab urbe Parisiensi lapide terræ mandata ecclesiāque ibi supra hæc exstructam fuisse, scribit, cum S. Genovefæ Vita, primo loco a Bollando edita atque a seculi sexti autore conscripta, quæ S. Dionysium ejusque socios in vico Catholiacensi sepultos, ibique supra horum tumulum ecclesiā a S. Genovefa exstructam fuisse, in supra huc transcripto interpolationeque, ut ostensum, non corrupto textu memoriæ prodit, non pugnat! Neutiquam sane; quo enim concordēs intelligantur, oportet tantummodo, ut locus, sexto ab urbe Parisiensi lapide remotus, quo Sanctorum nostrorum corpora terræ mandata ecclesiāque supra hæc exstructam fuisse, anonymus noster scribit, silus fuerit in Catholiacensi vico, utque vicus hic aut certe hujus locus, quo secundum S. Genovefæ Vitam Sancti nostri sepulti ecclesiāque, supra corpora sua a S. Genovefa exstructam, fuere adepti, sexto ab urbe Parisiensi lapide abfuerit; rem autem vere etiam ita habuisse, vel ex eo liquet, quod tam ecclesia, ab anonymo nostro memorata quam quæ a S. Genovefa fuit erecta, supra Sanctorum nostrorum corpora fuerit et jam dictis exstructa, hæcque, sexto Parisiensi lapide terræ mandata, tanto semper, quemadmodum num. præced. docui, a civitate illa spatio quieverint. Ac dictum quidem vici Catholiacensis locum, quo fuere humata, in Sandionysiano Franciæ oppido contineri modo seu situm esse, certum fere ex iis, quæ jam subdo, apparet.

182 Dominus le Beuf, supra adhuc plus semel laudatus, in suarum, quas in ecclesiasticam et civilem civitatis Parisiensis Historiam concinnavit, Dissertationum prima non pauca de vico, quo sancti nostri passi ac sepulti in S. Genovefæ Vila traduntur, in medium profert, eumque nec recte Catholiacum vocari, nec etiam, uti ab Hilduino nominatur, Catulliacum, sed Catolacum seculo sexto appellatum fuisse, præfatus, mox subjungit, Catolacum ejusdem, cujus est Cadolacum, naturæ esse vocabulum, hocque locis, aqua abundantibus, quod, ut ait, in Sandionysianum oppidum, utpote duobus per id fluentibus rivulis irriguum, aptissime quadrat, impositum fuisse invenitur. Præmiserat etiam antea sese ipsummet Sandionysianum oppidum pro Catolaco sine ulla dubitatione habere, nec ambigere, quin loco eodem, quo modo Sandionysianæ abbatiæ ecclesia cernitur, steterit basilica, S. Genovefæ curis erecta. Castellanus, qui ecclesiam, a S. Genovefa exstructam, esse posse ecclesiam pagi, qui Parisios inter et S. Dionysii fanum situs est ac Capella nuncupatur, in suo Januarii Bimestri prius scripserat, postea mutata sententia, Catolacum esse ipsummet Sandionysianum oppidum, in Tabula Geographica, Martyrologio suo universali adjecta, declaravit. Et vero in vico saltem, qui Catholiacum seu (neque enim de modo, quo exarandum sit hoc vocabulum, disputare hic lubet) Catolacum nuncupatus olim fuit, situm modo esse Sandionysianum Franciæ oppidum, vicique illius locum, quo Sanctorum nostrorum corpora, ut dictum, terræ fuere mandata, in illo etiam oppido contineri seu, quemadmodum jam insinuavi, situm esse, mihi vix non certum atque indubitatum apparet.

183 Ea sedet sententia, non tantum, quod idem oppidum fere sex milliariis seu duabus leucis, quo pariter spatio, uti e jam dictis intelliges, S. Dionysii ejusque Sociorum in vico Catholiacensi

ACTORIB.
C. B.
eo loco, quo
modo Sandionysianum

Franciæ oppidum

P

existat,

ACTORS
C. B.

tholiacensi tumulus distare Parisiis debuit, a civitate isthac distet, verum etiam quod, cum Sanctorum illorum corpora, sexto ab urbe Parisiensi, ut anonymus noster scribit, lapide terræ mandata, tanto semper, ut num. 180 docui, ab eadem urbe spatio manserint deposita, merito hinc in dicto, ubi in hunc usque diem (hic enim, quod Ratisponenses S. Emmerammi monachi contendunt, tantisper relinquimus intactum) adhuc servantur, San-dionysiano Franciæ oppido perpetuo, si miserrima illa, quibus ob Normannorum, in Gallias irrumpentium, metum ad loca tutiora translata, alibi subinde ad tempus fuere servata, tempora excipias, quiescisse sint censenda. Launoïus quidem, sacras S. Dionysii reliquias ex ecclesia, quæ supra hasce in ipsamet civitate Parisiensi primus fuerit extructa, furto surreptas atque ad San-dionysianum oppidum translatas fuisse, contendit; verum audi, qui hic opportune ad institutum nostrum Gerardus du Bois in sua ecclesiæ Parisiensis Historia lib. 1, cap. 4, num. 8, loquatur.

sunt sepulti.

184 Sane, inquit, si tumulus ecclesiæ S. Dionysii intra urbem (*Pariensem*) primum condita sit, certiora etiamnum huiusce rei exhiberentur testimonia, neque longo temporum spatio ita abolita fuisset tumulati intra urbem S. Dionysii memoria, ut nulla penitus monumenta superessent vel consignata litteris, vel antiqua veneratione christianorum ad nos usque fideliter traducta; vel certe translata corporis S. Dionysii, vel furtim sublata in basilicam suburbanam alicubi mentio fieret. Adde, quod hæc sancta pignora tumulo condita in insula urbe et basilica asservata neque clam surripi potuissent, neque palam auferri clerus populusque paterentur. Neque adversus suburbanum S. Dionysii tumulum umquam antea reclamatum fuisse reperio; immo ad vi vel v ab urbe (*Parisiensi*) millarium tumulum SS. Martyrum (Dionysii nimirum sociorumque ejus Rustici et Eleutherii) fuisse, semper creditum est, atque in dubium revocari prohibet ætatum omnium summa consensus et a prima origine ad nos usque et quasi per manus tradita religio. Ita hactenus ille; etsi autem vel sic opinionem, qua, S. Dionysii, certo e jam dictis eo loco, quo Sandionysianum Franciæ oppidum modo exstat, cum sociis suis sepulti, Parisiis tumulum fuisse, ecclesiæque S. Dionysii de Passu ibidem primitus supra hunc esse extructam, Launoïus adstruit, satis superque convellat atque infirmet, eam tamen debili admodum fundamento inniti, uti etiam objectas a Tillemontio difficultates, ob quas hic scriptor, non quidem an non Parisiis, sed tamen an non loco, a civitate hac minus quam duabus circiter leucis remoto, statuenda esset ecclesia, supra S. Dionysii tumulum primitus extructa, dubitavit, facili negotio posse dissolvere, juxta adhuc § sequenti monstrasse.

D

§ XI. Opinio, qua Launoïus Parisiis antiquam S. Dionysii ecclesiam statuit, refellitur, difficultatibusque, ob quas, an hæc duabus circiter leucis a civitate illa abesse potuerit, Tillemontius dubitavit, satisfit.

Launoïus, qui, quemadmodum § proxime prægresso vidimus, S. Dionysium in ipsamet civitate Parisiensi passum ac sepultum, ecclesiæque, S. Dionysii de passu idcirco dictam, supra sacra Sancti illius ipsam fuisse ibidem extructam, contendit, hanc quoque jam inde a seculo sexto fuisse erectam, in sua de veteribus Parisiensium basilicis Disquisitione cap. 4 affirmat, tantam scilicet antiquitatem sacro isti edificio attribuendam ratus, quod jam inde a seculo illo supra S. Dionysii tumulum celeberrimam stetisse ecclesiam, e monumentis antiquis, quibus fidem abnuere non posset, haberet compertum; verum Parisiensem ecclesiam, quæ S. Dionysii de passu nuncupatur, non nisi circa Christi annum MCLVIII fuisse extructam, Hadrianus Valesius dilucide ostendit, idemque etiam in sua ecclesiæ Parisiensis Historia facit Gerardus du Bois; cum autem id ita sit, plura hic afferre, quo postrema illa Launoïi de sacra isthac Parisiensium æde assertio confutetur, necesse non est. Neque vero brevitatis, cui modo ne tomus hic in immensam molem excrescat, studendum, facere id permittit. Hinc etiam non singulis, quibus ecclesiam, supra Dionysii tumulum jam inde a seculo sexto extructam, intra ipsum civitatis atque insulæ Parisiensis ambitum exstitisse probare satagit, argumentis refellendis, sed generali quodammodo, cui hæc innituntur, fundamento subvertendo tantummodo hic incumbam. Rem ipsam aggrediamur. Opinio, qua ecclesiam, supra S. Dionysii tumulum antiquitus extructam, in ipsa civitatis Parisiensis insula Launoïus statuit, potissimum, imo unice fere, fundatur in eo, quod Gregorius Turonensis, alique scriptores antiqui, dum de sacro isto edificio loquuntur, Parisius istud, Parisiaca in urbe, Parisius civitate, aut apud Parisios collocent. Verum an hæc voces, locum, quo sita esset S. Dionysii ecclesia, significantes, de ipso civitatis Parisiensis ambitu necessario debent intelligi? Ita omnino persuasum sibi habuit Launoïus.

185 Verum eas de suburbanis quoque civitatibus Parisiensis locis, imo et aliis, duabus circiter aut etiam tribus leucis ab ea dissitis, posse exponi, eruditi universim omnes, utut Launoïi hac in re placita penitus etiam scrutati, censuerunt, ac imprimis quidem supra adhuc laudatus Hadrianus Valesius, qui, Gregorium Turonensem aliosque omnes scriptores antiquos modo improprio, utut interim maxime eis usitato, fuisse locutos, eosque supra adductis verbis Parisius, Parisiaca in urbe, Parisius civitate, aut apud Parisios nihil aliud, quam prope urbem Parisios, circa urbem Parisios, ad urbem Parisiorum designare voluisse, variis adductis exemplis

Ratio, ob quam Launoïus antiquam S. Dionysii ecclesiam

E

F

Parisiis locandam putat, infirma ac debilis

in

A in suis, quæ contra Launoii hic a nobis impugnata opinionem in lucem emisit, scriptis dilucide ostendit. Et vero, quod hic ait Valesius, locum certe quantum ad Gregorium Turonensem habuisse, vel ex eo liquet, quod hic sanctus scriptor de ecclesia S. Laurentii, alteraque S. Vincentii, hodie S. Germani Prælatensis, lib. 6 Hist. Francorum, capp. 9 et 46 sermonem instituens, priorem quidem apud Parisius, posteriorem vero Parisius collocet, quamvis tum ambæ a civitate Parisiensi multum essent remotæ. Nec est, cur id mirum cuiquam videatur, cum lib. 4, cap. 6 de Miraculis S. Martini vocet Aredium Lemovicinæ urbis abbatem, quem tamen soli Attanensi monasterio, in diocesi Lemovicensi leucis octo a civitate homonyma a se condito, abbatis munere præfuisse constat. Exempla similia permulta, e quibus scriptores alios eodem etiam modo esse locutos, palam est, possent afferri; verum brevitatis ergo pauca duntaxat, e multis selecta, hic adhuc subiungo. Annalista Melensis, qui, Carolum Martellum haud longe a Parisiaca civitate in basilica sancti Dionysii martyris sepultum fuisse, apud Chesnium tom. 3 Franciæ scriptorum pag. 272 scripserat, postea apud eundem Chesnium pag. 317 de Carolo Calvo loquens ait, principis hujus ossa, Nantux primum terræ mandata, aliquot annis post inde fuisse translata, ac Parisius in monasterio sancti Dionysii honorifice sepulta.

ostenditur,
hæcque adeo
illius opinio
ne

187 Is scriptor, uti hinc apparet, indiscriminatim Parisius et haud longe a Parisiaca civitate San-dionysianam abbatiam collocat. Ordericus Vitalis locum, quo sepultus est Carolus Calvus, Parisius Hist. pag. 634 et 637 etiam signat. Helgaldus, monachus Floriacensis, qui, cum frequenter venerit Parisios, San-dionysianæ abbatie situm atque hac a civitate distantiam indubie cognoverit, apud Chesnium tom. 4 Franciæ Scriptorum pag. 78 de Roberto, Francorum rege, loquens, quo sepultus hic fuit, sequentem loquitur in modum: Obdormivit in Domino XIII Kal. Aug. Miliduno castro... et Parisius deportatus apud S. Dionysium juxta patrem suum sepelitur. Manuscriptum Floriacense, a Chesnio tom. proxime cit. pag. 86 laudatum, rem adhuc distinctius exprimit sequentibus hisce verbis: Obiit Miliduno anno Incarn. Dominicæ CXXXII, et sepelitur Parisius in monasterio S. Dionysii. Aimoinus demum, de Adelaïde muliere illustriori, sub seculi undecimi initium, id est, eo tempore, quo, satente ipsomet Launoio, S. Dionysii reliquie eodem, quo hodie, loco honoratæ fuerunt, ad S. Dionysii sepulcrum delata, sermonem lib. 2 mirac. S. Benedicti cap. 20 faciens, ait, eam Parisius ad S. Dionysii sepulcrum fuisse portatam. Jam vero, cum hæc ita habeant, enimvero scriptores antiquiores, ac nominatim Gregorium Turonensem, imo et S. Audouenum, dum in S. Eligii Vita lib. 1, cap. 32 de Sancto hoc loquens, construxisse eum S. Dionysio Parisius civitate mausoleum, memorie prodit, per vocem Parisius non solum Parisiensem civitatem, sed et hujus suburbia ac totum territorium designare voluisse, indubitatum mihi apparet. Dispiciat modo studiosus lector, quid de opinione, qua ecclesiam, supra S. Dionysii tumulum antiquitus constructam, in ipsamet civitatis Parisiensis insula Launoius statuit, sit censendum.

188 Sane debile admodum atque infirmum

esse, cui innititur, fundamentum, nemo non fatebitur, qui vel ea, quæ jam dicta sunt, attente expenderit; cum autem res ita habeat, ipsamet pariter opinionem illam parum admodum esse firmam, necesse est. Et vero talis etiam non tantum Valesio, qui primus eam argumentis plane invictis confutavit, sed et omnibus deinde, quibus ea de re loquendi sese obtulit occasio, eruditus est visa. Hinc porro et præcipue ex aliis, § proxime prægresso a me adductis, fit, ut opinionem Launoianam rejiciam etiam ut falsam, ac oppositam, quæ præfatam S. Dionysii ecclesiam duabus circiter ab urbe Parisiensi leucis in oppido Sandionysiano statuit, amplectar ut certam atque indubitatam. Verum, etiamsi rationes, ob quas id facio, solidæ admodum, uti eas expendenti patescet, ac validæ sint, Tillemontius tamen, an ecclesia, supra S. Dionysii tumulum constructa, duabus ab urbe Parisiensi leucis statui posset, dubitavit; eo autem fuit impulsus supra sæpissime a nobis laudata, quam Bollandus noster primo loco edidit, S. Genovefæ Vita, in qua, ut ait, reperiuntur multa, quæ, ut ecclesia illa, a sanctissima isthac Parisiensium patrona constructa, multo minus fuerit, quam duabus leucis ab urbe Parisiensi remota, exigere videntur; verum rem hanc aliter, quam scriptor ille existimavit, indubie habere, e jam nunc dicendis patescet. In S. Genovefæ Vita, inquit tom. 4 Monument. Ecclesiast. not. 5 in Dionysium Parisiensem Tillemontius, legitur, factum esse, ut, cum fabris lignariis, pro ecclesiæ San-dionysianæ edificio laborantibus, potus defecisset, presbyter Genesius S. Genovefæ rogaverit, ut, dum ipse potum quantocumque procuraturus Parisios excurret, in operarios illa invigilaret.

autors
C. B.
rejecta, ad-
mittitur op-
posita ut cer-
ta, ac porro

189 Si aqua, subjungit Tillemontius, opus erat, certo, quo compararetur, Parisios e Sandionysiano oppido veniendum non erat; si vero vinum, difficile creditur est, futurum fuisse, ut propius non inveniretur. S. Genovefa, prosequitur idem scriptor, ex habitaculo suo ad Sandionysianam ecclesiam per lutum et pluviam, aliis aliquot virginibus eam comitantibus, sese aliquando noctis tempore contulit, nec tum eam Parisiis ad San-dionysianum oppidum ivisse, verosimile apparet. Duodecim energumenos, qui ducti ad illam fuerant, ad San-dionysianam ecclesiam misit, ibique illi, secula paulo post Sancta, in silentio, manibus post tergum ligatis, manserunt. In ponte Parisiensi factum est, ut de duobus calcis furnis, qui San-dionysianæ ecclesiæ extruendæ inservierunt, duo porcorum custodes sint collocuti. Verbo, addit adhuc Tillemontius, quæcumque in Vita illa dicuntur, locum præbent opinandi, haud procul Parisiis San-dionysianam, quam S. Genovefa exstruxit, ecclesiam abfuisse. Ita fere hactenus ille; verum, an difficultatibus, e S. Genovefæ Vita hic objectis, Tillemontius id, quod vult, evincat, ac proin an ob illas de veritate opinionis, qua ecclesiam illam in San-dionysiano oppido ac proin duabus circiter ab urbe Parisiensi leucis statui-mus, merito dubitarit, examinemus. Etiamsi fabri lignarii, de quibus in S. Genovefæ Vita sermo fit, haud procul Parisiis laborassent, quid hinc, quæso, pro se Tillemontius concludat? Id non eodem, quo San-dionysiana ecclesia exstruebatur, loco, sed contra in saltu, ubi numquam quisquam S. Dionysium humatum asseruit, factum adjicitur. Fieri ergo potest, ut sesqui-leuca

difficultatibus
etiam, ob
quas de ejus
veritate

AUCTOR
C. B.

sequi-leuca circiter ab ecclesia, quam S. Genovefa exstrui curabat, fabri lignarii abfuerint, cumque tunc circa civitatem Parisiensem multa invenirentur nemora, nihil omnino impedit, quo minus e fabris illis lignariis in vicina Sylva alios quidem excidendis, quæ novo exstruendo edificio opus erant, arboribus, alios vero iisdem aut dolandis aut avehendis occupatos fuisse, credamus. Collectis, inquit cap. 4, num. 19 Vitæ S. Genovefæ scriptor, Carpentariis, qui ad edificium, quæ de lignis opus erant, in saltu alii inciderent ac dolarent, alii in plaustra conveherent.

dubitavit
Tillemontius
per rationes

190 Sane, Operariis ita, ut hic traditur ac supra jam dixi, in saltu prope Parisios occupatis, esse etiam non videtur, cur Genesius presbyter, deficiente illis potu, ad civitatem illam seu aquam seu vinum comparaturus excurrisset, non credatur. Quotidie fit, ut arbores in sylvis excendantur, ædificisque procul inde exstruendis vendantur. Secundo cur mirandum, S. Genovefam die Dominica mane, auram etiam non faventem, ad ecclesiam S. Dionysii, in quem summa erat pietate, sese contulisse? Si id ea anni tempestate, qua, ut sub Autumni finem aut in hieme, dies breviores sunt, sancta illa Virgo fecit, oportebat sane, ut, quo circa horam septimam aut octavam ad S. Dionysii adveniret, mane eo, illucescente nondum die, proficisceretur. Et vero vel ipsa tam mature abundi adhibita cautio, nonnihil itineris faciendum ei fuisse, indicat. Dicesne forsitan, dedecuisse Virginem per plateas, tenebris nondum pulsas, incedere? Verum plures itineris socias sibi habebat adjunctas. Quod si porro, duarum circiter leucarum viam fuisse longiorem, quam ut ad ecclesiam, tanto spatio Parisiis distantem, sese contulisset ex more sibi usurpato Sanctam, credibile appareat, fortassis modo arguas, in ejus apud Bollandum Vita, nec quoties eo sese confervet, nec an id habuerit solemne, declaratur. Præterea nescitur, an extra Parisios in via, quæ ab hac civitate ad S. Dionysii ducit, non habuerit parvulam quampiam ædem, inservientem secessui, cui, quemadmodum in prima ejus apud Bollandum Vita num. 33 narratur, quotannis sese soli Deo ab Epiphania usque ad Hebdomadæ sanctæ feriam quintam seu cænam Domini vacatura dedere solebat.

in medium

191 Imo vero, domunculam hujusmodi S. Genovefæ eo loci re ipsa fuisse, cogitandi ansam præbet ejus biographus, num. 20 apud Bollandum dicens, factum esse, ut vice quadam, non e civitate Parisiensi, sed e secessu sui loco ad S. Dionysii basilicam, die Dominica instante, multo mane sit profecta. Vice quadam, inquit loco cit. Scriptor ille, post intempestam noctem, jam proximam diem Dominicam Gallorum plausu vel cantu indicante, egreditur de receptaculo suo, ut ad basilicam S. Dionysii pergeret. Sane e domuncula hujusmodi, Parisios inter et oppidum San-dionysianum sita, ad S. Dionysii basilicam, nocte adhuc durante, S. Genovefam perrexisse, probabilius saltem apparet, quam ei, quo ad suburbanam ecclesiam media nocte sese conferret, civitatis Parisiensis portas, ut loco supra cit. vult Tillemontius, fuisse apertas. Ad hæc Pagi, Parisios inter et San-dionysianum oppidum siti, qui hodie Capella vocatur, ecclesia Deo sub S. Genovefæ invocatione est consecrata; ut in sanctæ hujus Virginis, eo loci olim subinde commoratae, memoriam exstructa fuisse non immerito queat videri. Tertio quid, quæso, e duo-

decim emergumentis, a S. Genovefa Parisiis ad S. Dionysii ecclesiam missis, potest pro hac in civitatis hujus vicinia locanda concludi? Nonne sapissime fit, ut ægroti, quo sanitati per Sanctorum intercessionem restituantur, ad ecclesias longiori etiam, quam duarum leucarum spatio dissitas ducantur? Quarto tandem ac ultimo quod ad porcorum custodes, de duobus calcis furnis, quos in sylva invenerant, in ponte Parisiensi collocatos, jam spectat, id certe fuisse illos calcis furnos vel procul a loco, quo ecclesiam ædificare S. Genovefa meditabatur, remotos, vel ponti, in quo duo, quod sibi acciderat, porcorum custodes narrabant, exstitisse propinquos, neutiquam significat; ut proin nec inde quidquam pro ecclesia illa haud longè a civitate Parisiensi constituenda conficiatur.

192 Quod si interim veritati, quod de calcis furnis, miro modo per porcorum custodes detectis, in priori S. Genovefæ Vita num. 17 apud Bollandum narratur, sit consonum, verosimillime, ut hi de furnis illis sese inter in ponte Parisiensi sermocinarentur, singulari Dei providentia est factum, quo ita de re illa presbyteri, qui S. Genovefæ in ecclesia supra S. Dionysii tumultum exstruenda opem ferre desiderabant, redderentur certiores. Ceterum, cum nihil præterea aliud, quod vel civitati Parisiensi proprius, quam modo exstet San-dionysianum Franciæ oppidum, exstructam a S. Genovefa supra S. Dionysii tumultum ecclesiam statuere, vel etiam tantummodo de hujus a civitate Parisiensi duarum circiter leucarum distantia dubitare nos cogat, definite e S. Genovefæ Vita Tillemontius objiciat, nec re etiam ipsa quidquam in hac hujusmodi inveniri appareat, non est sane etiam, cur ob Vitam illam de opinionis, qua ecclesia illa tanto a civitate Parisiensi spatio statuitur, veritate in rationibus, § proxime prægresso adductis, solide fundata ambigatur. Felibianus, eodem fere, quo hic ego, modo contra Tillemontium, secus e dictis opinantem, in erudita, quam San-dionysianæ abbatiæ Historiæ, a se contextæ, præmisit, Dissertatione § 1 argumentatus, subjungit, scriptorem illum, expensis, quæ compendio in hac continentur, Dissertationis prolixioris rationibus, tandem in opinionem, potiori autoritate nitam, quæ in ecclesiam, supra S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii tumultum seu corpora a S. Genovefa exstructam, duabus circiter ab urbe Parisiensi leucis statuit, concessisse, imo et quintam suam, priusquam moreretur, in S. Dionysium Parisiensem notam eodem plane, quo in secunda Monumentorum ejus Ecclesiast. editione tom. IV pag. 715 legitur, correxisse.

193 Ita omnino habet; Tillemontius, utut interim, magnas esse, quas e S. Genovefæ Vita objecerat, difficultates, loco cit. adhuc contendat, suam tamen præfatam Notam correxit; id autem idcirco potissimum fecit, quod S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii corpora, si primum in ecclesia, a S. Genovefa prope Parisios exstructa, quieverint, inde equidem (quod tamen creditu admodum difficile ipsi est visum) seculo septimo aut media sui parte dumtaxat elapso aut etiam jam senescente debeant ad San-dionysianum oppidum fuisse translata, credibileque non sit, centum dumtaxat aut nec tot etiam annis post oblivioni adeo translationem illam datam fuisse, ut seculo octavo, quemadmodum ex Actorum edendorum scriptore anonymo, qui tum

solutis, non
parum con-
firmatur

A tum floruit, apparet, persuasum sibi homines universim habuerint, sacra illa pignora in Sandionysiano oppido, in quo tum quiescebant perpetuo quievisse. Ceterum si qui, hæc eo e vici v. g., qui nunc (num. 182 videsis) capella nuncupatur, ecclesia sec. vii fuisse translata, modo adhuc contendat, peti ab iis potest, ut vel antiquum, qui eventus adeo memorabilis mentionem faciat, authorem assignent; aut, si id ex ecclesia alia, Parisiis haud procul dissita, quæ modo haud amplius exstet, factum velint, peti potest, ut vel quacumque sacri istius ædificii vestigia monstrent, vel nos saltem, quo id loco steterit, aut quo tempore quove casu aut a quo fuerit destructum, edoceant; quod si autem, ut certo non poterunt, nihil solidi ad hæc respondere queant, opinionem sane, quæ ecclesiam, a S. Genovefa supra Sanctorum nostrorum corpora exstructam, non prope Parisios, sed duabus circiter a civitate hac leucis statuit, non parum ex omnibus iam dictis confirmari; imo etiam adeo certam, ut nec ullo modo de ejus veritate dubitandum sit, nobiscum fateantur, necesse est.

B

§ XII. Quo oppidi San-Dionysiani loco steterit exstructa a S. Genovefa supra S. Dionysii ejusque Sociorum tumulum ecclesia; an hanc præcesserit antiquior, et an in novam, quam exstruxerit, Dagobertus illorum corpora transtulerit.

Sanctis nostris, non ubi Sacra, cujus hic datur notitia

C

In San-Dionysiano Franciæ oppido non modo memorari invenio homonymam celeberrimi nominis abbatiam, verum etiam minus celebre monasterium aliud, quod, a S. Dionysio appellationem pariter sortitum, Prioratus S. Dionysii de Strata nuncupatur. Abbatia illa adeo passim omnibus est nota, ut quidquam hic, quo reddatur notior, in medium proferre, supervacaneum sit. Quod autem ad dictum prioratum seu ecclesiam spectat, Felibianus in sua supra adhuc laudata Dissertatione § 2 circa medium sequentem de ea notitiam verbis Gallicis, quæ, quod usui futura hic sint, Latine a me reddita, transcribo, subministrat. Quod ad ecclesiam, inquit, S. Dionysii de Strata originem spectat, dici potest, semper nec monasterium, nec prioratum fuisse. Sacellum antea, sepeliendis abbatibus San-dionysianæ religionis destinatum, esso potuit; consuetudo enim, cujus plura tum Parisiis, tum alibi exempla fuere conspecta, olim ferebat, ut ecclesiam quampiam aut sacellum, quod cimiterii loco esset, majora monasteria haberent. Verum, ne quid, quod in scriptoris antiqui testimonio fundatum non sit, proferam, ex iis, quæ collectionis miraculorum S. Dionysii author (Sæc. tertii Benedictini part. 2, pag. 351 videsis) in litteras misit, ecclesia S. Dionysii de Strata videtur, Fardulfo sub Caroli Magni imperio abbate, fuisse parœcia, cui deserviebat Martinianus quidam, ab authore illo PRESBYTER LOCI, id est, pro usitato temporis illius scriptoribus loquendi more curio vocatus. Po-

Octobris Tomus IV.

stea parœcialis illa ecclesia haud serius, quam sub seculi decimi finem in monasterium fuit mutata.

195 Eo abbatibus religiosi, qui adversa valetudine laborabant, mittebantur, uti discimus (ad part. 1, pag. 697 Sæc. vi Benedict.) e S. Odilonis Vita, ubi præterea observandum occurrit, parvum illud monasterium tunc S. Martini et non S. Dionysii de Strata fuisse nuncupatum, quamvis postea, cum ei juncta fuit parœcia, prioratui quidem S. Dionysii, parœciæ vero S. Martini, quo duæ illæ ecclesiæ invicem distinguerentur, aut ob aliam nobis ignoratam causam impositum nomen fuerit. Ita hactenus ille. Examinemus modo, eone oppidi San-dionysiani loco, quo nunc ecclesia S. Dionysii de Strata cernitur, an vero altero, quo San-dionysiana celeberrimi nominis abbatia exstat, ecclesia fuerit in Sanctorum nostrorum honorem a S. Genovefa exstructa. Priori sane e duobus illis locis a sancta hac Virgine id non factum, mihi sat certum apparet. Rectene, an secus jam nunc dicenda aperient. Mox huc transcripta, quam Felibianus suppeditat, ecclesiæ S. Dionysii de Strata notitia nihil omnino offert, quod vel utcumque, eo loco, quo hæc modo conspicitur, jam inde a seculo sexto stetisse ecclesiam, suadere sit natum cumque apud antiquos scriptores nihil etiam occurrat hujusmodi, fit vel hinc, ut, an ibi tum Sanctis nostris ecclesiam S. Genovefa exstruxerit, non immerito possit ambigi. Adhæc in ecclesiam, a Genovefa exstructam non quadrant, quæ in dicta notitia de ecclesia S. Dionysii de Strata memorantur.

196 Hæc enim, ut notitia illa fert, primo sacellum tantummodo, tum monasterium prioratusve aut monasteriolum dumtaxat, numquam vero, ut apparet, major elegantiorque ecclesia exstiterit; ecclesiam autem, quam Sanctis nostris S. Genovefa, exstruxit, structuræ haud inelegantis molisque haud exiguæ ædificium fuisse, ex infra dicendis patescet, et vel ex eo in antecessum fas est colligere, quod, quemadmodum in S. Genovefæ apud Bollandum Vita num. 18 traditur, ad fastigium usque, universis Parisiensibus civibus auxilium ferentibus, fuerit perductum. Verum, inquires, eadem S. Genovefæ Vita cap. 4 sequentem hunc præfert titulum: Edificat (S. Genovefa nimirum) basilicam, quæ nunc dicitur prioratus S. Dionysii de strata; illa autem, ecclesiam, quam Sanctis nostris S. Genovefa exstruxit, stetisse eo loco, quo modo ecclesia seu prioratus S. Dionysii de Strata cernitur, dilucide declaratur. Fateor, sic habet; verum in Mss. (Pagium in criticis ad annum 272, num. 8 videsis) plurimum antiquorum scriptorum Operibus tituli capitibus, in quæ abs illis divisa hæc fuerunt, non reperiuntur præfixi. Quid si ergo capitibus, in quæ ab authore suo primigenia S. Genovefæ Vita fuit divisa, tituli pariter in Mss. hujus exemplaribus haud inveniantur præfixi? Ut sit, titulum equidem, proxime huc transcriptum, quem an Bollandus in antiquis, quæ ei præbuerit, Mss. invenerit, an contra ipsemet fecerit, compertum haud habeo, S. Genovefæ Vitæ a posterioris ævi scriptore fuisse adjectum, vel ex eo liquet, quod tituli author, ut vel recitata verba, quibus is concipitur, consideranti patescet, per vocabulum adverbiale nunc, quod adhibet, sese S. Genovefa, æqualique hujus biographo posteriorem non obscurare prodat; ut certe e titulo illo pro determinando loco, quo S. Genovefa in San-dionysiano oppido

anctores C. B.

S. Dionysii de Strata ades

modo cernitur,

P

AUCTOR
C. B.

oppido ecclesiam Sanctis nostris exstruxerit, nihil omnino certi possit concludi. Et vero hanc verosimillime, non ibi, ubi ecclesia S. Dionysii de Strata modo conspicitur, fuisse exstructam, validius adhuc nunc subdenda, quam quæ jam dicta sunt, suadent.

sed ubi abbatia San-
Dionysiana
exstat, S. Ge-
novefa eccle-
siam exstru-
xit,

197 Mulier ethnica, ut ex anonymo nostro num. 179 retulimus, Sanctorum nostrorum corpora, lictoribus seu satellitibus astu erepta, in terra arata seu agro, sementi recipiendæ parato, per famulos suos abscondi ac sepeliri sexto ab urbe Parisiensi lapide curavit; eo autem agrum illum situm fuisse loco, quem modo ecclesia S. Dionysii de Strata occupat, ab omni veri specie videtur alienum. Is enim, utpote Stratæ seu viæ publicæ, unde et ecclesia isthæc nomen traxit, adiacens, paganorum seu ethnicorum conspectui patentissime erat expositus; quis autem, præfatam mulierem, quæ horum oculis ac perquisitioni sacra illa pignora volebat subducta, in publico isthæc ac conspicuo hujusmodi loco respondi ac sepeliri curasse, in animum inducat? Sane, cum San-dionysiana dicti oppidi abbatia Stratæ seu viæ publicæ haud adiaceat, eodem, quo hæc exstat, loco exstitisse agrum, in quo sepulturam Sancti nostri nacti sunt, longe apparet probabilius. Porro apud scriptores antiquos nihil omnino invenitur, quod, Sanctos nostros priorem sepulturæ suæ locum cum alio commutasse, suadere sit natum. Disciplina antiqua non nisi raro mutationes patiebatur hujusmodi, Martyrumque sepulcra ex sese adeo erant veneranda, ut fideles ornare hæc contenti, nequiquam de terra corpora levare, nedum alio ad alias ecclesias transferre, auderent. Jam vero, cum hæc ita habeant, reque etiam vera, ut e supra dictis liquet, et eodem semper, quo terræ primum fuerant mandata, loco Sanctorum nostrorum corpora quieverint, et ibidem supra ista S. Genovefa ecclesiam exstruxerit, consecrarium e jam nunc dictis fit, ut hæc non eo oppidi San-dionysiani loco, quem modo ecclesia S. Dionysii de Strata occupat, sed altero, quo celebris admodum nominis abbatia San-dionysiana exstat, fuerit erecta.

hæcque non
vilis, ut Ge-
storum Da-
goberti su-
blex ad-
modum,

198 Tria quidem in ecclesia S. Dionysii de Strata Sanctorum nostrorum vetustissima cænopathia seu sepulcra lapidea aliæque insuper, quæ eos ibidem aliquando jacuisse sepultos indicant, monumenta hodieque visuntur; verum, cum hæc omnia, ut certum apparet, seculo nono, seu San-dionysiano monacho anonymo, Dagoberti I Francorum regis gestorum scriptore, qui, Sanctos nostros in vili ædicula, a S. Genovefa exstructa, primum jacuisse sepultos indeque a principe illo in aliam ædem sacram translatis, primus omnium litteris tunc mandavit, posteriora sint, est sane, cur in dicta ecclesia posita seu erecta credantur e nata hinc de Sanctorum nostrorum corporibus tumulo in hac olim conditis opinione, quæ, quamvis e jam dictis ac porro dicendis falsa, sensum tamen, seculorum subsequentium ignorantia ac simplicitate suffragante, a nonnullis admissa ut certo vera, patronos etiam, qui eam cænopathiis lapideis aliisque id genus monumentis æternitati commendare studuerint, est consecuta; cum autem res ita habeat, hisce sane, quæ, ut dictum, in ecclesia S. Dionysii de Strata hodieque visuntur, moveri non debemus, ut eo, quo hæc exstat, loco Sanctorum nostrorum corpora primum quieverisse ecclesiamque supra hæc a S. Genovefa fuisse exstructam, credamus. Laudatus enim Gestorum Dagoberti scriptor

anonymus, qui, inducta, quam dixi, opinione, D monumentis illis ponendis occasionem seu ansam præbuit, sublextæ admodum, imo in re, quæ ad institutum nostrum potissimum hic spectat, nullius prorsus est fidei. Audi, qui de eo in Admonitione, quam illis Dagoberti Gestis, in Rerum Gallicanarum Scriptorum tomum 2 a se illatis præmisit, Bouquetus loquatur. Monachus iste, inquit, rebus tam fabulosis tamque vero abhorrentibus suam maculavit historiam, ut non immerito a quibusdam anonymus fabulator vocetur, nullamque fidem vix mereatur, nisi in iis, quæ a Fredegario mutuatur.

199 Non dubitandum tamen est, quin ipsi donationes, quas monasterio S. Dionysii a Dagoberto factas refert, notæ atque perspectæ fuerint, cum earum exemplaria in archivo hujus monasterii sua ætate servari testetur. Felibianus in sua, quam supra plus semel jam laudavi, Dissertatione § 2 eundem scriptorem ac monachum anonymum censura non minus acriter perstringit, ac deinde verbis Gallicis, Latine a me hic redditus, subiungit: Quæ de antiquæ San-Dionysianæ ecclesiæ statu, de abbatie homonymæ fundatione, de constitutis eo loci E monachis, translatisque S. Dionysii ac Sociorum ejus reliquiis proferre est ausus, ea omnia cum iis, quæ sive in antiquis authoribus, sive in temporis istius, quæ supersunt, monumentis leguntur, adeo pugnant, ut, quo confutentur, hæc cum illis contulisse sufficiat. Ita ille, neque sane immerito. Etenim monachus ille ac scriptor anonymus, de ecclesia, a S. Genovefa supra Sanctorum nostrorum tumulos in vico Catholiacensi erecta, sermonem in dictis Dagoberti Gestis cap. 3 instituens, frequentem scribit in modum: In eo sane vico (videlicet, uti ab eo vocatur, Catulliacensi) primum memoratæ urbis (Parisiensis nimirum) episcopum beatissimum Dionysium, cumque eo Rusticum et Eleutherium:..... pro Christi nomine..... interemptos, quædam materfamilias..... quia palam non audebat, clam sepulturæ mandavit..... Sic incomparabilis thesaurus diu latuit..... Et quamvis quædam inibi ab anterioribus regibus propter assidua, quæ ibidem agebantur miracula, conlata fuissent, tamen..... locus ille nimium negligebatur. Vilis quippe tantum ædicula, quam, ut ferebatur, beata Genovefa super sanctos Martyres devote construxerat, tantorum Martyrum corpora am- F biebant.

200 Quod si itaque scriptori huic, qui deinde, Sanctorum nostrorum corpora ex ædicula, ab eo hic memorata, ad ecclesiam novam a Dagoberto fuisse translata, cap. 17 narrat, credendum hic sit, sacra ædes, quam S. Genovefa in vico Catholiacensi Sanctis nostris exstruxit, neglecta admodum Dagoberti ætate fuerit atque adeo parca, ut horum corpora, ibidem sepulta, capere vix posset. Verum haud parvam fuisse ecclesiam, quam S. Genovefa Sanctis nostris exstruxit, jam supra edocui; quam merito autem id fecerim, e jam nunc dicendis dilucidius patescet. In edendis Sanctorum nostrorum Actis anonymus horum author num. 12 ita prodit memorie: Antedicta..... materfamilias horum non immemor secretorum, cum primum persecutionis tepuisse vidit servorem, *locum tantorum Martyrum ossa asservantem qua oportuit sollicitudine requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. Unde postmodum Christiani basilicam supra Martyrum cor- pore

ut viri eru-
diti censent,
fidei author
scribit,fuit ædicula,
sed, quemad-
modum ra-
tionibus

A pora magno sumptu cultuque eximio construxerunt. Ecclesia seu basilica, ab anonymo nostro hic memorata, non est antiquior, quæ exstructa a S. Genovefa præcesserit, sed ipsamet est illa basilica seu ecclesia, quam sancta isthæc Virgo, ut ejus apud Bollandum Vita supra sæpissime laudata prodit, in vico Catholiacensi, supra Sanctorum nostrorum corpora exstruxit. Ita saltem censent viri eruditi nonnulli, neque vero immerito, uti ex iis, quæ subdo, apparet. Quæcumque anonymus noster de ecclesia a se memorata scribit, ea omnia ecclesiæ, a S. Genovefæ biographo celebratæ, et vice versa, quæcumque hic de isthac refert, ea omnia ecclesiæ, ab anonymo nostro memoratæ, apprime conveniunt. Ecclesia, ab anonymo nostro memorata, supra Sanctorum nostrorum corpora fuit erecta. Fuit et super hæc ecclesia ecclesia, a S. Genovefæ biographo celebrata.

hic adductis 201 Prior, Christianis adniventibus, posterior, Parisiensibus universis adlaborantibus, dicitur exstructa. Altera in vico pagano, altera sæto ab urbe Parisiens lapide traditur ædificata.

B Adhæc S. Genovefæ Vita nihil omnino offert, quo antiquiorem stetit ecclesiam eo loco, quo suam hæc sancta Virgo condidit, vel utcumque insinuet; imo omnia, quæ de sacra hac æde commemorat, nequiquam ecclesiæ vel instauratæ, dumtaxat, vel antiquioris in locum substitutæ, sed novæ omnino atque a fundamentis erectæ speciem animo obijciunt. Jam vero, cum hæc sic habeant, sitque adeo, uti e jam dictis apparet, ecclesia seu basilica, quam supra Sanctorum nostrorum corpora magno sumptu cultuque eximio Christianos construxisse, anonymus Actorum edendorum author refert, una atque eadem cum ecclesia, a S. Genovefa exstructa, consecrarium fit, ut hæc sane, contra ac supra laudatus Gestorum Dagoberti scriptor tradit, haud parva ac vilis exstiterit. Reponi quidem potest, ab anonymo nostro, qui, ut dictum, seculo VIII deum floruit, S. Dionysii ejusque Sociorum ecclesiam non secundum statum, quem, curante S. Genovefa, acceperat, sed secundum recentiorum præstantioremque, ad quem, ut infra videbimus, seculo septimo a Dagoberto fuit adducta, depingi.

C 202 Verum, sit ita, nequeatque adeo, exilisne, an magna, vilisne, an elegans, quam S. Genovefa extruxit, ecclesia exstiterit, e scriptore illo definiri, aptissime equidem id ex Gregorio Turonensi, qui ante Dagobertum floruit, confici, negari non poterit. Hic scriptor S. Dionysii ecclesiam veluti admodum notabilem, tumulumque veluti locupletissime ornatum lib. de Gloria Martyrum cap. 12 representat. Narrat scilicet ibidem, militem quempiam Sigeberti, Francorum regis, cum hic cum exercitu (anno 594) prope Parisios versaretur, ad S. Dionysii basilicam accessisse, cumque eam, custodibus vacuum, ostiisque non resecatis, patentem, invenisset, pallam holosericam auroque exornatam et gemmis, quæ Sancti tumulum operiebat, surripuisse; alterumque item tunc ejusdem Sigeberti militem, S. Dionysii tumulum, qui, ut ait, turrus seu pyramidis in modum acuminatus erat, calcare seu ascendere minime veritum, columbam auream, ad eum appensam, auferre fuisse conatum. Porro in eadem S. Dionysii basilica Dagobertum Chilperici regis et Fredegundis reginæ filium, ætate nondum adulta mortuum, sepultum fuisse, Hist. Francorum lib. 5, cap. 35 refert.

Adhæc Hist. ejusdem lib. itidem 5, cap. 33 loquitur de scandalo, quod eodem in loco evenit occasione mulieris, adulterii accusatæ, quæ eo, ut sese, jurejurando supra S. Dionysii tumulum præstilo, purgaret, advenit.

203 Portarum vi effractorum, divinique officii, in ecclesia illa ob sanguinem, ibidem tunc effusum, interrupti, mentionem facit; quæ omnia adjuncta ecclesiam sat magnam designant, utpote quæ, ut hæc vera sint, et pluribus portis instructa et, ut, apparet, communitate etiam, divinis officiis vocare solita, debuerit fuisse illustris. Talis fuit ecclesiæ S. Dionysii status Gregorii Turonensis ætate, id est, sub Chilperico I, qui, anno 561 regnare exorsus, anno 584 fuit occisus; qualis autem sub Clothario II, ejus filio, qui, cum annis circiter quadraginta quatuor regnasset, anno 628 obiit, exstiterit, docet nos in Chronico suo cap. 54 Fredegarius, ubi de Godino, Warnacharii majoris-domus, anno, ut Chronici illius editor Ruinartius in margine notat, 626 vita functi, filio, qui post patris sui mortem gravissimo delicto Clotharium offenderat, sermonem instituens, ait illum, quo principi huic juramentum fidelitatis præstaret, ad præcipuas Sanctorum ecclesias, in quibus tum solemnna hujusmodi juramenta præstari solebant, fuisse adductum, locisque illis sacris accenset locum seu ecclesiam Domni Dionysii Parisius. Porro, cum ecclesiæ, a S. Genovefa Sanctis nostris sub seculi v finem erectæ, aliam a quoquam, priusquam Dagobertus I, Clotharii II filius, regnaret, fuisse substitutam, nemo hactenus dixerit, S. Dionysii ecclesia, quæ, Chilperico I et Clothario II regnantibus, exstabat, alia certe non fuerit, quam quæ a S. Genovefa fuerat exstructa.

204 Jam vero, cum res ita habeat, ac, quemadmodum e Fredegarii et Gregorii Turonensis testimoniis modo adductis liquet, S. Dionysii sociorumque ejus SS. Rustici et Eleutherii ecclesia, quæ posterioris hujus scriptoris ætate seu, Chilperico I et Clothario II regnantibus, exstabat, ea tum magnitudine, ut multa ostia haberet, ea elegantia, ut turratum, columba etiam aurea multisque aliis pretiosissimis donis supra eum pendentibus, Martyrum tumulum, palla holoserica, auro et gemmis ornata, operitum, complecteretur, ea denique celebritate, ut in illa, et Dagobertus, Chilperici I regis filius, fuerit sepultus, et non modo infimæ plebis homines, sed etiam optimates Francorum, si quando id res exigebat, sese ac suos jurejurando purgare solerent, exstiterit, consecrarium est, ut omni dubio procul S. Dionysii ejusque Sociorum, quam S. Genovefa exstruxit, ecclesia, utpote ab illa, de qua Gregorius Turonensis et Fredegarius locis supra cit. loquuntur, certo e jam nunc dictis haud diversa, nequaquam parva ac vilis ædificula, qualis a monacho anonymo supra laudato, Gestorum Dagoberti scriptore, describitur, sed major ac elegantior fuerit ecclesia. Dicesne forsitan a scriptore isthoc S. Dionysii ecclesiam, a S. Genovefa exstructam, non qualis sub Chilperico I et Clothario II, sed qualis sub Dagoberto, hujus filio, fuit, describi? Verum, cum præcipuis ecclesiis, uti e supra allegatis facile colliges, anno 626 annumerata adhuc fuerit, hocque anno tempus, quo sub Dagoberto fuisse eam dumtaxat vilem ædificulam, anonymus iste monachus refert, haud multo queat esse posterius, sacrum istud ædificium sub hoc principe a pristino splendore adeo fuisse

ADDORES
C. B.

et Fredegario

E

probat, major ac elegantior exstiterit ecclesia,

F

præcipueque
ex Gregorio
Turonensi

auctore
C. B.

fuisse delapsum, ut repente e majori atque elegantiori basilica, qualis paucis ante annis adhuc fuerat, ad vilem tantummodo ac neglectam ædificulam esset redactum, quis facile in animum inducat? Sane id ego mihi persuadere haud queo.

locumque,
quo hæc stet-
tit, Dagober-
tus, quem
nec ibidem,

205 Et vero ipsemet auctor ille, uti apparet, de ecclesia, a S. Genovefa extructa, idcirco dumtaxat contemptim adeo, ut verbis supra recitatis fecit, est locutus, quod hanc cum ecclesia S. Dionysii de Strata, quam ætate sua vilem tantummodo, neglectam ac parvam esse cernebat, existimari eandem; verum ecclesiam, a S. Genovefa extructam, non stetisse eo vici Catholiciensis seu oppidi San-dionysiani loco, quo anonymi ætate cernebatur modoque adhuc cernitur ecclesia S. Dionysii de Strata, hancque adeo ab illa certissime esse diversam, satis superque e modo disputatis liquet. Nunc, an Dagobertus alio visi seu oppidi ejusdem loco, quo stetit olim ecclesia, a S. Genovefa extructa, modoque San-dionysiana abbatia exstat, ecclesiam novam extruxerit, itemque an Sanctorum nostrorum in hanc transtulerit alio e loco sacras reliquias, inquirendum. Tam hoc, quam illud, ut jam

B supra insinuavi, idem anonymus Gestorum Dagoberti scriptor cap. 17 apud Bouquetum memorie prodit; ast postremum quidem certo falsum, primum autem apparet admodum dubium. Res e jam nunc dicendis patescet. Auctor ille loco proxime cit. sequentem scribit in modum: Dagobertus denique . . . accessit ad supra memoratum locum (vilem nempe, ut cap. 3 verbis supra datis scribit, vici Catulliacensis, in qua Sanctorum nostrorum corpora jacebant, ædificulam) et sanctorum Dionysii, Rustici et Eleutherii corpora requirens, digesta eorum in sarcophagis nomina repperit, quæ et in alium ejusdem vici locum summa cum veneratione x. Kal. Maias transtulit, eorumque memorias auro puro et pretiosissimis gemmis exornavit. Et quamvis ecclesiam, quam ipse a fundamentis extruxerat, intrinsecus miro decore fabricavit, foris quoque desuper absidam illam, infra quam veneranda Martyrum corpora tumulaverat, ut plenius devoti animi expleret desiderium, ex argento purissimo mirifice cooperuit.

C
contra ac e
Fredegarii
hic recitatis
verbis

206 Ita hæcenus ille; ut autem an Dagobertus Sanctis nostris, uti hisce verbis docet, ecclesiam a fundamentis vere extruxerit, antiquæve a S. Genovefa extructæ novam substituerit, primo hic definiamus, examinari modo ante, omnia necesse est, ut, an hic scriptor, utpote in rebus diu ante se gestis tunc dumtaxat, dum eas e documentis, scriptoribusve antiquioribus didicit, fidem integram sibi adjungens, e fontibus adeo probatis, quod de sacro hujusmodi edificio, per Dagobertum extructo, memorie prodit, forsam hauserit. Ac certo quidem Diplomata, alia ve id genus documenta, quæ sibi prælucentia habere potuerit, nulla omnino invenire quivi; quod autem ad scriptores antiquiores spectat, unus hos inter, qui, regnante Dagoberto, floruit, occurrit Fredegarius, sequentia isthæc, quæ huc faciunt, in Chronico suo, una cum Gregorii Turonensis operibus anno 1699 per Ruinartium edito, cap. 79 suppeditans verba: His gestis, post paucos dies Dagobertus emisit spiritum, sepultusque est in ecclesia sancti Dionysii, quam ipse prius condigne ex auro et gemmis et multis pretiosissimis speciebus ornauerat, et condigne in circuitu fabricari præceperat, patrocinium ipsius pretiosum expectans. Laudatus

* al. fabri-
care

Anonymus gestorum Dagoberti scriptor, qui ad res, a principe hoc gestas, narrandas Fredegarium adhibuit, ac pro arbitrio suo, quamvis haud paribique felicitate, sæpe interpretatus est, haud dubie ex eo, quod hic auctor, S. Dionysii ecclesiam condigne in circuitu fabricari jussisse Dagobertum, in proxime huc transcripto textu tradat, fuisse per Dagobertum S. Dionysio ecclesiam a fundamentis extructam, collegerit, litterisque porro per supra recitata verba commendavit; illum autem hac in re secuti deinde sunt una cum Aimoino lib. 4, cap. 35 scriptores non pauci alii tum antiqui, tum recentiores.

207 Ac principem quidem posteriores hos inter locum tenent in sua de basilicis Disceptatione ac in hujus adversus Launoium Defensione Hadrianus Valesius, in Ecclesiasticis Francorum Annalibus ad annum 630 Continuis, in ecclesie Parisiensis Historia lib. 4 cap. 2, num. 10 Gerardus du Bois, ac tandem, ut plures alios brevitate causa omittam, in sua, quam supra sæpissime laudavi, Dissertatione Felibianus; etsi autem, qui et his accensendus venit Mabilonius, Fredegarii hisce de Dagoberti verbis condigne in circuitu (ejus ecclesie) fabricari præcepit, non ecclesiam a fundamentis per Dagobertum extructam, sed circumpositas monachorum ædes, quas Dagobertus basilicæ ab se magnificentius ornate adjececit, dumtaxat significari, in docto suo de re diplomatica Opere, anno 1681 in lucem emisso, primum censuerit, postea tamen rationibus, nescio quibus, impulsus mutavit sententiam. Etenim in Annalium Ordinis sui tomo 1, quem anno 1703 vulgavit, lib. 12, num. 3 de Dagoberto sic scribit: Post hæc idem princeps, ut beati Dionysii, Francorum apostoli, patrocinium precesque sibi regnoque suo demeretur, novam ei basilicam ampliorem et augustiorem, opere et materia quibusvis aliis elegantiorum et magnificentiorum erigere constituit. Hanc marmoreis cujusque generis columnis fulsit, auro, argento, gemmis, omnigenisque ornamentis decoravit, musivo stravit pavimento, ejusque parietes, columnas, arcus vestibis auro textis, et palliis holosericeis vestivit; quibus verbis sane, priori opinione, qua, S. Dionysii ecclesiam a Dagoberto dumtaxat ornatam variisque donis locupletatam fuisse, existimarat, relicta, in oppositam, quæ eidem Sancto novam ecclesiam a fundamentis per principem illum fuisse extructam, statuit, apertissime concessit. Verum an recte? Res tota, cum Fredegario citra omnem controversiam standum hic sit, ab interpretatione adhibenda verbis, quibus hic auctor, S. Dionysii ecclesiam condigne in circuitu fabricari præcepisse Dagobertum, loco supra cit. ait, dependet.

208 Valesius in Defensione, qua suam de basilicis Disceptationem adversus Launoium tulatus est, posteriori parte cap. 7 asserit, apud Fredegarium ibi nihil aliud esse in circuitu fabricare ecclesiam, quam a fundamentis ecclesiam extruere, hocque censu illius, de quibus hic nobis sermo, verba intelligenda. Verum assertionem suam, quod tamen, quo huic fidem faceret, hic esset necessum, nullis omnino, e quibus illa alibi adhuc a Fredegario ita fuisse accepta, constet, exemplis, aliunde e scriptore hoc petitis, firmat. Ecclesiam a Dagoberto in S. Dionysii honorem fuisse extructam probari non posse, plus semel adhuc supra laudatus le Beuf contra Valesium, quem in margine citat, in suarum in ecclesiasticam ac civilem civitatis Parisiensis Historiam Dissertationum prima pag. 3 præfatus

nonnulli, par-
tim hic recen-
siti, collegere,

E

F

novam S.
Dionysio ec-
clesiam

A 3 *præfatus, primo quidem, e Fredegario dumtaxat, Dagobertum variis tum auri, tum gemmarum donariis S. Dionysii, quæ ante eum exstabat, ecclesiam locupletasse, diversisque, sive ut ædificii durationi consuleret, sive ut id magnificentius redderet, ornamentis exterius condecorasse, haberi compertum asseverat, ac deinde, Fredegarii, quæ supra dedi, transcriptis verbis, sese non videre, qui quæ periodi, quæ hisce continetur, pars ultima aliter, quam pronomine ejus subintellecto, exponi adjungit, asserens etiam, hæc verba et condigne in circuitu ejus fabricari præceperat nihil significare aliud, quam circum S. Dionysii ecclesiam eo modo, qui multum eam decoraret, laborari seu Opera fieri Dagobertum fecisse. Ita laudatus scriptor; neque vero isthæc adhibita ab eo Fredegarii verbis interpretatio prorsus displicet. Quid si ergo Dagobertus ecclesiam, in S. Dionysii honorem a S. Genovefa constructam, diversis pretiosis et gemmis auroque donariis ornari, ejusque præterea interius in circuitu parietes politioribus seu minutioribus et ligno fabrilis seu tignariæ artis operibus obduci vestivisse fecerit, atque id dumtaxat Fredegarius per verba supra recitata significatum voluerit?*

extruxisse
est certum

B 209 *Ut sit, hisce equidem ecclesiam a fundamentis per Dagobertum constructam significari, certum haud reor. Ea sedet sententia, quod Fredegarii verba, uti vel e varia hisce a variis data interpretatione liquet, clara non sint, quodque præterea, an Dagobertus novam a fundamentis ecclesiam S. Dionysio cere extruxerit, dubitare me maxime faciat monachus San-dionysianus anonymus, qui, Carolo Calvo imperatore, seu seculo nono media sui parte jam elapso, diversa S. Dionysii miracula tiliter sit complexus; is enim (adi. Sec. Benedictini 3 part. 2 pag. 347) lib. 1, cap. 14, de nova Sanctis nostris a Pipino rege incepta atque a Carolo Magno ad umbilicum perducta ecclesia loquens sic scribit: Cum basilicam Sanctorum, diruta priore, quæ cepta a Pipino rege, augustius a Carolo, regni successore, consummata est, opifices architectarentur, unus clavorum.... cecidit etc; cum autem, uti ex his verbis intelligitur, antiquior, Pipino regnante seu seculo octavo ad annum 68 nondum prorecto, S. Dionysii ecclesia, vetustate, ut verosimillimum apparet, labascens, fuerit destructa, nec tum certe id futurum fuisse videatur, si sacrum istud ædificium ante annos fere centum dumtaxat a Dagoberto, anno 638 vita functo eo ornatu eaque, qua volunt, firmitate a fundamentis fuisset constructum, enimvero suam hac ratione in Dionysium venerationem testatam reliquisse hunc principem, idque supra recitatis verbis, quæ, ut dictum, clara non sunt, significatum voluisse Fredegarium, pro certo atque indubitato neutiquam est habendum.*

S. Dionysii
ac sociorum
ejus corporibus,

210 *Nec, etsi secus foret, certum propterea fieret, a Dagoberto in novam, quam Sanctis nostris extruxisse, ecclesiam sacras horum reliquias alio e loco fuisse translata. Id quidem verbum, num. 205 huc transcriptis, anonymus gestor Dagoberti scriptor disertè tradit; verum eum hic, ut sæpe alibi, a vero esse alienum, vel ex eo liquet, quod Clodoveus II, Francorum rex, qui certe, utpote Dagoberti mox memorati filius, rem apprime habuerit perspectam, Sanctorum nostrorum corpora in S. Dionysii ecclesia, in qua Dagobertus et regina Nanthildis erant sepulti, jam a multis, cum regnaret, temporibus quieverisse, in charta, anno 653 data, atque a Felibiano*

inter documenta authentica, quæ Historiæ suæ San-dionysianæ adjecit, num. 5 relata, non obscure indicet; cum autem id ita sit, eo certe paucis abhinc annis a Dagoberto, ejus patre, aliunde haud fuerant advecta. Adhæc, licet Fredegarius de S. Dionysii ecclesia variisque huic per Dagobertum collatis ornamentis per verba supra huc transcripta loquatur, altissimum tamen de Sanctorum nostrorum, quæ in illam aliunde fuerint abs hoc principe translata, reliquiis tenet silentium; imo, ne verbum quidem, unde id factum vel utcumque suspice, suppeditat. Nec id etiam facit S. Audoenus, licet interim aptissimam de re illa, si locum habuisset unquam, loquendi occasionem nactus fuerit in mausolei magnificentissimi, S. Dionysio per S. Eligium, suppeditante impensas Dagoberto, constructi, descriptione, quam in sancti hujus Noviomensis episcopi Vila, Spicilegii Dacheriani, tomo quinto editionis anni 1661 inserta, lib. 1, cap. 32 subministrat.

211 *Sancti illius biographi verba, quæ ad institutum nostrum hic faciunt, sequentia hæc sunt: Præterea Eligius fabricavit et mausoleum sancti martyris Dionysii Parisius civitate, et tugurium super ipsum marmoreum miro opere de E auro et gemmis: cristam quoque et species de fronte magnifice composuit, nec non et axes in circuitu altaris auro operuit, et posuit in eis poma aurea rotundilia atque gemmata: operuit quoque et lectorium et ostia diligenter de metallo argenti; sed et tectum throni altaris axibus operuit argenteis: fecit quoque et repam in loco anterioris tumuli, et altare extrinsecus ad pedes sancti Martyris fabricavit; tantumque illic, suppeditante rege, sua exercuit industria*, atque ita suum diffudit specimen, ut pene singulare sit in Galliis ornamentum, et in magna omnium admiratione usque in hodiernum diem. His Operibus mirifice perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus sedatis, ferocissimis etiam Vaceis ditioni propriæ hostili gladio subactis, mortuus est rex magnus et inclytus Dagobertus, et sepultus est in eadem sancti Dionysii basilica sub arcu in latere dextro. Eapendat nunc, si lubeat, singula hæc verba studiosus lector nullumque hæc inter reperiet, quod vel minimam de Sanctorum nostrorum reliquiis ad locum, quo S. Dionysio mausoleum extru-
cisse F Eligium produnt, aliunde a Dagoberto translatis, suspicionem movere sit natum. Idem ubique comparet tumulus, qui, eodem semper loco remanens, diversis tantummodo pretiosis ornamentis condecoratur ac dilatur.*

alio e loco,

* al suam
exercuit in-
dustriam

212 *Jam vero, cum res ita habeat, locusque, quo S. Dionysio mausoleum S. Eligius extruxit, alius indubie, uti inter omnes modo eruditos convenit, non sit, quam quo modo in San-dionysiano oppido celeberrimæ abbatiæ homonymæ ecclesia exstat, hinc sane et ex aliis, quibus, S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii corpora a Dagoberto aliunde in novam ecclesiam non fuisse translata, jam probatum, consecrarium fit, ut locus is ac proin et supra memoratus, quo Sancti nostri primum sepulti ecclesiamque, sibi a S. Genovefa erectam, nacti fuere, vici Catholiacensis ager, utpote, ut jam supra ostensum, a loco, quo dicta oppidi San-dionysiani ecclesia hodie cernitur, non diversus, præfatis sacris pignoribus, alio e loco, quo a Dagoberto fuissent inventa, advectis, a principe isthoc dilatus certissime haud fuerit. At vero, inquiet forsitan modo non nemo, si Dagobertus S. Dionysii duorumque ejus Sociorum quasita*

quo abs illo

LECTORA
C. B.

quæ sit a se corpora in vili ædificula, ut anonymus principis illius Gestorum scriptor memorat, non invenerit, inventaque ad novam, quam construxerat, ecclesiam non transtulerit, ut quid translatio, qua ea, cum a Dagoberto fuissent inventa, fuerint ab eo ad novam, quam extruxerit, ecclesiam translata, solenni quotannis festo xxii Aprilis die Parisiis celebratur? Ita utcumque pro Sanctorum nostrorum reliquiis, eo aliunde a Dagoberto translatis, potest argui; verum, etsi quidem anonymus Gestorum principis hujus scriptor, SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii quæ sit atque inventa corpora Dagobertum in novam, quam extruxerat, ecclesiam x. Kal. Maias, id est, xxii Aprilis die transtulisse, per verba num. 205 memoriæ prodatur, hi tamen, qui festo, die isthac Parisiis in Sanctorum nostrorum honorem quotannis celebrari solito, translationem illam recoli autumant, certissime falluntur. Id enim in omnibus prorsus, in quibus memorantur, seu Breviariis, seu Fastis sacris, non translationis, sed inventionis festum nuncupatur. Nec minus, qui cum Martyrologio Parisiensi, anno 1727 excuso, festi illius originem a Sanctorum nostrorum inventionem, Dagoberto ab anonymo principis hujus Gestorum scriptore loco supra cit. attributa, repetunt, hallucinantur.

fuerint inventa,

213 Etenim non tantum ædes sacra, quæ Sanctorum nostrorum corpora complectebatur, sed et ipsemet in illa existens, sub quo hæc quiescebant, tumulus Dagoberti ætate, imo et ante hanc, uti ex iis, quæ num. 202 et binis seqq. disserui, nemo non colliget, adeo erat natus, ut Dagoberto sane in sacra illa pignora, quo reperirentur, magnopere inquirendum haud fuerit, utque proinde, etsi etiam hæc, humo tumuli, sub quo jacere noscebantur, egesta, reperisse utcumque dici potuisset, tanti tamen hæc inventio faciendæ haud fuisset, ut instituto in ejus memoriæ festo meruisset quotannis celebrari. Ad hæc Usuardus aut certe (Sollerius nostrum in suis in Usuardum Observat. ad diem xxii Aprilis videtis) hagiologus alius antiquus, qui Dionysii, Rustici et Eleutherii inventionem ad xxii Aprilis diem annuntiat, indubie ad ea, quæ de repertis translatisque Sanctorum nostrorum reliquiis ab anonymo Gestorum Dagoberti scriptore asseruntur non respicit. Id enim si fecisset, enimvero illarum, non inventionem, sed translationem, utpote quam solam die illo a Dagoberto factam is refert, fuisset annuntiaturus. Hæc indubie, qui Parisiense anni 1636 Breviarium primum corrigere, observarint, hincque Lectioni, qua Sanctorum nostrorum notata in hoc ad xxii Aprilis diem inventio ad Dagoberti ætatem refertur, Lectionem alteram, qua ea paulo altius atque ab ipsis fidei, in Galliis stabilitæ, initiis repetitur, substituendam curarint. Pia mulier, quæ, quemadmodum in edendis Sanctorum nostrorum Actis num. xi refertur, tria Sanctorum nostrorum corpora clam terræ in agro, sementi recipiendæ parato, mandari curarat, mausoleum supra hæc, cum jam tepuisset persecutionis furor, erigere desiderans, agrique illius locum, quo fuissent recondita, haud satis noscens, sollicitè in ea inquire jussit, quæ situmque thesaurum, uti in iisdem Actis num. 12 adjungitur, tandem invenit.

214 A felici itaque hoc eventu Breviaria Parisiensia, annis 1690 et 1736 excusa, quæ præ oculis habeo, Sanctorum nostro-

rum, quam ad xxii Aprilis diem celebrandam proponunt, inventionem repetunt; et vero recte admodum: relatam enim in Actis edendis, non autem, quam anonymus Gestorum Dagoberti scriptor memorat, Sanctorum nostrorum inventionem die illo quotannis, instituto in ejus memoriæ festo, in diocesi Parisiensi celebratam semper fuisse, indubitatum e jam supra dictis apparet. Jam vero, cum hæc ita habeant, festum sane, quo SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii corporum inventio in diocesi Parisiensi quotannis celebratur, nihil omnino suppedilat, unde ea a Dagoberto inventa atque e loco, quo delituerant, ad locum, quo ecclesiæ, a S. Genovefa constructæ, novam substituerat, fuisse translata, utcumque concludas. Verum, etsi id ita sit, sacrisque illis pignoribus locum hunc a Dagoberto re etiam ipsa dilatum non fuisse, pro certo atque indubitato ex omnibus jam dictis videatur habendum, ea tamen ex antiquis, in quibus jacuerant, sarcophagis seu scriniis in nova a principe illo fuisse transposita, sat verosimile apparet. Id ea, quæ modo subjuncturus sum, suadent. In SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii corporum detectionis, medio circiter, ut infra videbimus, seculo xi factæ, relatione, a Felibiano ad San-dionysianæ suæ Historiæ calcem a pag. clxv adjecta ac Haymoni, San-dionysiano monacho, adscripta, cap. 5 sequentia hæc leguntur verba: In regis Dagoberti Gestis evidenter Gestis descriptum, quemadmodum memoratum Sanctum cum duobus Sociis honorifice posuerit in scriniis argenteis artificiosissimarum serarum atque obicem mirifica atque subtili diligentia, ut adhuc hodieque videri potest, interius munitis.

215 Quod in regis Dagoberti Gestis evidenter descriptum reperiri, hic asseritur, in ejusdem regis a San-dionysiano monacho anonymo conscriptis supraque a nobis jam sæpius laudatis Gestis nusquam reperio. In his quidem Dagobertus Sanctorum nostrorum corpora transtulisse memoriasque eorum auro puro et gemmis pretiosissimis ornasse cap. 17 memoratur; verum nulla uspiam in iisdem de scriniis argenteis, quibus illa Dagoberto fuerint inclusa, mentio occurrit. Crediderim ego, Haymonem aut eos certe, quibus hic verba, mox huc transcripta, attribuit, a sese id, quod alibi litteris notatum invenerant, in Dagoberti Gestis repertum, præ memoriæ lapsu erroreque aliunde oborto affirmasse. Ut sit, id equidem, quod de Sanctorum nostrorum corporibus a Dagoberto factum verbis illis traditur, veritati consonum vel idcirco reor, quod, cum antiquiora, in quibus Sancti nostri jacuerant, scrinia Dagoberti ætate alibi ac penitus præ vetustate corrosa verosimillime fuerint, fuisse illis substituta nova a principe illo, qui, quemadmodum ex Audoëni supra huc transcriptis verbis constat, S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii tumulum S. Eligii opera maxime ornavit, verosimillimum facit summa, qua in hosce enituit, generatio ac pietas.

216 Nec, quo minus Dagobertus Sanctorum nostrorum corpora ex antiquis scriniis transposuisset in nova credatur, impedire debet mausolei, abs hoc principe Sanctis nostris Eligii Opera atque industria erecti, descriptio, Audoëni verbis supra jam datis concepta. Licet enim in hac scriniarum novorum, quæ Sanctis nostris, Dagoberto jubente, fuerint confecta, nulla omnino mentio occurrat, id forsitan de scriniis illis silentium ex eo dumtaxat ori-

eo adiectis, haud locupletavit, licet interim ea

ex antiquis scriniis in novum

F

verosimiliter transtulerit.

A tur, quod Audoënus mausolei illius, a se descripti, exteriora dumtaxat seu terra eminentia ornamenta, non autem etiam, quæ infra hanc laterent, commemorare intenderit. Adhæc, cum mausoleum, uti apud Cangium in mediæ et infimæ Latinitatis Glossario videre licet, non tantum pro magnificentiori, qui in principis ejuspiam aut alterius illustrioris personæ honorem sit erectus, tumulo, sed etiam pro feretro, sepulcro aut loculo, quo Sancti ejuspiam contineantur ossa, a mediæ ævi scriptoribus accipitur, fieri potest, ut Audoënus, qui de uno dumtaxat mausoleo, S. Dionysio per Dagobertum Eligii opera erecto, loquitur, non tantum magnificentiorem tumulum, qui ex ornamentis, terra eminentibus, potissimum constituitur, sed et feretrum seu scrinium, cui S. Dionysii corpus fuerit inclusum, intellexerit.

§ XII. Quænam præterea in S. Dionysium ejusque socios Rusticum et Eleutherium venerationis argumenta, seculo VIII anteriora, inveniantur.

S. Dionysius, de cuius in oppido Sandionysiano ecclesia

Supra Sanctorum nostrorum corpora primo quidem, statim atque, reddita Ecclesiæ pace, a Christianis persequendis destititæ ethnici, mausoleum fuisse erectum, supra jam vidimus, uti etiam eodem, quo illa sub hoc quiescebant, modoque oppidum Sandionysianum stat, loco fuisse deinde a S. Genovefa in Sanctorum eorumdem, quos sanctissima hæc Parisiensium patrona pietate iuxta ac veneratione plane singulari prosequeretur honorem, ecclesiam exstructam. Verum, etsi quidem etiam, an huic, annis circiter, postquam a S. Genovefa ædificata fuisset, centum quinquaginta dumtaxat evolutis, collapsæ, nova a Dagoberto I, seculo septimo nondum medio e vivis sublato, fuerit substituta, jam examinarim, hactenus tamen, an monasterium, ecclesiæ isti adjunctum ac in Sanctorum nostrorum honorem pariter exstructum, suam debeat principi isti primam originem, haud discussi, nec hic etiam, quod res institutum nostrum haud propius attingat brevitatis sit studendum, sum discussurus. Quod si interim quisquam, quid de monasterii illius antiquitate atque initiis sit censendum, scire aveat, Dissertationem supra sæpissime jam laudatam, quam Sandionysianæ a se concinnatæ Historiæ Felibianus præmisit, potest consulere, ibique, Dagobertum, etsi communiter pro dicti monasterii fundatore ob regiam plane in id munificentiam haud immerito habeatur, prima tamen, contra ac cum eruditis non paucis aliquando ipsemet sensi, ejusdem fundamenta haud jecisse, argumento non uno § 2 probatum inveniet.

nonnulla adhuc

218 Porro, priusquam ab ecclesia, Sanctis nostris a S. Genovefa exstructa atque a Dagoberto instaurata, sermonem modo prætermisso, quod hic pariter exstruxerit, monasterio, ad alia in S. Dionysium ejusque Socios venerationis seculo VIII antiquiora argumenta convertam, nonnulla adhuc iis, quæ de sacro isto ædificio supra docuimus, lubet hic adjungere. Id non minus fidei, quam S. Genovefæ curis, uti ex iis, quæ in sanctæ

hujus Virginis Vita, primo loco a Bollandi edita, cap. 4 narrantur, palam fit, referri debuit acceptum, variisque a Deo, tam quæ, dum exstrueretur, quam quæ post evenere, miraculis, uti ex eadem S. Genovefæ Vita aliisque documentis antiquis intelligitur, fuit condecoratum. Hinc factum, ut, quemadmodum locus, quo a S. Genovefa fuit erectum, tremendus ac venerandus Sanctæ huic (Vitam præfatam num. 16 videsis) ob Sanctos nostros ibidem sepultos visus fuerat, ita etiam illud, ut par erat, in honore ab omnibus habitum, celeberrimum etiam sub Francorum primæ stirpis regibus evaserit; adeo ut peregrinationibus, ab extremis Franciæ finibus ad Sanctorum nostrorum tumulos institutis, tum frequentaretur, uti e S. Marii, Bodonensis in Gallia abbatis, Vita Operi nostro ad XXVII Januarii diem, qua is in Fastis sacris memoratur, inserta, fas est colligere. In hac scilicet ibidem num. 6 et 7 narratur, qua ratione sanctus ille abbas, qui, quemadmodum Bollandus in Præfatione seu Admonitione, dictæ Vitæ præmissa, num. 7 docet, seculo sexto floruit, Parisios ad S. Dionysii limina, aliis adhuc comitantibus, venerit, ibique, cum in gravem morbum incidisset, a S. Dionysio, sibi apparente, sanitati præter omnium expectationem fuerit miro modo restitutus. Nec peregrinationes tantum instituendi, sed et veritatem, quæ detegi alioquin non poterat, præstilo, ut tunc moris erat, ad Sanctorum tumulos juramento, detegendi causa solitum erat adiri.

219 Rei hujus, quod circa annum 561 sub Chilperico I, regnare tum exorso, locum habuit, exemplum, supra adhuc num. 202 memoratum, affert lib. 5 Hist. Franc. cap. 33 Gregorius Turonensis. Affert et duo lib. de Gloria Martyrum cap. 72 supra pariter adhuc memorata divinæ in eos, qui rapaces in sacram illam S. Dionysio ædem manus injicere ausi fuerant, justitiæ, anno 574 exercitiæ, exempla. Hæc utpote S. Dionysii miraculis accensenda, ipsimet infra, cum de hisce agam, sancti istius scriptoris verbis mox exponam; nunc dumtaxat a me, ut, quam pretiose in sacra illa æde exornatum tunc esset S. Dionysii sepulcrum, lectori in memoriam revocem, memorantur. Id videlicet, ut in illis divinæ justitiæ exemplis Gregorius docet, erat turritum, seu pyramidis in modum exstructum, nullisque pretiosissimis donariis ac inprimis columba aurea appensa, pallaque, qua operiebatur, holoserica, auro ac gemmis distincta, insigne; postea autem a S. Eligio, uti verbis, e sancti hujus Noviomensis episcopi Vita num. 211 huc transcriptis, fidem facit Audoënus, diversis affabre admodum ex auro argentoque majorem partem factis operibus tantopere, impensas suppeditante Francorum rege Dagoberto I, fuit ornatum, ut principem facile locum inter universa Galliæ totius ornamenta fuerit adeptum. Ceterum ecclesia magnifice adeo S. Dionysii tumulo seu mausoleo ornata, quam, ut dictum, a S. Genovefa seculo V exstructam, Dagobertus seculo VII instaurarat, stetit ad seculum usque VIII, media sui parte jam elapsedum, seu ad Pipini usque, Francorum regis, ætatem, qui, cum antiquum istud ædificium, ut monachus Sandionysianus anonymus supra adhuc laudatus, priori e duobus a se conscriptis Sæculique III Benedictini parti 2 insertis Miraculorum S. Dionysii libris, cap. 14 docet, deiecisset, novum illius loco, quod postea Carolus Magnus, ejus

hic memorantur,

F

LECTOR
C. B.

ejus filius, perfecit, fuit exorsus; qui autem hoc deinde, Sugero San dionysiano abbate curante, seculo duodecimo auctum fuerit, novumque post, quod ei, S. Ludovico regnante, substitui fuerat inceptum, anno 1281 ad supremum apicem fuerit perductum, apud Felibianum in Sandionysianæ abbatiæ Historia pag. 528 expositum invenies.

alias insu-
per alibi ac
inprimis in
Burdigalen-
si, uti e For-
tunati

220 Ad alias aliquot aliis in locis S. Dionysio ante seculum VIII exstructas ecclesias memorandas modo progredior. Fortunatus lib. I Poëmat. cap. XI sic canit:

Qui cupis egregium structorem noscere tem-
pli,

Tam pia non patiar vota latere tibi.

Longius hinc olim sacra cum delubra fuis-
sent,

Et plebs ob spatium sæpe timeret iter,

Exiguam dederat hic præsul Amelius arcem,

Christicolam populum nec capiente loco:

Quo vitæ claudente diem, dehinc prole gradu-
que

Venit ad hæredem hoc opus atque locus,

B Fundavitque piam hanc Papa Leontius au-
lam,

Obtulit et Domino splendida dona suo;

Quam venerandus habet propriam Dionysius
ædem,

Nomine sub cujus sanctificata nitet.

Hic modo versus, supra a nobis num. 146 jam transcripti, quibus S. Dionysii martyrium, necis-
que, quo id subit, genus celebratur, subjicit For-
tunatus, ac deinde prosequitur:

Nec angusta prius subtraxit fana sacerdos,

* al, facta

Hæc nisi perficeret, quæ modo culta * plac-
cent,

Assidue in prisco peragens cerimonia templo,

Donec rite sequens consolidasset opus.

Fortunatus sermonem hic facit de tribus diver-
sis ecclesiis, quarum primæ quidem, quod tanto
a civitate spatio esset remota, ut eo conferre sese,
quo divinis interesset officiis, plebs Christiana
formidaret, secunda ab Amelio, in ipsamet civi-
tate sita; secundæ autem huic, quod populo ca-
piendo haud sufficeret, tertia amplior ac copac-
ior a Leontio fuit substituta. Amelius, qui sub
annum 530 Parisiensi ecclesiæ præfuit, esse
ipsummet Amelium hic memoratum, ecclesiam-
que, abs hoc exstructam, aut alteram certe, quam
huic Leontius substituit, esse ipsamet intra ci-
vitatis Parisiensis muros sitam S. Dionysii de passu
ecclesiam, Launoii de Parisiensium Basilicis
cap. 4 atque alibi contendit.

versibus hic
recitatis col-
ligitur, civi-
tate,

221 Verum præterquam quod posterior hæc
ædes sacra, ut supra vidimus, multo serius,
quam seculo sexto fuerit exstructa, Leontius, in
versibus modo hic recitatis memoratus, Burdiga-
lensium, ipsomet fatente Launoio, fuit episcopus,
illiusque, uti in hisce non obscure declaratur,
memoratus a Fortunato Amelius in episcopali
cathedra, quod in Amelium, Parisiensium sub
annum, ut vult Launoii, 530 episcopum, non
quadrat, fuit decessor; cum autem, uti hinc con-
sequitur, tam Fortunati Amelius, quam Leon-
tius, Burdigalensium fuerit episcopus, nec ullus
umquam ecclesiam aut ab hoc aut ab illo Parisiis
dixerit exstructam, enimvero, quin de ecclesiis,
in civitate Burdigalensi per Amelium et Leon-
tium, Burdigalenses episcopos, exstructis, a For-
tunato in versibus huc transcriptis agatur, dubi-
tandum non apparet. Ac ecclesiam quidem, quam
Leontius exstruxit, in ipsamet civitate Burdiga-

lensi sitam fuisse, imo et hujus cathedralem ex-
stitisse, vel ex eo apparet, quod continuo in ea
Leontius, uti e supra recitatis Fortunati versibus
duo ultimi insinuant, divino vacavit officio; cum
autem res ita habeat, ecclesiasque, quam ibi e di-
ctis Leontius exstruxit, Deo fuerit, quemadmo-
dum Fortunatus (priores ejus mox huc transcrip-
ptos versus videsis) apertissime declarat, sub S.
Dionysii nomine consecrata, consequens est, ut
seculo sexto, quo, quemadmodum Dionysius Sam-
marthanus tomo I Gallix Christianæ Auctæ in
Archiepiscopis Burdigalensibus docet, Amelius
et Leontius Burdigalensem cathedram occupa-
runt, insignem plane Burdigalæ, quod ad insti-
tutum nostrum potissimum hic facit, S. Dionysius
cultum, Deo etiam ibi sub ejus invocatione ex-
structa ecclesia, sit adeptus. Reponit quidem Lau-
noii, nullam hodie Burdigalæ, quæ Deo sub
Dionysii nomine consecrata sit, existere ecclesiam;
verum, cum mille amplius annorum spatium,
quod ab Amelii et Leontii ætate effluxit, muta-
tiones non tot, quin plures, inducat, illa ejus ob-
jectio morari nos haud debet, hacque adeo ne-
glecta, prosequamur inceptum.

222 S. Perpetuus, Turonensis in Gallia episco-
pus, anno circiter, ut decessores nostri, de eo
ad VIII Aprilis diem, quo fastis sacris exstat in-
scriptus, tractantes, notarunt, 490 vita functus,
testamentum, ut Gregorius Turonensis lib. 10
Hist. Francorum, cap. 31 testatur, condidit;
in hoc autem, quod, a Dacherio primum tom. 5
Spicilegii vulgatum, decessores nostri observati-
onibus illustrarunt, ac porro ad dictum diem re-
cudendum curarunt, sequentia isthæc ibidem
num. 19 leguntur verba: Ecclesiæ S. Dionysii de
Rambasciaco calicem argenteum et crucem si-
militer argenteam, in cujus manubrio est reli-
quia de eodem S. Dionysio, do, lego. S. Dionysii
ecclesiæ, hic memorata, eadem forsitan est, quæ
in Pullaria generali diocesis Turonensis vocatur
S. Dionysii ad Ligerim ecclesiæ curata. Ita in
dictis Observationibus decessores nostri; verum,
si quod hic, voce forsitan dubitantium more ad-
hibita, aiant, veritati consonum re ipsa haud
sit, dictam equidem S. Dionysii ecclesiam in diocesi
Turonensi sitam fuisse, apparet indubita-
tum; ut proinde ibidem, quod ad institutum no-
strum hic sufficit, jam inde a seculo V stetisse ec-
clesiam, Deo sub S. Dionysii nomine seu invocatio-
ne consecratam, e laudato S. Perpetui testamento
habeamus compertum. Nec dubitandum apparet,
quin aliæ adhuc ante seculum VIII in pluribus aliis
Galliarum tum civitatibus, tum minoribus locis
ecclesiæ, quæ Deo sub S. Dionysii invocatione con-
secratæ essent, exstiterint. Licet enim præter jam
recensitas nullam prorsus, quæ tum Dionysii no-
mine fuerit donata, e scriptoribus monumentisve,
seculo octavo antiquioribus, nominatim assigna-
re queam, summa tamen, in qua tum Dionysius
fuit, veneratio dubitare me vix sinit, quin ali-
quot saltem ex ecclesiis, quæ tum subinde fuere
erectæ, Dionysii nomine insignitæ Deoque etiam
sub Sancti hujus invocatione fuerint dicatæ.

223 Ut sit, summa saltem tum Dionysium ve-
neratione fuisse gavisum, satis superque, quæ
tum de peregrinationibus, ad ejus sepulcrum se-
culo sexto institutis, tum de ecclesiis, seculo eo-
dem ac præcedenti in diocesi Burdigalensi ac Tu-
ronensi ei ædificatis, proxime hic disserui, osten-
dunt. Alia porro, quæ id ipsum suadent, ar-
gumenta juxerit etiam nunc adducisse. Fortuna-
tus, qui loco proxime cit. Dionysium ob mar-
tyrium

ante seculum
VIII dicatas
ecclesias,
summamque,
uti hic

A *lyrium fortiter toleratum celebrat, in Apostrophe, qua metrica postea a se scriptum de Vita S. Martini libellum ad variorum, quos, ut apparet, in amore ac veneratione prae ceteris habebat, Sanctorum sedes sacras, urbesque, horum cultui potissimum addictas, mittit, eum quoque ad ecclesiam, S. Dionysio prope Parisios sacram, properare jubet. S. Eligius, cum aliquando, ut in ejus Vita infra huc transcribendis verbis Audoenus refert, in S. Dionysii festo virum, membris omnibus contractum, prope S. Dionysii sepulchrum sanitatis obtinende causa jacentem invenisset, hunc, ut spem in Dionysio poneret, est hortatus, cumque haud multo post infirmus, fuscis pro eo ad Deum ab Eligio precibus, esset sanatus, prodigium, quo id factum, S. Dionysio voluit adscribi. Dagobertus I, Francorum rex, qui, quemadmodum supra vidimus, Sandionysianum prope Parisios ecclesiam quamplurimis muneribus locupletarat, ac S. Dionysii in hac tumulum magnificentissime ornavat, perpetuam etiam ibi psalmodiam instituit voluitque prae singulari plane in Sanctum veneratione, ut in eadem illa, in qua S. Dionysii corpus jacebat,*

B *ae sacra corpus suum terrae mandaretur. His operibus, inquit loco supra cit. in S. Eligii Vita Audoenus, mirifice perfectis, mortuus est rex magnus et inclytus Dagobertus, et sepultus est in eadem S. Dionysii Basilica sub arcu ("sic," ait tom. I. Annal. Benedict., pag. 370 Mahillonius, "transversam crucem vocat") in latere dextro. Dagobertus scilicet, uti e Fredegarii verbis num. 206 huc transcriptis fas est colligere, maximum in S. Dionysio spem habebat. Neque vero hac ei, si apparitio, qua S. Dionysius una cum SS. Martino et Mauritio Dagobertum demonibus eripuisse a variis narratur, eo saltem, quo id apud nos tom. 6 Septembris in Gloria S. Mauricii posthuma num. 255 explicatur, modo locum habuisse sit credenda, frustra existit.*

224 Gregorius Turonensis lib. 10 Hist. Francorum cap. 29 refert, qui S. Aredius, Atanensis apud Lemovices in Galliis seculo sexto abbas, de quo apud nos die xxv Augusti jam actum, in morbum, e quo obiit, lustrato prius S. Martini apud Turonas sepulchro; sit prolapsus, ac deinde subjungit: Sexta quoque negotiationis ejus (S. Aredii) die mulier, quae, ab spiritu immundo saepius vexata, a Sancto emundari non poterat, ligatis per se a tergo manibus, clamare cepit ac dicere. Currite cives, exsilite populi, exite obviam Martyribus confessoribusque, qui ad exsequium beati Aredii conveniunt. Ecce adest Julianus a Brivate, Privatus ex Mimate, Martinus a Turonis, Martialisque ab urbe propria. Adest Saturninus a Tholosa, Dionysius ab urbe Parisiaca, nonnulli et alii, quos caelum retinet, quos vos ut confessores et Dei Martyres adoratis. Scio quidem, haud multum energumenarum, qualis mulier, hic memorata, fuit, seu dictis seu visionibus tribuendum; verum Gregorius verbis hisce mox subdit: Haec cum in exordio noctis clamare cepisset, a domino suo revincta est, sed nequaquam potuit contineri: quae rumpens vincula ad monasterium (Aredii videlicet) properare cepit, moxque beatus vir spiritum tradidit, non sine testimonio veritatis, quod sit susceptus ab angelis. Mulierem quoque in exsequiis suis cum alia muliere nequiori spiritu vexata, ut est sepulchro tectus, Octobris Tomus IV.

a nequitia infesti daemoni emundavit. Et credo, ob hoc Dei nutu easdem in copore positus non potuit emundare, ut exsequia illius hac virtute glorificarentur; hinc autem apparet, Gregorium certe visionem seu, si id nominis praeplaceat, extasiam, qua, quam memorat, energumena imminens S. Aredii obitum praedixit, despectui haud penitus habuisse. Ut sit, cum equidem energumena illa Sanctos, quos ad S. Aredii exsequias progredi clamavit, fuisse tunc ut confessores ac Dei Martyres honoratos pronuntiavit, nec id, nisi res ita habuisset, factura fuisse videatur, consecrarium fit, ut tum certe Dionysius, quem Sanctis illis ea accensuit, veluti Dei martyr ac confessor honoratus a fidelibus fuerit. Porro summa, qua, uti e jam dictis liquet, S. Dionysius ante octavam etiam seculum fuit gavisus, veneratio incrementa identidem e crebris ad tumulum ejus factis miraculis haud dubie acceperit.

225 Anonymus Actorum edendorum author num. 13 sic scribit: Christiani basilicam supra Martyrum (Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii) corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt; ubi quotidie, operante Domino nostro Jesu Christo, merita eorum virtutum probantur monstrari frequentia; et experiuntur infirmi, quantum Dei Famulos conveniat honorari, ubi recipit caecitas visum, debilitas gressum, et obstructae aurium januae recipere merentur auditum. Ita ille; verum, etsi quidem, in ecclesia, supra Sanctorum nostrorum corpora exstructa, seu ad eorum tumulum relate sua, id est, (comment. hujus num. 16 vide sis) seculo septimo senescente ineunte octavo, frequentissima evenisse miracula, luculentissime sane his verbis prodant, nullum tamen in particulari recenset. Quo itaque rem, quam lectori puto futuram non ingratam, hic praestem, pauca saltem nominatim aliunde accepta, et vel ad S. Dionysii tumulum vel ejus certe patrocinio patrata miracula ei ob oculos modo ponam. Miraculum, quod S. Mario, Bodanensi in Galliis seculo sexto abbati, accidisse, cum ad S. Dionysii limina seu tumulum venisset, num. 218 insinuavi, apud Bollandum loco ibidem cit. in sancti illius abbatis Vita num. 7 sequentibus hisce narratur verbis: Illud etiam dignum duximus annectendum, quod, antequam de civitate illa (Parisiensi nimirum Marius) egrederetur, non sine suorum maestitia multum cepit infirmari. Nocte igitur insequentis membra languore fere praemortua lecto collocavit; sed in ipso noctis spatio sic divina ei subvenit clementia, ut summo mane laetus et incolumis surgeret, et socios ad iter agendum hortaretur. Cum autem omnes, qui aderant, de ejus subita valetudine mirarentur, ait: S. Dionysius in ista nocte ad me venit, me tetigit, et sui praesentia me pristinae sanitati restituit.

226 Apud Dacherium tom. 5 Spicilegii exstat S. Eligii, Noviomensis episcopi, qui anno 665 obiit, Vita, supra adhuc a nobis laudata, atque ab Audoeno, authore aequali, conscripta; in illa autem sanctus hic biographus lib. I, cap. 23 sic scribit: Denique quodam tempore cum anniversaria Parisius sancti Dionysii martyris celebraretur passio, dum vigilia a clero caneretur in choro, egressus Eligius templo deambulabat in atrio, viditque eminus virum, cunctis membris contractum, contra Sancti sepulchrum jacere in pavimento, a Deo forte inspiratus, 120 aegri

AUCTOR
C. R.

quorum hic
unum e S.
Martii biogra-
pho,

E

F

alterum e S.
Eligii

AUCTORE
C. B.

ægri mox astitit lateri, blandeque eum compellans, cœpit ab eo inquirere et tempora claudicationis et causam suæ ægritudinis, sciscitans, an haberet spem in Christo, si se crederet quandoque sanandum, an etiam crederet, se post mortem resurrecturum et præmia vel pœnas ob meritum qualitatem recepturum: cumque ille ejus secutus verba cuncta hæc se credere fateretur, rursus Eligius inquit: Si ergo hæc, ut astruis, credis, cur hic inaniter jaces? roga magis hunc Sanctum, ut intercedens apud Dominum reddat te protinus sanum. Et cum ille ob id se illic excubare diceret, intuens eum Eligius, ait: Et credis, quod possit hæc Sanctus iste apud Dominum obtinere? At ille cum eadem prosequeretur, dixit iterum Eligius: Si ergo hæc, sicut polliceris, credis, promitte modo, Deo te deinceps servitutum, et vide, ne trepidet fides tua, et absque mora sanabit te Dominus iste.

per S. Audouenum Vita

227 Illo autem in omnibus fidem dante, fixit genua Eligius super terram et prolixè oravit, deinde, oculos pariter et palmas ad cælum tendens, Dominum Jesum fide plenus promissionis suæ fideliter admonuit, qua dicit: « Quidquid credentes petieritis, fiet vobis. » Et, « Si habueritis fidem, majora horum facietis. » Cumque hæc pleno pectore, fide ac devotione deposceret, conversus ad ægrum, apprehensaque dextera ejus, ait: Si indubitanter credis, sicut promittis, in nomine Jesu Christi surge, et sta super pedes tuos. Hæc dicens attraxit eum ad se fortiter, et illico, nexibus artuum resolutis, elevatus æger stetit, et mox consolidati sunt pedes ejus et membra, et sanatus est ex ipsa hora; cui comminans et contestans præcepit Eligius, ut, si nollet rursus talia pati, nullum aliud sanitatis verbum cuiquam ediceret, nisi quod Dominus Jesus per sanctum Dionysium eum sanasset. Præcipue quidem S. Eligio, quod ab Audoueno hic narratur, miraculum adscribendum videtur; verum in eo partem etiam, ut apparet, S. Dionysius habuit, voluitque Eligius, ut id a viro, in cujus monachiam fuerat patraturum, adscriberetur S. Dionysio, ad cujus hunc sepulcrum, quo sanitati restitueretur, jacentem repererat. Porro, cum Audouenus miraculum, quod ad S. Dionysii tumulum evenisse hic narrat, Parisius patraturum insinuet, hinc iterum, Dionysii tumulum ecclesiamque non extra, sed intra civitatis Parisiensis muros Eligii ætate seu seculo VII existitisse, Launois contendit; verum Audouenus alique seculi VI, VII et VIII scriptores per vocem Parisius, ut num. 186 et seq. docui, non solum Parisiensem civitatem, sed et hujus suburbia ac totum territorium plerumque designant. Cum itaque nos hic morari Launois haud debeat, quod aggressi modo sumus, prosequamur.

ac duo denique alia e Gregorio Turonensi

228 Gregorius Turonensis lib. de Gloria Martyrum cap. 72 sequentem scribit in modum: Dionysius vero episcopus Parisiorum urbi datus est martyr; tempore vero, quo Sigibertus rex cum exercitu ad urbem illam venit, et maximam vicorum ejus partem incendio concremavit, quidam de primoribus ejus ad basilicam ante dicti Martyris properat, non orationis devotione, sed tantum ut aliquid frandaret ab æde: qui scilicet, ubi reserata ostia ac vacuum templum a custodibus reperisset, pallam holosepticam, auroque exornatam et gemmis, quæ

sanctum tegebat sepulcrum, temerario ausu diripuit, secumque sustulit. Veniens autem ad castra, fuit ei necessitas navigandi, cumque puer ejus, quem tunc creditum habebat, suspensis ad collum ducentis aureis, navem cum eodem ascendisset, subito a nullo tactus, de navi deruit, oppressusque aquis namquam potuit inveniri. Ille quoque judicium Dei in se cernens per pueri amissionem et auri, velociter litori, de quo digressus fuerat, remeavit, palamque sepulcri summa velocitate restituit. Et licet hoc fecerit, tamen diem, in quo hæc admiserat, recurrente anni circulo, non addigit. Alius autem super sepulcrum sanctum calcare non metuens, dum columbam auream lancea quærit elidere, elapsisque pedibus ab utraque parte, quia turritus erat tumulus, compressis testiculis, lancea in latere defixa, exanimis est inventus. Id non fortuito contigisse, sed judicio Dei gestum, nullus ambigat.

229 Ex eo, quod Sigibertus ad urbem Parisiensem, quod anno 574 factum, venisse maximamque ejus vicorum partem incendisse hic dicatur, antiquam Sah-dionysianam ecclesiam martyrumque Dionysii ac sociorum ejus Rusticii et Eleutherii sepulcra in ipsa Parisiorum urbe tunc existitisse, Launois contendit. Verum, vel Sigibertum, vel exercitum ejus Parisios esse ingressum, Gregorius non scribit. Imo vero nec hunc, nec illum id fecisse, Gregorius, lib. 4 Historiæ Francorum cap. 50 de eadem, de qua verbis proxime datis, Sigiberti expeditione sermonem instituens, aperissime prodit, utpote ibidem scribens, a Dagoberti exercitu vicis, non qui intra, sed qui circa Parisios erant, fuisse incensos. Ad Cointium in Annal. ad annum 574, Ruinartii in proximè huc transcriptum Gregorii textum observationem, et in ecclesiæ Parisiensis Historia Gerardum du Bois. Porro textus ille duo, ut jam supra monui diviniæ justitiæ in eos, qui fuerant in San-dionysianam ecclesiam injuriæ exercitiæ exempla complectitur; hisce autem, pariter a se recensitis, monachus San-dionysianus anonymus, miraculorum S. Dionysii, quæ Sac. III Benedict., part. 2 exstant excusa, priores duos libros litteris complexus, lib. I, cap. 2 subdit: Nec putandi sunt sancti Martyres, ævum in cælo agentes, hominibus, quod in terra contemserint, aurum præferre, sed ideo Deum in paucis eorum, immo suas ulcisci injurias ne sacrilegia impune agentium exemplo multorum infectæ animæ in perpetuum pereant.

230 Idem author in Opusculi sui Prologo conqueritur, quod, quæ post Caroli Magni ætatem ad S. Dionysii tumulum evenere, miracula litteris præ negligentia haud commenduntur, sicque in oblivionem cadant; verum pari aut etiam potiori jure conqueri potuisset, quod tam pauca ex iis, quæ Caroli Magni principatu, imo et integro seculo VIII anteriora sunt, litteris inveniuntur mandata. Sane præter paucissima illa, quæ modo in medium hic attuli, nulla prorsus alia, dicto seculo VIII anteriora, invenire quivi. Anonymus quidem Gestorum Dagoberti scriptor, plus semel adhuc supra laudatus, apud Bouquetum Rerum Gallicanarum Scriptorum tom. 2, cap. 4 et aliquot segg. diversa, quibus tandem, ut seculo VII San-dionysianum monasterium adjunctaque ei ecclesia a Dagoberto conde-

narrantur, miracula, a S. Dionysio, E

cui et alia ab anonymo Gestorum Dagoberti

A *retur, mirifice sit factum, miracula prodit memorie; verum hæc omnia non esse nisi mera figmenta, a San-dionysiano illo monacho anonymo, ut monasterii sui initia augustiora faceret, excogitata, eruditi hodie unanimi consensu omnes affirmant; ut certe hic locum neutiquam sibi vindicent. Idem quidem author aliud adhuc miraculum, dictum in finem non confictum, cap. ultimo narrat sequentibus hisce verbis: Hludowius (Clodoveus II) itaque rex cunctis diebus absque bellis in regno pacem habuit; sed, fortuna impellente, quodam in extremis vitæ annis ad supra dictorum Martyrum corpora quasi causa orationis venit, volensque eorum pignora secum habere, discoopere sepulchrum iussit.*

autore as-
singuatur,

231 Corpus autem beati et excellentissimi martyris atque pontificis Dionysii intuens, minus religiose, licet cupide, os brachii ejus fregit et rapuit, confestimque stupefactus in amentiam decidit. Tantusque terror et metus ac tenebræ locum ipsum repleverunt, ut omnes, qui aderant, timore maximo consternati, fugæ præsidium peterent. Posthæc vero ut sensum recuperaret, villas quasdam ad ipsum locum tradidit; os quoque, quod de sancto corpore tulerat, auro ac gemmis miro opere vestivit, ibique resposuit. Sed sensum ex aliquantula parte recuperans, non autem integre recipiens, post duos annos vitam cum regno finivit; verum, si Clodoveus, uti hic a præfato anonymo, a Fredegarii continuatore, Hermannno Contracto aliisque narratur, in amentiam vere incidit, id equidem ei ob fractum et raptum S. Dionysii brachium non obvenisse, Hadrianus Valesius Rerum Francicarum lib. 20, pag. 212 contendit. Nec, ut contrarium sentiret, moveri potuit Francorum regum Gestis, a Bouqueto tom. 2 Rerum Francicarum pariter editis, in quibus, Clodoveus brachium B. Dionysii martyris, instigante diabolo, abscidisse, ac per idem tempus regnum Francorum pestiferis casibus concidisse cap. 44 legitur. Et vero, cum author, qui illa Francorum Gesta in litteras misit, Historiam suam non secus ac Gestorum Dagoberti scriptor anonymus, putidissimis fabulis, ut Bouquetus aliique merito affirmant, commaculavit, non est sane, cur ob id, quod de S. Dionysii Brachio, per Clodoveum, instigante diabolo, surrepto narrat, relatum a dicto sublestæ admodum fidei Gestorum Dagoberti scriptore anonymo miraculum, quo Clodoveus ob admissam in surripiendo S. Dionysii brachio irreverentiam divinitus amentia fuerit punitus, veritati certo consonum arbitremur.

patris,
identidem
auctam, est
consecutus,

232 Id non a veritatis studio, sed a comminiscendi licentia promanasse, Rerum Francicarum lib. proxime cit. pag. 213 suspicatur laudatus Valesius. Audi, qui ibidem loquatur. Facile, inquit, adducor, ut credam, monachos Historiæ nostræ scriptores, ut semper rerum suarum admodum tenaces fuerunt, Chlodoveum ob fractum B. Dionysii brachium nimæ audaciæ ac sacrilegæ cupiditatis arguisse, et, quod, Deo auctore aut saltem propitio, actum videri poterat, diaboli instinctu actum affirmavisse, confestimque principem insanum factum esse finxisse, ut omnes tam memorabili exemplo a simili conatu detererent, nec quisquam postea reperiretur, qui venerabilibus Beatorum reliquiis apud ipsos asservatis manus adjiceret, sacrisque eos depositis ac suis veluti thesauris

spoliaret. Ita hactenus ille; rectene, an secus, lector statuat. Undecumque interim præsum illud miraculum profluxerit, id ego, non secus ac reliqua omnia ab anonymo illo Gestorum Dagoberti fabulatore narrata miracula, figmentis incertis saltem narratiunculis autumo accensendum. Verum, etsi ea sedeal sententia, certa equidem atque indubitata prorsus reor pauca, quæ e S. Marri biographo, e S. Audoeno et e S. Gregorio Turonensi supra retulimus, miracula, nec dubitandum apparet, quin ex hisce aliisque ad S. Dionysii tumulum, alibique ejusdem patrocinio ante seculum VIII patris summopere identidem, qua Sanctus plurimis in locis gaudebat, veneratio tum increverit, ut jam supra asseruit, quodque hic repeliisse modo contentus Commentario huic finem impono.

A ANONYMO.

ACTA,

Auctore Anonymo,

E

Ex editione a, a Felibiano ad abbatie San-dionysianæ Historiæ calcem adjecta.

PROLOGUS.

Unde ea, quæ scripturus est, author hauserit, declarat, nonnullaque de Apostolis eorumque successoribus præfatur.

Gloriosæ Martyrum passiones, et pretiosa Domino spectante certamina, quamquam digna sint pro miraculorum dignitate conscribi, nequeunt tamen sine formidinis trepidatione compleri, quia cum magnarum rerum consideratur assumptio, non immerito operis timetur magnitudo, eo quod tantum sermo tenuis explicare non valet, quantum de se dici veritas passionis imponit. Tamen expositio tantæ rei arduum licet habere videatur initium, in hoc mens trepidatione respirat, quod opificem suum magisterium divinæ instructionis informat, et inchoantis initium ingenii præstitione commendat. Hæc ergo consideratione audaciam nimæ temeritatis assumens, quæ longo temporis fuerant obumbrata silentio, ipsius divinitatis auxilio suscepta sunt revelanda. Quia ut habet testimonium veritatis, plus fidelium sunt relatione comperta, quam probentur ad nos lectione transmissa b.

Author esse,
quæ diu fuerant obvolu-
ta silentio, e
fidelium relatione,

F

2 Unde non sine certa æstimatione cognoscitur, quod novitas adhuc credentium populorum, Gentilium crudelitate conterrita, formidavit scribere, quod tamen gaudebat Dei famulos meruisse, cum sine dubio judicentur scripta, quæ fidelium sermo testatur impleta. Credendum enim de his est, et, abstersa dubietatis nube, totis viribus confitendum, eos, qui pro confessione Domini ac Dei nostri digni fuerunt subire martyrium,

b
pauciora etiam, quam deberet, recolente, litteris commendaturum, affirmat,

A. ANONYMO.

martyrium, etiam ampliora tolerare valuisse, quam videtur succedentibus ætatibus relatio per populos transmissa recolare. Id ergo supplicatio communis obtineat, ut veniam consequatur devotus, si quid de virtutibus prætermisit ignarus. Nam etsi omnia non esse solvantur, credere tamen universitas mereatur, ut de Dei famulis etiam majora sentiat, quam sermo passionis explanat. Qualiter enim cultorem Domini locus ejus gaudens patrocinio habere promeruit c, quomodo aliorum Sanctorum victum illi agnoverimus fuisse consortium, sicut fidelium relatione didicimus ipsorum juvenamine martyrum, quantum de se scire tribuant, explicemus d.

nonnullisque generatim de Apostolorum eorumque successoribus,

3 Post Domini nostri Jesu Christi salutiferam passionem, post Resurrectionis unicæ singularisque mysterium, post Ascensionem ejus, qua manifestavit hominibus numquam se defuisse quo rediit, Apostolorum prædicatio universis gentibus profutura successit. Qui cum imminere suas cernerent passiones, quod Domino nostro Jesu Christo docente didicerant, repleti spiritus Sancti gratia docuerunt; adeo ut, fide crescente, non pauci mererentur fieri Confessores, quos modo Ecclesia catholica gaudet promeruisse Martyres. Hos ergo quorum virtutem persecutorum non prævaluit superare conflictus, quos ad auri similitudinem, reddidit flammæ examinatæ pretiosos, ad suscipienda mandata Domini idoneos Apostolorum esse judicavit electio, quibus Evangelica semina semper a gentibus servanda committerent, electisque viris Dei dispositione providenter honorem decreverunt episcopatus adjungere, quo facilius eorum prædicationibus acquisiti ad ministerium sacri proveherentur altaris.

ac nominatim de Saturnino et Paulo Narbonensi præmissis, ad argumentum suum sese accingit.

4 Ex qua Confessorum turba, sanctum et venerandi meriti Saturninum et urbs Tolosana promeruisse gaudet episcopum, quem impietas spectantis populi posterioribus tauri multis ex funium nexibus ligatum dedit Capitolii gradibus illidendum. Ubi sancti capitis soluta compage crebrum frequentis illisionis dispersit injuria: sed talem dicessem, ad Dominum secutus est ascensus. Felix tanti meriti, tantæque persona virtutis, cui concessum est, primum esse doctorem, post, martyrem, qui quod docuit verbis, e

C

f

beatissimus Paulus, f antistes atque confessor, Narbonensem provinciam salutari acquisivit eloquio: quem ita labor domesticæ tribulationis exercuit, ut verum Domini esse famulum approbares. Sed gratias tibi, Domine Jesu Christe, qui infestantis inimici tela probationem fidelium tuorum permisisti esse, non vulnera, et talem tuis præstas pro labore mercedem, ut nullum tuorum fuisse gaudeat hostis imbellem. Dum ergo ad peculiaris Patroni g gesta suscepti officii tendit obsequium, non ex asse, quæ de Servo Dei sunt compta, prosequimur, sed, immemores sui non fuisse, sufficiat, in talibus enim causis magis convenit fideles credere, quam possit relatio humana monstrare.

ANNOTATA.

a De hac alteraque anteriori horum Actorum editione Comment. prævium num. 1 et 21 videsis.

b Vel hinc, exiguum dumtaxat fidem mereri anonymum horum Actorum auctorem, non inepte colligas. Adi Comment. præv. num. 18 et seq.

c Per locum, cultoris Domini seu Dionysii patrocinio gaudentem, auctor certe non alium hic intelligit, quam qui ætate sua S. Dionysii corpus complectebatur, assidueque Sancti hujus patrocinio patris miraculis, ut infra num. penultimo scribit, honorabatur; cum autem locus hic, uti ex iis, quæ num. 12 et seq. memoriæ prodit, intelligitur, esset is ipsis, quo Sanctorum nostrorum corpora, curante muliere ethnica, terræ fuerant mandata, consecrarium fit, ut hæc ab eo tempore, quo primum fuerant humata, ad suam usque ætatem eodem semper loco quiescente auctor noster existimavit.

d Vide, quæ jam monui ad lit. b.

e De sancto hoc Martyre ac primo Tolosano episcopo, qui eodem, quo S. Dionysius, tempore in Gallias ad prædicandum Evangelium venit, loco non uno sermonem in Comment. prævio institui, deque eo pluribus, cum ad xxix, quo Fastis sacris exstat insertus, Novembris diem ventum fuerit, erit agendum. Consuli interim possunt egregia plane ejus Acta, a Ruinartio inter sincera et selecta a pag. 109 relata; ubi illum re vera eo, quo hic refertur, modo martyrium subiisse, studiosus lector inveniet.

f Hunc quoque cum SS. Dionysio, Saturnino aliisque quatuor episcopis seculo tertio medio in Gallias Evangelii prædicandi ergo missum, Gregorius Turonensis lib. 1 hist. Francorum cap. 28 memoriæ prodit; ast hic a veritate devium esse hunc scriptorem, non pauci contendunt. Reclene, an secus, statuere poteris ex iis, quæ ad xxii Martii diem, quo S. Paulus, Narbonensis episcopus, in Martyrologio Romano aliisque Fastis sacris annuntiatur, de sancto hoc confessore commentatus est Henschenius noster. Nec supervacaneum fuerit etiam consulere tom. 4 Monument. Ecclesiast. a pag. 169 Tillemontium.

g Ex hoc, aliisque, de quo jam hic ad lit. c, textu, anonymum nostrum Actorum auctorem et in S. Dionysii monasterio scripsisse, et pro peculiari patrono Dionysium habuisse, monachumque adeo aut etiam abbatem San-dionysianum ecclitisse, Dominus Le Beuf in novis suis in Historiam Parisiensem Observationibus, in Commentario, Actis hæc prævio, sæpissime laudatis, existimavit; verum de re hac censendum quid arbitrer, ibidem num. 17 et seq. exposui.

CAPUT UNICUM.

S. Dionysius Parisios venit, Christum ibidem idololatriis annuntiat, ecclesiam ædificat, cum sociis Rustico et Eleutherio, persecutione exorta, capitur, martyrioque cum eis affectus, locum, quo omnes tres clam terræ mandantur, mausoleo primum ac dein ecclesia decoratum, miraculis etiam reddit illustrem.

Igitur S. Dionysius, qui, tradente sancto Clemente Petri Apostoli successore, Verbi divini semina gentibus eroganda susceperat, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illic intrepidus et calore fidei inflammatus accessit, ac Parisius, Domino ducente, pervenit *a*, non veritus incredulæ gentis expetere feritatem, quia virtutem suam præteritarum poenarum recordatio roborabat, et, qui meruerat esse confessor, non cunctatus est atrocibus populis accedere prædicator. Tunc memorata civitas et conventu Germanorum, nobilitate pollebat, quod esset salubris aëre, jocunda flumine, fecunda terris, vineis uberrima, et arboribus nemorosa, constipata populis, referta commerciis, rursumque insulæ potius, quam urbis spatium, quod habitationi circumfusa fluminis unda præstabat, crescentibus consistentium catervis reddebatur exiguum, et jocunditatis sollicitatione contraxerat *b*.

6 Hunc ergo locum Dei Famulus elegit expetendum. Ad quem cum primum fide armatus et constantia confessionis accessisset intrepidus, ecclesiam, illis quæ necdum in locis erat, et populis illis novam construxit, ac officia servientium clericorum ex more constituit *c*, probatasque personas honore secundi ordinis ampliavit. Cinctus ergo fide et jam constructione basilicæ roboratus, Deum gentibus non desinebat insinuare, quem noverat, ejusque omnibus et iudicium et misericordiam anteponebat, paulatim sociabat Deo, quos diabolo subtrahebat. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda gentilium non minus miraculis, quam prædicationibus obtineret, *d* miroque modo inermi viro non valebat plebs armata resistere, sed subdebat se illi certatim Germaniæ cervicositas, et jugum Christi suave imponi sibi arcta cordis compunctione posebat.

7 Ab ipsis quoque destruebantur idola, quorum sumptu fuerant, et studio fabricata et invento salutis portu idolorum gaudebant perire naufragia. Lugebat portio victa Diaboli, cum de ea victrix Ecclesiæ legio triumphabat *e*. Tunc hostis antiquus videns sibi perire, quod Domino constabat assidua populorum conversione proficere, totam artificii sui machinam ad impu-

gnandum, quæ fuerant constructa, convertit, et suæ partis auctores, deorum suorum fentes exitium, ad impietatem subitæ persecutionis armavit, ut eos, qui unum et verum Deum colendum insinuaverant et timendum, perdere diversitate supplicii maturarent, ne superesse posset, qui valeret acquirere, quod peribat.

8 Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur, et contra Dominicum populum pugnaturo conspirat, non cunctati appetere gladio, quos Dominus suos suo monstraverat esse signaculo. Itaque cum occidui orbis partem pro Christianorum inquisitione percurrerent, sanctum Dionysium, contra incredulos dimicantem Parisius reperiunt: cum quo Rusticum presbyterum et Eleutherium archidiaconem *f* persecutionis furor invenit. Hi beati Viri a S. Dionysii numquam se sustinuerunt abesse præsentia, quos in unum interrogatio persecutoris invenit, sed reperire non potuit, quem a societate martyrii separaret.

9 Interrogati, unum et verum in Trinitate Deum confitentur. Deinde terrore subjuncto, multisque affecti injuriis, vel suppliciis, macerati Christianos se esse testantur, visoque percutientis ictu, Domini ac Dei nostri se famulos magna confessionis voce pronuntiant. In hac ergo fidei constantia permanentes, reddentes terræ corpora, beatas cælo animas intulerunt, talique ad Dominum meruerunt professione migrare, ut, amputatis capitibus, adhuc putaretur lingua palpitans Dominum confiteri. Beata nimum, et Deo grata societas, inter quos nec primus alter potuit esse, nec tertius; sed Trinitatem confitentes meruerunt venerabilem locum trino decorare martyrio *g*.

10 Metuentes igitur percussores ne conversi populi fidelissima probataque devotio Sanctorum corpora profutura sibi, et Reliquias ad patrocinium tumularent, elegerunt, terris Sequanæ, profundisque gurgitibus Martyrum corpora perdenda committere, quæ imposita navibus ad prævisum jubentur gurgitem destinari. Tunc matrona quædam *h*, licet paganorum implicata teneretur errore, conversionem tamen se desiderare mente monstrabat, et opere facere aliqua cogitans Domino placitura, usa subtilitate consilii, ad convivium venire postulat percussores, et dum *F* eis copiam oblatæ humanitatis expendit, a memoria eorum quæ susceperant agenda discussit, ac fidelibus suis secreta ordinatione committit, ut subtracta furto corpora diligens elaboraret occultare provisio.

11 Qui dominæ ordinatione comperta, festinanter quod eis præceptum fuerat exequuntur, furtumque laudabile in sexto ab urbe memorata lapide, id est, in arata, quam seminibus præparaverant, terra, industria colentis abscondunt *i*. Facta deinceps, ut moris est, satione, nec sum seges negavit obsequium, quæ tali fecundata pinguedine, sic in ea beneficium ubertatis effudit, ut centuplicatos fructus et cultor acquireret, et patria mereretur. Pubescente vero segete, diu latuit quod erat Parisiorum populis profuturum.

12 Antedicta tamen materfamilias horum non immemor secretorum, cum primum persecutionis tepuisse vidit fervorem, locum tantorum Martyrum ossa servantem, qua oportuit sollicitudine requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit *k*. Unde postmodum

A. ANONYMO.

persecutione exorta, cum sociis suis Rustico et Eleutherio capitur.

idemque omnes tres libere professi capite tandem post varia supplicia truncantur.

sepulturam, quæ corporibus suis, quæ in Sequanam conjicere licet, obire medicantur.

h

pio feminæ astu in agro arato nacti,

i

locum hunc, mausoleo primum ac dein ecclesia decoratum,

k

A. ANONYMUS. postmodum Christiani basilicam supra martyrum corpora magno sumptu, cultuque eximio construxerunt l: Ubi quotidie, operante Domino nostro Jesu Christo, merita eorum virtutum probantur monstrari frequentia; et experiuntur infirmi quantum Dei famulos conveniat honorari, ubi recipit cæcitas visum, debilitas gressum, et obstructæ aurium januæ recipere merentur auditum.

miraculis
etiam red-
dunt illus-
trem.

13 Sed nec illud silendum est, quod immundi spiritus infestatione vexati, dum ad memoratum locum examinandi virtute divina ducuntur, Sanctorum iis eorum coguntur imperio, quo quisque Martyrum sit positus loco, designatis nominibus indicare. De quorum passione VII. Idus Octobris Dominus non gaudere voluit m, qui centesimum esse fructum Martyrum repromisit, cui est honor et gloria, virtus et imperium in sæcula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Pro verbis, quibus hic S. Dionysii missio Clementi Pontifici Romano adscribitur, in Actis, prout a Bosqueto primum fuere vulgata, sequentia hæc leguntur: Sanctus igitur Dionysius, qui, ut ferunt, a successoribus Apostolorum, verbi divini semina gentibus eroganda suscepit, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem illuc intrepidus et calore fidei inflammatus accessit, Parisios, Domino ducente, pervenit. Verum, etiamsi S. Dionysii missio nequam Clementi, Romano Pontifici, attribuenda nobis videatur, lectionem tamen, qua id in recentiori Actorum editione, a Felibiano curata, fit, esse genuinam, arbitramur. Comment. prævio num. 24 videsis.

b Ultima periodi hujus pars in Bosquetiana Actorum editione sic redditur: Et jocunditatis sollicitatione in unum plebs acta commigrans pene territorium suum intra murorum conclusionem contraxerat. Porro ex hoc alioque subiecto, quo S. Dionysio sese subdidisse Germaniæ cervicositas traditur, Actorum textu, quoddam horum authori Sancti cuiuspiam, qui medio ævo circa Rhenum vixerit, Vitæ exemplar præluavis-
c, ex eoque partim civitatis Parisiensis hujusque incolarum, quam suppeditat, descriptionem mutuatum illum esse, dominus le Beuf, ecclesiæ Autissiodorensis canonicus et succentor supra sæpissime laudatus, in novis suis in Bosquetiana S. Dionysii Acta Observationibus, anno 1739 Lutetiæ vulgatis, suspicatur. Verum, immerito sane id abs illo fieri nemo non existimet, qui, quæ ea de re in Comment. prævio num. 12 et seq. disserui, expenderit. Quid porro e duobus dictis textibus, seu potius e Germanorum et Germaniæ, quæ in hisce occurrunt, nominibus pro tempore, quo Acta exarata sint, determinando conficiendum appareat, in eodem Comment. prævio num. 13 et tribus seqq. edocui. Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Historia lib. 1, cap. 3, num. 6, recitatis aliquot horum Actorum verbis, subjungit: Hæc ex Actis, quæ quidem scripta sunt, postquam Franci, orti ex Germania, trajecto Rheno, Galliam invaserunt, et Francorum reges Lutetiæ sedem regni constituerunt; in his enim nonnulla reperiuntur, quæ auctor Actorum ad ætatem Dionysii transtulit, et quæ, Francis occupantibus Gallias, Lutetiæ congruebant. Ita ille, recte quidem ex eo, quod nonnulla, quæ Lutetiæ non prius, quam Fran-

cis occupantibus Gallias, locum habuere, ad Dionysii ætatem Actorum author transtulerit, scripta demum hæc esse, postquam Francorum reges, occupatis Galliis, regni sedem (adi num. 15 Comment. prævium) Lutetiæ constituere, concludens. Verum, cum S. Cerannus, qui inter annum 601 et annum 625 Parisiensi ecclesiæ præfuit, Lutetiæ seculo demum VI (Comment. præv. num. 14 et 15 videsis) a Germanis inhabitari, mercaturæque exercendæ causa frequentari cæpisse, haud dubie non ignoravit, Acta illa, quorum author (adi Comment. præv. num. 16) id omnino ignorasse videtur, a Sancto illo Parisiensi episcopo scripta esse posse, idem Gerardus du Bois hist. præfat. lib. 3, cap. 6, num. 12 perperam existimavit.

c Actorum fidem magis magisque ex iis, quæ horum author hic, a Dionysio Parisiis ex more gesta, memorat, elevari, Dominus le Beuf in memoratis suis novis in illa observationibus contendit. Verum ei minime hac in re assentiendum, satis superque, quæ in Comment. prævio num. 133 et quinque seqq. in medium adduci, evincunt.

d In S. Gaudentii, episcopi Novariensis, Vita, ad xxii, quo hic colitur, Januarii diem in opus nostrum illata, ac, quemadmodum e Bollandi in illam Præfatione intelligitur, litteris primum, cum seculum octavum media sui parte jam esset elapsum, commendata, num. 5 sequentia isthæc leguntur verba: Deum quoque in Trinitate perfectum non desinebat gentilibus insinuare, quem noverat, ejusque iudicium et misericordiam anteponebat, paulatim studebat sociare Deo animas, quas diabolo sua prædicatione auferat, miroque modo actum est, ut inermi viro haud quaquam plebs armata posset resistere. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda non minus miraculis, quam prædicationibus obtineret; cum autem phrases, his verbis conceptæ, aliæque plures, quæ in dicta S. Gaudentii Vita inveniuntur, totidem fere atque iisdem verbis expressæ in Sanctorum nostrorum Actis legantur, hinc in opinione, qua, horum authorem Plagiarium esse, suspicatur, confirmari sese, dominus le Beuf in novis suis in Acta illa Observationibus pag. 48 affirmat; verum, cum is, qui S. Gaudentii Vitam scripsit, id e jam dictis non citius, quam cum seculum VIII media sui parte jam esset elapsum, fecerit, nec serius certe, si forte non citius, anonymus, qui Sanctorum nostrorum Acta exaravit, scriptor floruerit, ex hoc illum phrases eas non hausisse, quis edicat? Id sane sat tuto definiri non posse, ipsemet vidit laudatus le Beuf, hincque, phrases præfatas, quæ ab ambobus illis scriptoribus usurpantur, fuisse abs illis, si non ex alia antiqua Legenda, certe ex antiqua quapiam, quæ in Missa recitari solet, Præfatione depromptas pag. 49 insinuat. Verum, nec id mihi apparet sat certum, et, utcumque habeat, anonymum nostrum, quæ de civitate Parisiensi scribit, e Sancti cuiuspiam, qui medio ævo circa Rhenum vixerit, partim hausisse, minime equidem, quo tamen potissimum spectasse videtur, laudatus le Beuf ex iis, quæ de S. Gaudentii Vita protulit, dedit probatum.

e Periodum, his verbis conceptam, sententiam esse liturgicam, quæ, priusquam ritus Romanus in Galliis esset receptus, in Missali Gallicano locum habuerit, indeque cum nonnullis aliis id genus sententiis in Sanctorum nostrorum

Acta

A Acta sit translata, Dominus le Beuf in iisdem novis suis in hæc Observationibus pag. 48 suspirat: quod an verum sit, examinare nec lubet, nec operæ pretium apparet.

f Titulum hunc, quem S. Eleuthero hic attribuit Actorum author, viz uspiam alibi Sancto huic attributum inveneris. Martyrologi scilicet alique fere omnes scriptores antiqui, qui de Sanctis nostris loquuntur, Diaconi tantum, non autem Archidiaconi nomine, Eleutherium distinguunt. Inveniuntur quidem etiam, qui eum presbyterum, Rusticum vero appellant diaconum. Verum perperam id abs illis fieri, colliges ex iis, quæ in Comment. prævio num. 132 disserui.

g Quandonam id acciderit, in Commentario præv. a num. 147 usque ad num. 163 examinavi, ibique, eventum illum, non sub Aureliano, uti in ecclesiæ Parisiensis Historia statuit Gerardus du Bois, sed sub Maximiano, ab anno 285 ad annum usque 292 in Galliis sæpissime versato, anno circiter 286 verosimilius habuisse locum, ostendi.

h Mulier hæc in Actis, S. Dionysio Areopagitæ affectis jamque a me prævio de hoc Sancto Commentario subnexis, vocatur Catulla, eoque deinde nomine ab anonymo etiam Gestorum Dagoberti authore, ab Hilduino in Areopagiticis et ab aliis nonnullis sequioris ætatis scriptoribus fuit insignita, licet interim, an appellatio ista a fonte satis vetusto, nec suspecto profuxerit, compertum haud habeatur.

i Locus, quo id factum, S. Genovefæ ætate seu seculo v ac vi Catholacum, seu Cadolacum aut Catolacum fuit vocatus, estque is ipsus, quo modo Sandionysopoli seu in Sandionysiano Franciæ oppido ecclesiæ abbatiæque homonyma conspicitur. Ad, quæ de re hac in Comment. præv. § x ac binis seqq. fuse sunt disputata.

k Pro verbis, quæ perihodus isthæc complectitur, sequentia, quæ abs hisce nonnihil dissonant, in Bosquetiana editione leguntur: Antedicta tamen materfamilias horum immemor secretorum, cum primum persecutionis furor tepuisset, vidit in somnis fervere locum, tantorum ossa servan-tem, et, qua oportuit sollicitudine, requisivit atque inventum eminentis mauseolei constructione signavit. Porro a felici SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii corporum inventionem, quæ hic tam in Bosquetiana, quam in Felibiana, quam sequimur, editione ab anonymo Actorum scriptore memoratur, originem traxit festum, quo Sanctorum nostrorum inventio in dicecesi Parisiensi quotannis celebratur. Comment. præv. num. 213 consule.

l Ecclesiæ, quæ supra Sanctorum nostrorum corpora fuisse exstructa hic memoratur, esse videtur ea ipsa, quam supra hæc a S. Genovefæ ædificatam fuisse, ambæ apud nos ad iii Januarii diem editæ sanctæ hujus virginis Vitæ memoriæ produnt. Ad, quæ hac de re in Comment. prævio num. 200 et seq. in medium protuli. Porro ex eo, quod ecclesiæ, S. Dionysio ejusque sociis Rustico et Eleuthero a Dagoberto exstructæ, mentionem hic anonymus Actorum author haud faciat, fuisse isthæc ante Dagoberti principatum litteris commendata, existimavit Valesius. Verum, præterquam quod, an Dagobertus Sanctis nostris novam ecclesiæm exstruxerit, haud omnino, ut Comment. prævii num. 209 docui, certum sit atque indubitatum, esse indubie a

veritate alienam Valesii illam opinionem, satis superque alia, quæ ejusdem Comment. prævii § i adduxi, evincunt, uti etiam Sanctorum nostrorum Acta S. Fortunato, veluti germano horum authori, perperam adscribi. Neque vero Petrus de Marca tam facile, ut fecit, attributus illa sancto huic Pictaviensi episcopo fortassis fuisset, nisi et ab hoc hymnum, ab Hilduino in Areopagiticis laudatum, in quo, non secus ac in Sanctorum nostrorum Actis, S. Dionysii missio Romano Pontifici Clementi adscribitur, compositum vere fuisse, e præjudicatis, quibus, jam inde a seculo i fundatam fuisse Parisiensem ecclesiæ, pulavit, opinionibus in animum inducisset. Verum, an hymnus ille Fortunatum re ipsa habeat authorem, dubium admodum atque incertum efficiunt, quæ hac de re in Commentario prævio a num. 73 usque ad num. 75 disserui. Dubitationem porro, quam hæc injiciunt, non parum adhuc, quod proinde iis, quæ ibidem dicta sunt, addi velim, Historiæ litterariæ Franciæ scriptores augent. Hi enim Operis sui tom. 3, ubi de S. Fortunato agunt, omniaque sancti hujus Pictaviensis episcopi scripta recensent, nullam plane compositi abs illo hymni, in quo Dionysii missio Clementi, Romano Pontifici, attribuitur, mentionem faciunt, et tamen hymnum hujusmodi, si a Fortunato vere fuisse compositum, e probæ notæ ac fidei documentis habuissent, compertum, commemoraturi verosimilime fuissent, maxime cum etiam de significatione ac vi vocabuli scholasticissimus, quo Hilduinus, dum, Dionysii missionem Clementi Papæ Fortunatum in hymno a se compositio adscribere, affirmat, scriptorem hunc condecorat, sermonem instituant, aptissimamque adeo, qua et de dicto hymno loquerentur, occasionem fuerint adepti. Cum autem id ita sit, scriptores laudati hymnum, Fortunato ab Hilduino attributum, sancto huic Pictaviensi episcopo adjudicandum, verosimilime non putarint: Imo contra Fortunato hunc adjudicandum censuisse suadent, quæ jam subdo. Operis sui tom. proxime cit. verbis Gallicis, quæ Latina facio, pag. 470 loquentes de duabus epistolis, a Fortunato ad S. Martinum, in Galicia episcopum, conscriptis, sequentem scribunt in modum: In hisce Fortunatus assignat regiones, in quibus Evangelium prædicasse Apostoli, S. Petrus nempe Romæ, S. Andreas in Achaia, S. Matthæus in Æthiopia, S. Thomas in Persia. S. Bartholomæus in Indiis, S. Paulus in Illyrio et, ut in prioris epistolæ titulo clarius ait, in Hispania, ætate sua credebantur. Ceterum scitur, plures antiquos Patres in eadem opinione fuisse. Quod ad Gallias spectat, ait, S. Martinum Turonensem earum apostolum fuisse. Quod, ut inde satis consequitur, confirmare est opinionem S. Severi Sulpitii, authoris Actorum S. Saturnini et Gregorii Turonensis, qui, ut alibi observatum, Evangelium in Galliis paulo serius fuisse annuntiatum, insinuant. Cum itaque scriptores illi, Fortunatum id, quod verbis hic recitatis aiunt, fecisse existimarint, hymnum sane, Fortunato ab Hilduino adscriptum, in quo Dionysii missio Clementi attribuitur primoque adeo seculo innectitur, sancto isti Pictaviensi episcopo indubie adjudicarint.

m Martyrium nona Octobris die Sanctos nostros subiisse, locutione, ab anonymo nostro hic adhibita, neutiquam indicatur. Verum id indicari

A. ANONYMO.

ADCTORE
C. B.

cari videtur ab Usuardo aliisque nonnullis Martyrologis, qui, cum diem illam Sanctorum nostrorum natalem appellant, in caelo primum eos tum natos fuisse, seu e vivis excessisse, sat clare, ut apparet, insinuant.

APPENDIX

De S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii cultu reliquiarum translationibus miraculisque seculo VII posterioribus.

CAPUT I.

Nonnulla a Sanctis post seculum VII patrata miracula cultusque tunc eis delati argumenta proferruntur.

Stephanus
Papa, san-
tati, uti li-
tera, qui

Stephanus II Papa, anno 754, ut Anastasius Bibliothecarius alique non pauci scriptores memoriae produnt, ad Pipinum, Francorum regem, quo abs eo adversus Aistulphum, Longobardorum regem, Ecclesiam vexantem, auxilium imploraret, in Gallias venit, cumque ibidem diutius commorans in San-dionysiana Franciae abbatia hospicaretur, in morbum adeo gravem, quemadmodum in Pontificis illius Vita laudatus Anastasius testatur, est prolapsus, ut omnes omnino, tam videlicet, qui cum eo venerant, quam Franci de Vita ejus desperarent; sed, subiungit hic scriptor, Domini Dei nostri ineffabilis clementia, qui non deserit sperantes in se, salvum cupiens domnum Christianissimum, dum eum mane mortuum invenire putabant, subito illo die sanatus repertus est. Id porro, quod hic Anastasius memorat, beneficii Stephano mirum in modum a S. Dionysio fuisse impertitum, e litteris, ea de re datis ac ipsomet Pontificis illius nomine inscriptis, docemur. Hasce, utut a Surio e pervetusto Ms. codice, ac ab aliis praeterea jam vulgatas, iteratis typis, priusquam ad alia progrediar, lectoris oculis, prout apud eundem Surium exstant, subijcio. Sic habent: Stephanus episcopus, servus servorum Dei. Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, sic non debet opera Dei, quae in illo per suos Sanctos fiunt sine suis meritis, silentiare, sed praedicare, quia sic angelus admonet Tobiam.

integra hic
recitantur,
testatum fa-
ciunt,

2 Unde ego pro oppressione sanctae Ecclesiae a rege atrocissimo et blasphemio, et nec dicendo Aistulpho, ad optimum et S. Petri fidelem, Dominum Pipinum Christianissimum regem, in Franciam veni, ubi aegrotavi usque ad mortem, et mansi aliquod tempus apud pagum Parisiacum in venerabili monasterio beati martyris Christi Dionysii. Quod cum jam me medici desperarent, fui in oratione in ecclesia ejusdem beati Martyris subitus campanas, et vidi ante altare bonum Pastorem Dominum Petrum et

Magistrum gentium Dominum Paulum, et nota D mente illos recognovi de illorum surcariis, et ter beatum Dominum Dionysium ad dexteram Domini Petri, subtilem et longiorem, pulchra facie, capillis candidis, colobio indutum candidissimo, purpura clavato, pallio toto purpureo, auro interstellato, et sermocinabantur inter se letantes, dixitque bonus Pastor Dominus Petrus: Hic frater noster postulat sanitatem. Et dixit beatus Dominus Paulus: Modo sanabitur. Et appropinquans misit manum suam ad pectus Domini Dionysii amicabilem, respexitque ad Dominum Petrum. Et dixit Dominus Petrus ad Dominum Dionysium hilariter: Tua gratia sanitas est ejus, et statim beatus Dionysius, thuribulum incensi et palmam in manu tenens, cum presbytero et diacono, qui in parte stabant, venit ad me et dixit mihi: Pax tecum, frater. Noli timere; non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris. Surge sanus, et hoc altare in honorem Dei et Apostolorum ejus Petri et Pauli, quos vides, dedica, Missas gratiarum agens. Erat enim ibi inestimabilis claritas et suavitas. Moxque sanus gratia Dei factus volebam implere, quod mihi praeceptum erat, et dicebant, qui ibi aderant, quod dementabam. Quapropter retuli ex ordine illis et regi, suisque optimatibus, quae videram, et quomodo sanus fuero. Et implevi, quae jussa sunt mihi, omnia. Benedictus Deus.

3 Hisce porro litteris sequentia etiam isthaec apud Surium proximae subduntur verba: Gesta sunt autem haec in beato Stephano Papa divina clementia, adjuvantibus sanctis apostolis Petro et Paulo, per beatissimum martyrem Dionysium hoc anno, qui est ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi septingentesimus quinquagesimus quartus, quinto Calendas augusti. Joannes Morinus de sacris Ordinationibus part. 2. cap. 4 nonnulla de revelatione in litteris Stephani nomine notatis hic memorata, seu potius de ipsismet illis jam recitatis litteris contentave in hisce, qua illa exponitur, relatione praefatus, mox subiungit: Non inquiri nunc in istius..... veritatem. Quidquid sit, antiqua est, et paulo post tempus adnotatum (annum nimirum ab auctore, ut apparet, synchrono litteris illis subiectum 754) composita aut supposita. Veram assumo. Adjuncta est Areopagiticis Hilduini, F et eaque usus est ut eleganti et memorabili monumento. Multa sunt in ea parum credibilia. Nihil tamen in ea de Dionysio Areopagita, ac episcopo Parisiensi. Author istius relationis, qui procul dubio monachus erat Dionysianus, Areopagitam numquam omisisset, si leviculus rumunculus de Dionysio Areopagita, episcopo Parisiensi, in agro monasterioque Dionysiano o tum disseminatus fuisset. Ita ille, litteras sane, mox huc transcriptas, seu relationem, hisce contentam, qua praefata revelatio exponitur, neutiquam ab ipsomet Stephano promanasse, sed Pontifici huic a San-dionysiano monacho esse suppositam, non obscure indicans. Verum, quidquid de hac Morini, quae etiam Launoio loco mox infra citando aliisque insuper placuit, suspicione seu verius opinione sit, relatum equidem in dictis litteris revelationem, qua Stephano, ut altare in SS. Apostolorum Petri et Pauli honorem consecraret, a S. Dionysio fuit injunctum, Pontifici isti obtigisse, fidem facit Ludovici Pii imperatoris ad Hilduinum epistola, anno 834 aut seq., quemadmodum in Comment. de S. Dionysio Areopagita

nonnullaque
contra Mori-
num, qui
has pro sup-
positis ho-
bet.

A gita num. 4 docui, conscripta, Hilduinoque apud Surium Areopagiticis inserta.

adducta sua-
dent, a Dio-
nyso resti-
tutus, mona-
sterium huc

4 In hac enim princeps ille sic loquitur: Sanctæ.... recordationis avus noster Pipinus propter altare, quod ante sepulcrum sæpe fati sæpiusque dicendi Domini Dionysii per divinam et memorabilem revelationem jussu ipsius sanctissimi Martyris in honorem Dei et Apostolorum Petri et Pauli, qui presentes ostendebantur, a beato et angelico viro Stephano summo Pontifice dedicatum est, inter sacra Missarum solennia una cum duobus filiis, Carolomanno videlicet et diæ memoriæ Domino ac genitore nostro Karolo, jure prænominato Magno, ab eodem apostolico Papa in regem Francorum unctus superni muneris benedictionem accepit. Launoyus quidem, eam Ludovici Pii epistolam ab ipsomet Hilduino vel ejus, ut loquitur, symmystis dictatam esse, in sua, qua Sirmondi de Duobus Dionysiis Dissertationem contra datum ad hanc a Milleto responsum tulatus est, Discussionem cap. 18 conjicit. Verum ex eo, quod Dagobertus penitus ereptus vitæque perenni

B S. Dionysii patrocinio assertus in dicta epistola dicitur, neutiquam hic princeps, ut vult, infamatur, nec quidquam aliud solidi, quo suam illam parum admodum, ut mihi equidem ob rationes brevilitatis causa hic haud memorandas apparet, verosimilem conjecturam firmet, adducit in medium. Jam vero, cum id ita sit, indubieque adeo, uti quisque, cum Launoio haud sentiens, eam datis Ludovici Pii verbis statuet, revelatio præfata, quam dictæ Stephani nomine inscriptæ litteræ memorant, locum habuerit, quid nō pariter, quod in hisce quoque de sanitate Stephano Papæ per S. Dionysium prodigiose restituta refertur, atque ad institutum nostrum potissimum hic spectat, locum habuisse credamus? Enimvero neutiquam id iis, quæ Morino in iisdem litteris contentave in hisce relatione parum credibilia sunt visa, accensendum existimo, Stephanumque adeo, maxime cum eum præter omnium expectationem subito sanatum, Anastasius supra laudatus scribat, sanitati etiam re ipsa, uti illæ produnt, a S. Dionysio, sibi una cum SS. Petro et Paulo Apostolis apparente, mirum in modum fuisse restitutum, in animum facile induco.

Roma ædifi-
care ince-
pit me-
moratur,
certaque illi
Dionysius

5 Porro ut ad aliud, huc pariter faciens, sermonem modo convertamus, hic etiam, quod idem Stephanus Papa, sanitati a Dionysio restitutus Romamque deinde e Galliis reversus, egisse memoratur, examinemus. Supra huc transcriptis, quæ sancti illius Pontificis nomine notantur, litteris sequentia isthæc apud Surium, nonnullis adhuc, quæ huc haud faciunt, præmissis, subduntur verba: Idem.... sanctus Pontifex (Stephanus II nempe) reliquias sanctissimi Dionysii Romam detulit, et monasterium in honore ipsius ædificare in proprio suo cepit, quod frater ejus Paulus, illo morte præven- to, quoniam ipsi in Pontificatu successerat, nobiliter consummavit, et, convectis ibidem plurimis sanctorum Martyrum corporibus, consecravit, seu, veluti a fratre et prædecessore suo jussus fuerat, famulatores Domini natione Græcos inibi constituit, et idem monasterium ad sanctos Martyres in schola Græcorum appellari fecit, ad honorem et memoriam preciosissimi Dionysii sociorumque ejus, quorum cultus redundat ad gloriam Domini nostri Jesu Christi etc. Sintne quæ hic memoriæ produntur, Octobris Tomus IV.

Hilduino, an alteri, San-dionysiano etiam forsân monacho, attribuenda, pro certo nequeo edicere; verum a quocumque tandem statuantur profecta, monasterium equidem recitatis verbis memoratum, nec in S. Dionysii honorem, uti illis traditur, Romæ a Stephano Papa condi ceptum, nec in eo monachos Græcos, ut abs hisce S. Dionysius coleretur, a Paulo Stephani fratre ac successore constitutos fuisse, Launoius in sua proxime hic laudata Discussionem contendit; id autem idcirco facit, quod, quemadmodum ibidem ait, monasterium illud in S. Stephani Papæ ac Martyris, et S. Sylvestri honorem, nulla omnino S. Dionysii mentione facta, fuisse exstructum monachosque in eo constitutos, tam a Paulo Papa in datis de ejusdem monasterii fundatione litteris, quam ab Anastasio Bibliothecario in Pontificis hujus Vita diserte asseratur.

6 Verum hic scriptor, majorem saltem monasterii, a Paulo Papa in SS. Stephani et Sylvestri honorem exstructi, ecclesiam S. Dionysii nomine insignitam fuisse, in Nicolai I Papæ Vita apertissime docet; hinc autem fit, ut, majorem illam ecclesiam a Stephano Papa vel re et opere, ut in Commentario, fabulosis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, § 2 jam insinuavi, in S. Dionysii honorem Romæ condi ceptam, vel certe vi mandati, quod is moriens Paulo fratri dederit, abs ipsis etiam per hunc fundamentis exstructam, monasteriumque, et post adjunctum, Græcis monachis e fine, quem ibidem expressi, datum fuisse, haud prorsus improbabile apparet. Utul sit, Romæ equidem insignem ecclesiam, quæ Deo sub Dionysii nomine esset dicata, seculo ix, cum universæ Ecclesiæ Nicolaus I Papa præesset, existisse, ex Anastasio bibliothecario laudato habemus. Atque ita ex iis, quæ disputata huc usque præsentī § sunt, duo modo, quæ ad rem nostram potissimum hic faciunt, utcumque saltem innotescunt, patratum scilicet, quo Stephano II Papæ sanitas restituta a Dionysio fuerit, miraculum, ecclesiæque ei, sive ab hoc ipso summo Pontifice in grati animi tesseram, sive etiam ab alio, quicumque demum is fuerit, Romæ post seculum vii exstructa. Quod si porro cuiquam miraculum istud, undequaque sane, uti e jam dictis satis liquet, haud certum, idcirco fortassis displiceat, id equidem, ne quid hic, quod non nemo forsân memoratu admodum dignum existimare posset, desiderandum relinquerem, lectori ob oculos in hac Appendice duci ponendum; et primo quidem loco id proposui, ne quod e dictis haud penitus est certum, cum paucis aliis prorsus certis aut multo saltem certioribus miraculis, quæ modo subdam, exhiberem commixtum.

7 Sæculi iii Benedictini part. 2 tres exstant de S. Dionysii miraculis libri, Fulradi abbatis San-dionysiani elogio a pag. 343 usque ad pag. 365 subjecti, in quos, supra a nobis jam sæpius laudatos, in dicto Fulradi elogio num. 20 hæc notantur: Fulradi elogio subjicere juvat libros tres de miraculis S. Dionysii, quæ, Fulrado abbate ejusque successoribus Maginario, Fardulfo, Waltone et Hilduino, patrata sunt; ex quibus libri duo priores rogatu Samuëlis, monachi, ut puto, Dionysiani, laudati in fine libri secundi, scripti sunt a monacho Dionysiano anonymo, Caroli Calvi principatu ineunte; tertius vero exeunte, ut patet ex delatione corporum cap. i relata, cui auctor interfuit. Mabillonius, observationis hujus auctor, omnes tres,

AUCTOR
C. B.

post seculum
vii ecclesiam
habuit, eum-
demque et-
iam, mira-
culis multis,

E

F

quorum hic
duo

AUCTORE
C. B.

tres, quos hic memorat, miraculorum libros ab uno eodemque scriptore litteris mandatos, persuasum, ut apparet, sibi habuit, et tamen a duobus authoribus diversis, quorum alter duos priores, alter posteriorem scripserit, promanasse videntur e duobus Prologis diversis, quorum alterum hic, alterum illi habent præfixum. Ut sit, recte equidem, unde præcipue miracula, in tribus istis libris contenta, primitus sint accepta, idem Mabillonius nos docet, in suo de Re Diplomatica Opere pag. 628 de alio quodam a se viso miraculorum S. Dionysii libello sic scribens: Libellus iste habetur in membraneo codice majoris ecclesiæ Remensis, ab annis non minus octingentis descripto, quæ sententia est clarissimi viri Antonii Fauri doctoris ac socii Sorbonici, ejusdem ecclesiæ præpositi, cui illum codicem ostendi. Eo libello usus est is, qui tres libros de miraculis ejusdem Sancti condidit, regnante Carolo Calvo, editos in Sæculi tertii Benedictini parte secunda, in quibus pleraque priora miracula totidem verbis atque in Remensi referuntur. Ita ille, mox etiam subiungens nonnulla e miraculis, quæ in codice Remensi, a se laudato, reperit, in Miraculis, B Sæc. III Benedict. præfatio editis, desiderari. Duo porro miracula hujusmodi e dicto Remensi codice integra recenset, eademque ambo, prout vulgata abs illo sunt, integra pariter, paucis dumtaxat adhuc aliis, quæ in dictis Miraculorum S. Dionysii libris jam editis occurrunt notatuque digniora apparent, adjunctis, huc transcribo.

in Ms. Remensi codice

8 Primum e duobus, quæ, ut dictum, integra e memorato Remensi codice Mabillonius recenset, sequentibus apud eum in Opere supra laudato pag. 628 concipitur verbis: Sub Carolo Francorum principe et majore-domus (ut tunc moris erat) quidam nomine Godobaldus, ortus provincia Asbaniensi, villa, quæ dicitur Arbri-do, cum in necem beatissimi viri Lantberti episcopi cuidam comiti, Dodoni nomine, se consortem et consocium præbuisset, Deo pœnam exigente, claudus effectus est. Itaque divini flagelli admonitu reatum suum agnoscens, diu Sanctorum loca circumiens, et admissis veniam, et membris incolunitatem restitui flagitabat; tandemque ad beatissimi Petri limina Romam veniens, divina revelatione cognovit, sanitatis recuperandæ locum in Galliis sibi apud sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii memorias esse concessum. Regressus igitur ab Urbe, designatum cælitus locum expetiit, ibique optatam diuque quesitam sanitatem recuperat. Erat tunc abba loci Helardus, qui divino miraculo congratulans, locum ei et alimenta communia concessit, sicque in eodem loco vitam degens, cum in multis probus omnibus appareret, præcipiente Carolo principe, abbatis inibi officium suscepit, ac per viginti quinque annos strenuissime administravit. S. Lantbertus seu Lambertus hic memoratus, de quo in Opere nostro ad XVII Septembris diem jam actum, Trajectensis exstitit episcopus; cum autem sub Francorum principe seu majore-domus Carolo, Martello scilicet seu Tudite, qui certe ante annum 715 Majoratum-domus haud gessit, a Dodone comite occisus hic dicatur, hæc martyrii, Lambertus illati, epocha cum anno 709, cui id probabilius innectendum ibidem statuimus, neutiquam congruit.

a Mabillon inventa,

9 Verum, etsi id ita sit, relatum equidem verbis jam datis miraculum post seculum VII indu-

bie, quod ad præsens nostrum institutum sufficit, D evenit. Alterum modo, quod e Remensi codice integrum Mabillonius recitat, transcribamus. In laudato scriptoris hujus Opere pag. 630 sequentibus hisce verbis exponitur: Præterea illud non negligenter statuimus esse omittendum, quod sui ad laudem Omnipotens fieri ab eodem voluit Martyre. Tempore igitur supra dicti regis Pippini quidam erat comes, nomine Gerardus, Parisiensis, cujus uxor Rotrudis nuncupabatur. Hæc in fisco, haud procul Parisii, Riogilo habitans, sub beati Dionysii natalis diem cernit suas otiosas esse puellas: quæ cum ad se vocatæ fuissent, quam ob rem otio torperent, austere eas inivit. Quarum una, quæ supra ceteras erat, Sollemnitatis, inquit, beati est Dionysii, et ob id ratum eam esse duximus sollempniter celebrandam. Et materfamilias, vade, ait, et instanter operare. Nos vero, qui extra dominium ejus sumus, eam a nobis minime coli oportet. Verum, cum imperio ejus parere vellent, favente Domino et meritis Christi Martyris obtinentibus, subito tanta coruscatio atque aquarum venit inundatio, ut domus, omni cum suppellectile uno rapta impetu, in Sequanæ fluvium dimergeretur, et quæ unum noluit diem ducere festum, factum est, ut totum perderet anni subsidium; sed homines per Dei providentiam ab illa liberati sunt tempestate. Quod adeo credimus gestum, quo dies ille jugiter sollempnis observaretur.

10 Pipinus ad Francorum solium anno 752, uti inter eruditos convenit, fuit electus, cumque hic narratum miraculum ad principis hujus ætatem referatur, consecrarium est, ut id pariter post seculum VII evenit. Porro e facto, quod miraculo ansam seu occasionem dedit, fuisse tum in S. Dionysii honorem festum, quo etiam ab Operibus servilibus abstinendum esset, die Octobris nona seu natali Sancti illius die quotannis celebratum, docemur. Modo duobus hisce, quæ codex Remensis, a Mabillonio visus, complectitur, miraculis tria adhuc alia, e supra laudatis miraculorum S. Dionysii libris accepta, quorum duo priora sub Pipino etiam, tertium sub Carolo Magno, ejus filio, evenit, subiungo. Primum ex his sequentia isthæc ibidem lib. I, cap. 5 exponunt verba: Tempore memorati Pipini regis quidam a nativitate claudus, cui erat nomen Otholdo, circuitus per triginta annos Sanctorum memoriis, quadam die carruca impositus, ad cœnobium beati Dionysii perlatus est. Is ad ejus templum deductus ante altare, quod primum in honore Domini Salvatoris dicatum est, cum oraret, suffragantibus Martyribus et Deo miserante, subita donatus est sanitate. Hujus necessitatem Fulradus abba miserans (si quidem nec genus, nec patriam noverat) et sanitatem a Deo intercessionem beati Dionysii collatam complectens, eum inter stipendia monasterii quotidiana sumentes constituit. Ita attensus, et jussis majorum pro viribus fideliter paruit, et quos dies vixit, Deo et beato Dionysio pro capto gratias egit; secundum vero libro eodem cap. XI ista: Johannes quidam, miles Pipini regis, Parisio digressus carpebat iter per viam, quæ in vicum sanctorum Martyrum ducit. Et quoniam hinc inde agri monasterii messibus albere cœperant, equum suum in alia intendens contraria, depascere segetem permittebat. Occurrit ei forte monasterii famulus.

aliaque tria e tribus miraculorum

F

11 Queritur segetem conculcari. Tum mi- S. Dionysii les: libris,

A les : Sanctus Dionysius, ait, scio, quod hac segete non vescetur. Vix verba finierat, cum repente equus in terram mortuus corruit; ipse vero gressus officio privatus est, adeo ut ne moveri quidem loco, nedum ambulare pedibus posset. Nuntiatum est id Pippino regi, qui haud longe a monasterio aberat; et quia hominem plurimum diligebat, talia passum indoluit. Misit itaque ei argenteum vas, quod S. Dionysio offerret, iubens, ut ad ejus sanctam domum protinus deferretur: in qua cum, tradito vase, oraret, plenissimam consecutus est sanitatem; ut omnes manifeste intelligerent, et labores suorum B. Dionysium curare, et petentibus, si velit, absque dilatione posse suffragium ferre. Vas autem hactenus in thesauro ecclesiae B. Dionysii permanet. Quod modo ad tertium sub Carolo Magno patratum, quod hic etiam recensendum dicit, miraculum jam spectat, id in eodem e duobus dictis miraculorum S. Dionysii libris primo cap. 20 ita refertur: Insignis non tantum gloria, verum et potentia Karolus cum bellum adversus Saxones susceptum, contra quam gentem a Francis diu animoseque pugnatum est, memorabili industria administraret, sui praesentia vires exercitus acuens, Fardulfum, qui, Magenariorum luce excedente, cenobio Sanctorum regendo successerat, inter alios, qui ad ferendum pondus praëlii et gentis audaciam comprimendam evocati undique conduxerant, contigit adfuisse.

12 Hic pignora beatorum Martyrum secum ferri fecerat, et custodes clericos, qui secum proficiscebantur, delegaverat, uti eis vicissim sibi succedentibus debita exhiberetur religio. Quorum quidam vocabulo Rothardus, adhibita eis candela, incertum qua urgente necessitate, obserato domunculae ostio, abiit. Solemnis aratum lignea tabula erat, quae linteum adoperta modum altaris effecerat. In eam itaque candela decidens tota conflagravit, sed ne linteum quidem, quo tabula celabatur, adustum. Praclarum sane et stupendum miraculum, lineam vestem igne superposito non torreret. Cereres reliquiarum obtentu linteum naturam mutasse, et alimentum focis amicum merito Martyrum repente duratum. Supervenientes cum custode et alii, exusta candela, reliquias et linteum integra reperere: cinis ejus tantum quod contigerat indicabat. Levatum ergo linteum excutientes, cum nec integritatem, nec candorem amisisse probassent, ingenti gaudio exsultantes rei gestae ordinem ad Fardulfum Abbatem deferunt. Qua cognita, una cum eis sollemnes Deo et sanctis Martyribus gratias egit. Ex eo, quod S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii reliquiae, ad Caroli Magni, adversus Saxones praëliaturi, castra fuisse delatae hic dicantur, sequentem miraculo jam relato observationem Mabillonius subiungit. Hinc, inquit, patet, S. Dionysium, quem prisci quique Francorum reges patronum suum specialem vocare solent in diplomatis, cenobio Dionysiano concessis, jam tum in bello audisse ut Galliae defensorem; ob idque ipsius reliquias per monachos delatas in castra fuisse. Sane Carolus Calvus in procinctu praëlii, apud Caroli-vennam inito cum Nortmannis, adiit sepulcrum beati Dionysii, ut per eum celestem opem flagitaret, et anno mcccv Franci, Philippo rege, adversus Ottonem imperatorem dimicantes, beatum Dionysium Francorum apostolum in cordis angustia invocasse dicuntur in

libro de Triumpho S. Landeberti, episcopi Leodicensis, Steppis obtento, cap. 15.

13 Ita laudatus scriptor. Ac de re quidem, de qua hic loquitur, mox infra adhuc sermo redibit; quod autem ad S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii miracula, seculo septimo posteriora, hicque, ut statueram, jam recensita, spectat, omnia haec, ut docui, Caroli Martelli, Pipini regis et Caroli Magni aetate evenere; multa autem pariter sub Ludovico Pio, Caroli Magni filio, tum prope Sanctorum nostrorum tumulos, tum in Floriacensi, cum eo illorum, quas ab Hilduino Boso abbas acceperat, reliquiae fuerunt adiectae, diocesis Aurelianensis abbatia fuere patratæ. Ac primum quidem in suo ad Ludovicum Pium Rescripto, supra saepissime laudato, Hilduinus; postremum vero in S. Benedicti miraculis, ad xxi Martii diem Operi nostro insertis, lib. 1, cap. 3 Adrevaldus, Floriacensis monachus, nos docet. Verba, quibus id tam hic, qui nonnulla e prope innumeris, tum, ut ait, Floriaci patratæ, a sese adhuc puerulo conspecta affirmat, quam Hilduinus, nullo omnino in particulari relato miraculo, generatim dumtaxat facit, brevitate causa praetermitto, uti etiam, ne in immensam molem totus hic excrescat, miracula reliqua, quæ in dictis tribus Miraculorum S. Dionysii libris continentur. Quæ relata modo ex hisce et Mabillonio nominatim sunt, una cum suggesta generali de pluribus adhuc aliis post seculum vii patratæ notitia sufficiunt, ut, Dionysium etiam tum miraculorum gloria inclaruisset, potentissimumque apud Deum patronum audisse existimemus. Hinc porro factum, ut quam plurimæ etiam locis diversis ecclesiae fuerint ei vel tum praecipue erectæ. Ac tanto quidem hæ numero fuerunt, ut omnes enumerare nimis longum foret ac oppido difficile.

14 Verum, etsi id ita sit, hicque idcirco non minus ab iis, quam a reliquis recensendis S. Dionysii miraculis, seculo septimo posterioribus, abstinere sit fixum, committere tamen non possum, ut hic et ecclesiam, in qua S. Dionysii Sociorumque ejus reliquiae, anno 887 Normannorum Gallias decastantium metu Remos delatae, trium annorum quievit spatio, et simul, quod tunc ibidem factum, miraculum silentio penitus praetercam. Ac illa quidem ecclesia, quæ, quemadmodum ex Flodoardo Galliae Christianae auctae scriptores tom. 9, col. 288 docent, canonicorum Remensium sepultura olim exstitit, celeberrima postea unaque cum monasterio, quod ei fuit adjectum, modoque adhuc exstat, S. Dionysii nomine fuit insignita; quod autem ad miraculum, quiescentibus in dicta ecclesia S. Dionysii reliquiis, paratum, spectat, id a Flodoardo Historiae Remensis lib. 1, cap. 24 refertur, ac partim saltem S. Dionysio adscribitur, cumque aliud, quod tum evenit, a fidei æque probatae auctore nusquam relatum inveniam, nec adeo, quin veritati consonet, dubitandum appareat, futurum puto, ut, si una cum quinque aliis supra memoratis ob oculos pariter hic ponatur, lectori res praestetur haud ingrata. Itaque ipsamet, quibus a scriptore illo loco proxime cit. narratur, verba huc transcribo. Sic habent: Desidia... vel raritate scriptorum plurima silentio constat neglecta mirorum. Nos tamen unum, quod nuper comperimus actum, decrevimus inserendum.

15 Quadam denique Sabbatorum die, jam Vespera Dominici diei accedente, quædam paupercula,

AUCTOR
C. B.

tum patratæ
clarus, ho-
norem aliis
in locis

E

ac imprimis
Remis, ubi
et, quod hic

F

Flodoardo
narratur,

AUCTORE
C. B.
* vernacule
Conseveru

paupercula, nomine Gillaidis, ex familia sancti Dionysii, villæ Cortis-Superioris *, dum molam manu verteret, manubrium molæ ipsius inhaesit dexteræ, ut divelli posset a nemine. Tandem molæ manubrium ex utraque parte manus abscindere cogitur, indicium nolens secum deferre miserabilis operæ. At salutis suæ sollicita, quoniam B. Dionysii tunc Remis ob infestationem paganorum servabantur membra, veloci gressu ad ejusdem sancti Martyris Domini sui contendit accedere pignera. Perveniens ergo, cum magno timore ac reverentia solo prolapsa, liberationem deprecatur a tantæ confusionis miseria. Id cum die peregisset ac nocte, remedium inde non desperans accipere, apparuit in somnis ei quidam clericali habitu, veste indutus candida, facie jocunda, capillo admodum albo, vultu paulisper macilentio, dicens illi : « Surge hinc » et vade ad sanctum Theodoricum : quia se-
« cunda Feria, quæ est post cras, ipsius erit fe-
« stivitas celebranda, et vide, ne in domo ejus
« appareas vacua, sed accipe ceram, prout tibi
B « ad præsens suppetit facultas, et sic ad eccle-
« siam ipsius perge, et illius quod imploras obti-
« nebis interventione. » Illa mox evigilans, hac de visione stupefacta, orat ex voluntate Dei sibi confirmari visa et cum gaudio festinat peragere jussa. Venit igitur ad ecclesiam Sancti venerandæ solennitatis die, beati scilicet Theodorici, tres hebdomadas habens, ex quo id discriminis acciderat illi.

miraculum
evenit, fuit
adeptus.

16 Tunc se ante sepulchrum ipsius cum lacrymis sternens pro salute sua preces effundit, ibique tota nocte perseverans oratione, veniam de piaculis suis humiliter ac fidenter exposcit, dumque adhuc ante tumbam jaceret beati confessoris Christi, divina jubente gratia, per intercessionem Sancti cepit manus ipsius femine paulatim a ligno disjungi, et absque læsione cujuslibet doloris aperiri; sicque dein tota manus expanditur, et lignum dicto citius in pavimento prolabitur, acsi manui nunquam adhæsisse videretur. Multi vero, qui aderant, hoc supernæ pietatis cernentes miraculum, glorificaverunt mirabilem in Sanctis suis Deum. Mulier, quæ, dum Sanctorum nostrorum reliquie in supra memorata, ad quam, ut dictum, anno 887 fuerant delatæ, Remensi ecclesia servabantur, divinitus, quod vespera, diei Dominicæ prævia, mola operaretur, modo singulari plane punita, ac dein per miraculum poena sibi inflata liberata fuisse a Flodoardo hic refertur, docet nos, non tantum die Dominica, sed et vespera, quæ hanc proximè præcederet, operibus servilibus vacare vetitum tum fuisse. Porro miraculo isto, quod omni dubio procul non minus S. Dionysio, quam S. Theodorico adscribendum fuit, verosimillime haud parum S. Dionysii apud Remenses veneratio increvit. Certe postea ecclesia, in qua illius sociorumque Rustici et Eleutherii reliquie apud hosce tum quieverant, Dionysii nomine, ut jam docui, fuit insignita monasterioque homonymo in ejusdem honorem aucta. Nec tantum e supra memoratis miraculis, illoque etiam proinde, quod proximè e Flodoardo recensui, Sanctorum nostrorum apud Remenses aliisque Galliarum populos veneratio incrementa post seculum VII accepit; verum etiam, ut tum magis magisque per omnem late Galliam increaseret, ipsosmet exemplo suo Galliarum reges effecisse, cap. proximè seq. dicenda ostendent.

CAPUT II.

Qui sancti post seculum VII ab ipsis-
met Galliarum regibus honorati
cultuque, extra Gallias etiam dif-
fuso, fuerint gavis.

Plerique, qui post seculum VII florere, Gal-
liarum reges non modo summo opere venerati
Sanctos nostros sunt, verum etiam venerationis,
qua hosce prosequerantur, minime dubia palam
dedere haud raro specimina. Hæc omnia et sin-
gula hic recensere, longioris foret negotii, cum-
que brevitati modo non studere tomî moles jam
inde fere nimia compellat, pauca dumtaxat e
multis adducam, horumque etiam fere, ut
obvia primum fuerint, summa tantummodo
capita delibabo. S. Dionysii sepulchrum Franco-
rum reges, seculo VII posteriores, frequenter in-
vissis, ibique ejus, cum vel ad bellum ituri,
vel longius difficilioris iter suscepturi essent,
auxilium magna cum sollemnitate implorasse, e
Francicæ seu Gallicæ gentis Historiis habetur
comptum. Ibidem etiam vexillum, quod in expeditio-
nibus bellicis præferri ipsis debebat, accipie-
bant, suntque, qui, quemadmodum Monument.
Ecclesiast. tom. 4, pag. 450 Tillemontius ait,
celeberrimum illud, quod a Gallis l'Oriflamme
dicebatur, flamineum vexillum exstitisse ipsum-
met abbatiæ San-dionysianæ labarum, contendant.
Dionysium in præliis invocabant, potentique,
quo apud Deum valebat, patrocinio armorum suorum
successum referentes acceptum, ad Dionysianam
etiam ecclesiam gratias ei de parta victoria
veniebant acturi, nec alio, quam quo S. Dionysii
cineres conditi essent, loco suos post obitum
condi cineres desiderabant. Pipinus, ut supra
vidimus, novam S. Dionysio ecclesiam, cum antiqua,
quam ei S. Genovefa exstruxerat, esset
collapsa, ædificare incepit, cumque hanc deinde,
ut supra pariter vidimus, ad umbilicum Carolus
Magnus, ejus filius, perduxerit, sic sane suam in
S. Dionysium venerationem ambo hi principes
monumento publico erecto manifestarunt.

18 Nec minus dilucide, quantopere Dionysium
veneraretur, scripta sua ad Hilduinum, quam in
Commentario, fictitiis S. Dionysii Areopagitæ Actis
prævio, § 1 expendi, epistola Ludovicus Pius palam
omnibus fecit. Quid porro, quod eo pariter tetendit,
Carolus Calvus præstiterit, supra huc transcripta
Mabillonii in miraculum, num. 9 relatum, Observatio
nos docet. Ut modo ad S. Ludovicum (neque enim omnes,
qui Carolum Calvum proximè exceperunt, recensere
Galliarum reges est animus) sermonem convertam,
is enimvero summa in veneratione S. Dionysium
semper habuit, hancque non raro, ac tum maxime,
cum vel ad Ultramarinas contra Saracenos expeditiones
sese pararet, vel jamjam hæc suscepturus esset,
publicis pietatis exercitiis, uti apud Chesnium tom. 5
Hist. Franc. Scriptorum pag. 384 et 401 videre licet,
fecit testatam. Philippus III, S. Ludovici filius,
priusquam ad expeditionem bellicam adversus
Alphonsum, Castiliæ regem iret, in basilicam San-
dionysianam

Dionysius,
ab ipsismet
etiam Gal-
liarum regi-
bus magno in
honore

post seculum
VII habitus,
insigni plane
per omnem

A dionysianam venit, ibique, uti in ejus Gestis apud Chesnium tom. 5 Francie Sanctorum pag. 533 legitur, vexillo Dionysiano de manu abbatis accepto, Deum suppliciter, ut ceptis suis faveret, est precatus. Verbo *vix* ullum a seculo viii invenire est Galliarum regem, qui publico quopiam indicio suam erga S. Dionysium venerationem non monstraret. Hæc porro insignis erga Sanctum veneratio ac pietas a regibus in opimates ac principes ipsumque etiam populum manavit, fecitque etiam forsan, ut Dionysius, etiamsi Parisiensium dumtaxat apostolus et esse et merito appellari posse videretur, totius tamen Gallie et Apostolus et patronus a nonnullis fuerit existimatus.

late Galliam præcipueque seu Parisiis 19 Ut ut sit, non minores equidem ibi quam si totius Gallie reipsa fuisset apostolus, honores multis in locis fuit adeptus. Certe festum ejus in toto illo regno celeberrimum existitisse, pluribusque ab ecclesiis, addita etiam abstinendi ab operibus servilibus obligatione, celebratum quotannis fuisse, habetur compertum. Modo quidem, quo diurno operariorum victui necessitateque prospiceretur, obligatio illa multis in locis est ab-

B rogata; verum cultus, qui tum S. Dionysio a clero exhiberi solebat, et ab eodem hodieque exhibetur. Fit id, ut etiam vulgo notum est, ix Octobris die, eoque die Sanctus una cum sociis suis Rustico et Eleutherio Fastis sacris tum antiquioribus, tum recentioribus, Hieronymianis videlicet Apographis, Martyrologio Romano Parvo, Adoni, Usuardo, Nothero, Rabano, Martyrologio Romano hodierno aliisque hagiologiis quamplurimis brevitatibus causa hic non nominandis existat inscriptus. Ac is quidem Octobris dies S. Dionysii sociorumque ejus martyria celebrando, uti hæc verbis, de quorum (Dionysii scilicet ejusque Sociorum) passione vii Idus Octobris Dominus nos gaudere voluit, Acta hic jam edita insinuant, fuit electus. Verum alii præterea dies, quibus aliarum etiam rerum eventumve, ad Sanctos nostros spectantium, commemorationes, institutis sive in San-dionysiana abbazia sive in diocesi Parisiensi in horum honorem festis annuis, celebrarentur, fuerunt assumpti. Hæc inter festa primum a præcipuo, quod, ut dictum, in ix Octobris diem, Sanctorum nostrorum martyrio recolendo sacram, incidit, locum C obtinet illud, quo ad xii Aprilis diem S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii inventio, nonnullis etiam Fastis sacris tum inserta, quotannis in diocesi Parisiensi celebratur; quæ quænam sit, in Commentario, Sanctorum nostrorum Actis jam datis prævio, num. 213 et seq. edocui.

seu in Parisiensi diocesi 20 Saussayus Festum, quo Sanctorum nostrorum, ut dictum, inventio xii Aprilis die quotannis celebratur, non inventionis, sed revelationis nomine in concinnato a se Martyrologio Gallicano ad dictum Aprilis diem distinguit, aliudque Sanctorum nostrorum Festum, quod primam inventionem sacerdotum corporum sancti Dionysii et sociorum Martyrum nuncupat, in dicto suo Martyrologio ad xiiii Martii diem commemorat. In Sanctorum nostrorum Actis, prout a Bosqueto primum in lucem fuere emissa, sequentia hæc leguntur verba: Antedieta tamen mater familias horum immemor secretorum, cum primum persecutionis furor tepuisset, vidit in somnis fervere locum tantorum ossa servantem et qua oportuit sollicitudine requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. Crediderim itaque, Saussayum ad

visionem, qua, quo loco Sanctorum nostrorum corpora jacerent, mulieri revelatum hic narratur, in sua ad xii Aprilis diem annuntiatione respexisse, hincque festum, die isthac Parisiis in Sanctorum nostrorum honorem celebrari solitum, non inventionis, ut alii faciunt, sed revelationis nomine distinxisse, ac porro per primam S. Dionysii ejusque Sociorum inventionem, quam, ut jam monui, ad xiiii Martii diem annuntiat, felicem illum, quo hæc a muliere illa post visionem dictam fuere reperta, eventum designare voluisse. Ea sed sententia, quod Sanctorum nostrorum inventionem, quam xiiii Martii die memorat, primam appellet idque inventionis alterius, cujus deinde ad xii Martii diem meminit, ratione habita, haud dubie faciat.

21 Adhæc inventionem, quam ad xiiii Martii diem memorat, in agro Parisiensi vico Catulano consignat; alteram vero, quam his verbis, In agro Parisiensi oppido San-dionysiano inventio vestimentorum et pulveris sanctorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii in prioratu de Strata, ubi primum Strata eorum corpora jacuerunt, die xii Martii annuntiat, in oppido San-dionysiano sitoque in hoc prioratu hic memorato aperte collocat. Quod cum ita sit, dubitandum non est, quin priori quidem annuntiatione inventionem, qua, quemadmodum jam edita Sanctorum nostrorum Acta num. 12 docent, sacra horum corpora primo a muliere in vico Catholiacensi, posteriori vero alteram, qua, quemadmodum nonnulli, Gestorum Dagoberti scriptori adhibita fide, autumant, secundo a Dagoberto in prioratu S. Dionysii de Strata fuerint reperta, inventionem designet. Verum haud hæc, sed illa tantum S. Dionysii ac sociorum ejus Rustici et Eleutherii inventio solemniter quotannis festo celebrata olim Parisiis fuit ac porro hodie adhuc celebratur, nec recte dici potest Dagobertus Sanctorum nostrorum corpora in prioratu S. Dionysii de Strata invenisse, quemadmodum in præmisso editis modo Actis Commentario num. 213 ostendi. Sed hæc jam de re ista sufficient; pauca modo de alio, quod ad ix Junii diem a Saussayo etiam annuntiat, Sanctorum nostrorum festo dicamus. Celebratur hoc quotannis in San-dionysiano monasterio S. Dionysii ac sociorum ejus Rustici et Eleutherii corporum detectio, quæ, ut Ratisponenses S. Emmerammi in Germania monachi, ad ecclesiam suam S. Dionysii corpus e Francia furto fuisse allatum, contententes, falsi convincerentur, medio circiter sec. xi perhibetur fuisse peracta. Verum infra, cum controversiam qua San-dionysiani in Francia dictique in Germania monachi de corporis S. Dionysii possessione sese inter jam dudum disceptarunt modoque adhuc disceptant, examinabo, de detectione illa sermo instituetur.

22 Reliqua cultus S. Dionysio ejusque Sociis seu in Diocesi Parisiensi seu in San-dionysiano saltem, quod in hac situm est, monasterio delati, argumenta evolvere pergamus. Saussayus in Martyrologio suo Gallicano ad diem xviii Julii sequentem hanc suppeditat annuntiationem: Eodem die (xviii Julii videlicet) ibidem (San-dionysio poli nimirum) apparitio sanctorum Apostolorum Petri et Pauli nec non beati Dionysii et sociorum, facta eidem Papæ Stephano, (hujus scilicet nominis II) quando noctu orans in ipsorum Martyrum basilica, divinitus a vehementi ægitudine, qua jam diu laborabat, per sanctum Dionysium sanatus est, præceptumque ab eo accepit, ipsum altare (SS. Apostolorum Petri

ACTORS
C. B.

ac in San-
dionysiano
monasterio,
quemadmo-
dum quæ

E

F

in medium
hic,

ACTORE
C. B.

Petri et Pauli) consecrandi, et promissum tute ad sedem propriam redeundi, e qua precedenti anno (751) a Longobardis pulsus fuerat. De apparitione, hic memorata, censendum quid sit, ex iis, quæ cap. præced. disserui, utcumque potest statui. Sive interim ea habuerit, sive non habuerit locum, ejus equidem jam data annuntiatio, aut, si mavis, festum, quo eadem, qua contigisse narratur, xxviii Julii die quotannis in Sandionysiano monasterio recolitur, alterum præbet cultus, S. Dionysio deferri ibidem soliti, argumentum. In veteri Calendario, quod Spicilegii Dacheriani tom. 10 a pag. 130 usque ad pag. 142 existat insertum, ad xv Julii diem sequentia hæc leguntur verba: Id. exceptio reliquiarum sancti Dionysii cum sociis suis. Kalendarium illud, uti ex anno 854, quem sibi ad ultimum anni diem habet adscriptum, indubie, Ludovico Pio regnante, fuit confectum; ut certe illud, quod verbis datis annuntiat, Sanctorum festum jam inde a principis illius ætate fuerit celebratum; verum alibine, an in diocesi Parisiensi, pro certo nequeo edicere, quod Kalendarium, dictam reliquiarum, quas memorat, receptionem annuntians, ecclesiæ, a qua hæc facta sit, nomen haud addat. Nec invenire etiam quivi, quænam sit reliquiarum S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii translatio seu repositio, ad xvii Februarii diem a Maurolyco et Ferrario annuntiata.

23 Verum alterius modo adhuc, quod notius est, quodque ad cultum, S. Dionysio in Sandionysiana ecclesia delatum, utcumque etiam spectat, festi seu solemnitate annuntiatio diversos apud hagiologos occurrit. Ad xxiv Februarii diem S. Dionysii episcopi ecclesiæ prope Parisios dedicatio, olim a Christo apparente facta, in Martyrologiis, a Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino, Saussayo et Ferrario contextis, itemque in Florario nostro Ms. celebratur. Dedicatiois hujus Historiam admodum prolixiæm Bucelinus loco cit., alique scriptores nonnulli suppeditant. Hanc, priusquam, verane mihi, an falsa appareat, edicam, juverit hic compendio lectoris oculis subjecisse. Dum ecclesiæ, a Dagoberto I, Francorum rege, a fundamentis exstructæ, dedicationi mox securæ necessaria omnia summo studio parentur, leprosus, ulceribus totus obiectus, solus noctis tempore in templo, religionisne obtentu, an sanitatis recuperandæ spe, incertum, relictus, ipsummet Christum Dominum, Petro et Paulo Apostolis ei ministrantibus, Dionysioque et Sociis Martyribus astantibus loci consecrationem peragentem luculentæque hujus signa parietibus imprimenter conspexit, cumque, quæ vidisset, episcopis referre a Christo jussus, fidem sibi non adhibendam, responderet, virum illico, manu admota, Dominus sanavit, isque post, pellem seu cutem, quæ, cum id beneficii reciperet, miraculo ei detracta ac in quodpiam ecclesiæ saxum fuerat dejecta, ostendens, fidem apud Dagobertum et episcopos invenit, atque hinc hi, visis etiam, quæ parietibus impressa erant, nec deleri poterant, manifestissimis consecrationis, ab ipsomet Domino factæ, indicii, solemnem hancritu quotannis celebrari permiserunt.

ab ipsomet
Christo fa-
cta, narra-
tur, pro pu-
ro

24 Doubletus, qui rem, compendio hunc in modum jam expositam, in Sandionysianis Antiquitatibus lib. 1, cap. 22 fusissime explanat, pro sese, quo narrationi suæ fidem conciliet, monasterii sui Legendas, Breviaria et Mss.,

itemque Sugerum abbatem, Vincentium Bellovacensem, Algeram, Franciæ annalistas aliosque, quos nominatim haud exprimit, scriptores, imo et ipsas etiam, nulla tamen pariter nominatim expressa, Franciæ regum chartas in fine allegat. Verum nullus omnino e scriptoribus, quos vel ipse hic vel Bucelinus aut alii supra laudati hagiologi, ecclesiæ S. Dionysii, quæ ab ipsomet Christo fuerit peracta, consecrationem commemorantes, pro sese citant, satis est antiquus, ut rei adeo mirandæ, de qua apud scriptores prorsus omnes tum suppres, tum æquales altissimum silentium, sola sua auctoritate fidem certam atque indubitatam facere sit natus. Res e jam nunc dicendis patet. Scriptorum omnium, qui pro historia illa seu potius fabula confirmanda adducuntur, antiquissimus est Sugerus, Sandionysianus ab anno 1122 ad annum usque 1151 abbas. Atque hic quidem, de novæ Sandionysianæ ecclesiæ a se ædificatæ consecratione loquens, apud Chesnium tom. 4 Franciæ Scriptorum pag. 354 de facta ab ipsomet Christo antiquæ Sandionysianæ ecclesiæ, a Dagoberto exstructæ, consecratione mentionem facit; verum cum, Sugerus seculo decimo xii, ut jam insinuavi, floruerit, a Dagoberto anno 638, uti inter omnes modo convenit, vita functi, ætate quatuor amplius seculis vixit remotus; cum autem id ila sit, per se sane, quod de facta a Christo ecclesiæ, a Dagoberto exstructæ, consecratione nonnulli, nequid habere perspicuum.

25 Loco quidem cit. addit, veneranda hanc scripta testari; verum quæ qualiter illa sint, non edicit. Crediderim ego, Sugeri ætate nondum admodum fuisse antiqua, imo ipsammet de Sandionysiana a Christo olim consecrata ecclesia opinionem nondum tum admodum exstitisse vetustam. Cur ea sede sit sententia, e jam nunc dicendis intelliges. Anonymus Gestorum Dagoberti scriptor, qui, quemadmodum supra docui, seculo ix ineunte, ac proin duobus amplius seculis ante Sugenum floruit, nullam plane consecrationis, qua ab ipsomet Christo ecclesia, a Dagoberto exstructa, fuerit dedicata, mentionem facit; quod si autem tum vel qualiscumque tantummodo de re adeo miranda, quæ Sandionysianam ecclesiam plurimum commendare ac venerandam reddere nata fuisset, rumor increbuisse, futurum fuisse quis putet, ut scriptor ille, qui de illa, a Dagoberto, ut prodit, a fundamentis exstructa, in principis hujus a se scriptis Gestis loco non uno loquitur, nusquam in hisce memorabilem adeo ejusdem prærogativam commemorasset? Enimvero, cum fabulas seu commenta non pauca, quo Sandionysiani, cujus iniquitatem erat ac monachus, monasterii initia augustiora redderet, in conscripta a se, ut supra docui, Dagoberti Gestis intulerit, fuisse in hæc illum mirandam, de qua hic nobis sermo, consecrationem, si vel utcumque nota ei fuisset, pariter illaturum, indubitatum vel idcirco apparet, quod vix aliud quidquam ad monasterii sui ecclesiam augustiorem faciendam aptius invenire aut etiam comminisci potuisset.

26 Jam vero, cum res ita habeat, opinioque adeo, quæ Sandionysianam ecclesiam, a Dagoberto exstructam, ab ipsomet Christo consecratam statuit, ne nota quidem anonymo Gestorum Dagoberti scriptori exstiterit, consecrarium est, ut forsitan duobus dumtaxat ad summum seculis Sugeri abbatis ætate sit antiquior. Dicesne forsitan, factum esse posse ut, etiamsi miranda, de qua hic agimus, consecratio habuisset locum, eam tamen

ob rationes.

A *men anonymus Gestorum Dagoberti scriptor ignoravit? Verum, cum solemini, postquam acciderat, festo fuerit quotannis, ut aiunt, ex episcoporum præcepto celebranda, potuisse illam, si locum habuisset umquam, a monacho, monasterii, in quo fieri id debuisset, inquilino ignorari, in animum quis inducat? Atque hæc quidem, Sugero aliisque eo adhuc recentioribus scriptoribus in re, de qua hic agitur, fidem haud adhibendam, suadent; quod autem ad regias, quas pro se quoque Doubletus supra laudatus citat, chartas jam spectat, hæc certe seculo nono antiquiores haud fuerint, ac proin ad fidem rei, de qua hic nobis sermo, conciliandam parum admodum sunt aptæ. Cum enim Chartæ regie, a Doubleto laudatæ, aliæ indubie non sint, quam quæ monasterio San-dionysiano a Francorum regibus fuerint concessæ, chartasque huic ante ætatem suam seu seculum nonum a Francorum regibus impertitas anonymus Gestorum Dagoberti scriptor, ut Bouquetus in præmisso hisce Monito aliique eruditi docent, ecceperit, nec tamen uspiam consecrationis, quam ab ipsomet Christo San-dionysiana a Dagoberto*

B *ædificata ecclesia acceperit, mentionem faciat, consecrarium est, ut eam certe, utpote quam aliquin, uti e jam dictis liquet, commemoraturus indubie fuisset, in chartarum illarum nulla memoratam invenerit, utque proinde, si quas forsitan in monasterio San-dionysiano chartas regias, in quibus mirabilis illa consecratio refertur, Doubletus invenit, hæc indubie ante seculum ix haud fuerint concessæ.*

narrationem
illam fide
omnino
27 Quid plura? Cum res ita habeat, hæcque adeo non magis, quam Sugerus aliique seculo nono haud anteriores scriptores, rei adeo mirandæ, diu ante seculum istud gestæ, fidem certam facere sint natæ, proximum est, ut, quemadmodum miracula ac prodigia diversa, quæ apud anonymum Gestorum Dagoberti scriptorem leguntur, a scriptore isthoc, quo monasterii sui initia augustiora redderet, putantur conficta, ita etiam mirandam illam, quam Doubletus supraque laudati hagiologi memorant, antiquæ San-dionysianæ ecclesiæ consecrationem e sola pariter, quo celeberrima isthæc ædes sacra celebrior adhuc atque augustior redderetur, fingendi licentia natam arbitremur. Doubletus quidem miracula nonnulla, quæ, ut ab ipsomet Christo templum San-dionysianum consecrationem

C *vere acceperisse crederetur, patrata in illo mox post hanc fuerint, recenset; verum nihil omnino sat solidi, quod fidem illis conciliare ulcunque sit aptum, adjungit. Eane forsitan in Breviariis, Legendisve monasterii sui antiquis invenerit? Id quidem facile crediderim; verum, cum monumentorum illorum ætatem Doubletus haud edoceat, sane tuis, quæ ob causas, aliunde etiam petitas, suspecta ut plurimum eruditibus haud immerito sunt, moveri non debemus, ut vel dictis miraculis vel ipsimet prodigiis, in cuius confirmationem facta hæc sint, consecrationi, per ipsummet Christum San-dionysiano, quod Dagobertus exstruxerit, templo adhibitæ, fidem adjungamus. Neque vero ecclesiæ San-dionysianæ consecratio, quæ quotannis a San-dionysianis monachis ad xxv Februarii diem celebratur, ad ecclesiam, quam Dagobertus exstruxerit, sed ad illam, quam, a Pipino inceptam, ad umbilicum, ut supra vidimus, Carolus Magnus adduxit, refertur. Audi, qui opportune ad institutum nostrum Felibianus in San-dionysianæ abba-*

tiæ Historia pag. 57 de nova San-dionysiana ecclesia, a Pipino condi cepta atque a Carolo Magno jam perfecta, verbis Gallicis, Latine hic a me redditus, loquatur.

28 Novum, inquit, ædificium mense Februario anni 775 ad apicem fuit perductum, consecrationique recipiendæ aptum. Rex hujus causa ad S. Dionysii venit, eaque pompa, quæ a principe adeo magnifico expectari poterat, dedicationis cærimoniam jussit peragi. Munificentiam ejus monasterium solemnitate inter gaudia fuit expertum; sua huic Lazarchana in territorio Parisiensi prædia una cum loci, quæ sub SS. Cosmæ et Damiani invocatione erat exstructa, ecclesia, aliudque Masciaci in diecesi Meldensi situm prædium dono dedit. Charta ejus data est in S. Dionysii monasterio quinto Kalendas Martii, regni ejus in Francia quidem septimo, in Longobardia vero primo; quod annum 775, diemque Februarii xxv designat, verosimileque est, pridie festi S. Matthiæ dedicationem fuisse peractam; quo die quotannis hodieque in S. Dionysii anniversarium dedicationis ecclesiæ festum celebratur. Chartam, a Carolo Magno San-dionysianæ abbatiæ datam, quam Felibianus hic laudat, inter documenta, quæ ad contextæ a se San-dionysianæ Historiæ calcem adjecit, part. 1 num. 51 integram recenset, cumque in hac, quæ vere, ut ait, v Kalendas Martii seu xxv Februarii die data ibidem notatur, sese modo, quam ædificavit S. Dionysii ecclesiam cum magno decore jussisse dedicari, Carolus Magnus affirmet, enimvero non alia, quam quæ xxv Februarii proxime præcessit, die dedicationem illam fuisse peractam, verosimile, imo etiam verosimillimum ac prope indubitatum evadit. Verosimillime itaque ecclesiæ San-dionysianæ dedicatio, quæ in S. Dionysii ad xxv Februarii diem quotannis celebratur, ad ecclesiam non a Dagoberto, sed a Carolo Magno exstructam refertur, seu, quod eodem recidit, festum illud non ab ecclesiæ consecratione, quæ sub Dagoberto, sed quæ sub Carolo Magno facta est, trahit originem.

29 Quod si porro, uti consequens hinc est, die illo ecclesiæ San-dionysianæ dedicatio, quæ sub Dagoberto facta sit, in S. Dionysii quotannis haud celebretur, consecrarium sit, ut festum annuum, quod in dedicationis illius, per ipsummet Christum, Dagoberto regnante, peractæ, memoriam fuerit institutum, commentitium indubie sit. Hinc porro et ex aliis, in medium supra jam adductis, ulterius consequitur, ut ipsamet etiam ecclesiæ San-dionysianæ consecratio, quæ a Christo fuerit peracta, pro commentitia merito sit habenda. Nec censura minus acri perstringi meretur, quod præterea de pelle, leproso, cum a Christo sanaretur, per prodigium detracta ac in perpetuum consecrationis, jam satis hic discussæ, testimonium in San-dionysiano monasterio una cum aliis sacris lipsis servata, venerandoque eidem leproso indito deinde S. Peregrini nomine Doubletus loco supra cit. affirmat. De S. Peregrino, Autissiodorensi episcopo, seculo iii martyrium passo, ad xvi Maii diem, quo in Fastis sacris signatur, tomo tertio Maii jam egimus, sacrumque ejus corpus ad San-dionysianam ecclesiam, ubi id hodieque servari, Felibianus in sacri istius asceterii Historia pag. 465 insinuat, fuisse olim, Dagoberto forsitan regnante, translatum, ibidem pag. 562 ostendimus

AUCTORE
C. B.

indignam
monstrantes.

E

videatur ha-
bendum, mo-
do adducta,
ostendunt,
cuius eccle-
siastico

AUCTOR
C. B.

562 ostendimus. Hæcne forsā S. Peregrini Autissiodoro ad San-dionysianum monasterium translatio, quæ, ut refertur, non sine prodigio fuerit peracta, fingendo olim, quod de leproso, sanitati per Christum restituto, nomineque S. Peregrini illi postea indito Doubletus ait, occasionem seu ansam suppeditarit? Ut sit, hoc sane consecrationis modo discussæ adjunctum non minus, quam hæc ipsa, pro commento meretur haberi. Verum, etsi res ita habeat, quotannis equidem, uti modo ex Felibiano de Carolo Magno adducta evincunt, San-dionysianæ ecclesiæ consecratio, Carolo Magno regnante, facta, in S. Dionysii quotannis ad xxiv Februarii diem celebratur, sicque iterum cultus, Sancto huic nostro ejusque sociis SS. Rustico et Eleutherio ibidem delati, argumentum habemus.

fuit gravisus,

30 Porro ne quid etiam, quod ad cultum, Sanctis nostris seu Parisiis seu in Parisiensi potissimum diœcesi deferri solitum, spectat, intactum relinquam, quæpiam adhuc, quæ ad hunc faciunt, supra allegatis adjungo. Non modo ibi secundarium seu minus principale festum, quo, ut jam docui, S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii inventio quotannis ad xxii Aprilis diem recolitur, primario seu præcipuo festo, quo natalis eorumdem dies seu martyrium ix Octobris die quotannis celebratur, adjungitur; verum etiam postremum hoc festum eodem, quo Epiphania Domini ac Sanctorum omnium festum, ritu solemniori-majori, ut vocatur, et cum Octava peragitur. Adhæc, quod notatu etiam maxime dignum cultus, Sanctis nostris ibidem deferri soliti, partem constituit, septenæ in horum honorem, uti ex Baillet et spiritualibus, ut appellantur, Parisiensibus Kalendaris disco, stationes Parisiis et in civitatis hujus vicinia sunt institutæ. Prima harum in sanctissimæ virginis Mariæ de Campis, secunda in S. Stephani de Gressibus, seu, ut Bailletus in Sanctorum nostrorum cultus, quam ad ix Octobris diem suppeditat, Historia vult, de Egressu, tertia in S. Benedicti, quarta in S. Dionysii de Passu, quinta in S. Dionysii de Carcere, ubi et Sancti volunt haberi vincula, sexta in SS. Martyrum seu Montis-Martyrum, ac septima denique in S. Dionysii ecclesia et in S., qui vicinus huic est, Dionysii de Strata prioratu habetur. Qui stationes illas instituerunt, sibi haud dubie, ut, non tantum martyrii, a Sanctis tolerati, verum etiam carceris, cui inclusi, vinculorum, quibus constructi, tormentorum, quibus affecti, ac denique etiam tumuli, quo conditi fuerunt, memoria frequenter recoleretur, habuere propositum. Atque hæc sunt, quæ præcipue de S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii in Parisiensi præsertim diœcesi Dionysianaque abbatis cultu commemoranda inveni.

isique, qui
eo, quo hic
exponitur,
tempore et
modo in Ci-
sterciensem

31 Nunc qui hic fuerit etiam in Præmonstratensem ac Cisterciensem ordines introductus, et quam late extra Gallias diffusus, lubet exponere. Cum abbas monachique San-dionysiani a Cisterciensibus, ut S. Dionysii festum colerent, postulassent, hoc illi in omnibus ordinis sui monasteriis magna solemnitate quotannis celebrandum in generali, quod anno 1232 habuerunt, capitulo statuere, eorumque haud ita multo post vestigia Præmonstratenses in generali suo anni 1236 capitulo ad eorundem San-dionysianorum preces sunt secuti. Litteras, quibus id a se factum, tam hi, quam illi e generalibus suis eo, quo jam dixi, tempore habitis capitulis San-dionysianos red-

diderunt certiores, Felibianus in Documentis authenticis, ad San-dionysianæ a se concinnatæ historiæ calcem adjectis, part. I num. 167 et 169 integras recenset. Harum verba, quæ, quod modo asserui, probatum dant, huc transcribo. Cisterciensium sequentia hæc sunt: Ex hac etiam (Domini gratia)... illa vestra laudabilis petitio, quam pro honorando gloriosissimo patre et patrono vestro et nostro beato Dionysio per venerabilem F. Cancell. Melden. nobis direxistis; quam quia de fonte charitatis et devotionis sensibus emanare, ei grato animo duximus assensu occurrendum, ipsam intra sacrarium exauditionis pia devotione admittentes. Statuimus igitur et inter statuta definitionis hujus anni censimus conscribendum, ut in festo præfati Patris et Patroni vestri beati Dionysii duæ Missæ in singulis abbatibus ordinis nostri in conventu per universum ordinem in perpetuum celebrentur more aliarum festivitatum, in quibus duæ Missæ cantari solent in conventu; ita tamen quod monachis feriantibus ipso die conversi juxta consuetudinem Ordinis laborabunt. Præmonstratensium vero ista: Reverendo Patri in Christo etc. sancti Dionysii in Francia abbati salutem et cum orationibus sinceram ad obsequia voluntatem.

32 Attendentes, petitionem vestram esse satis favorabilem et honestam, ut de beato Dionysio, patrono vestro videlicet, fieret per totum Ordinem duplex festum, ipsam duximus admittendam, paternitati vestræ attentissime supplicantes, quatinus per gratiam vestram, si placet, de Sancti ejusdem reliquiis nobis dignemini transmittere, ut super hoc eo devotius teneamur ad grates, quo vestram discretionem fuerimus in hac parte experti. Num cum, in hisce partim modo hic recitatis Cisterciensium ac Præmonstratensium litteris expresso, S. Dionysius hodieque apud hosce gaudeat, pro certo nequeo edicere, nec in rem, quod minoris momenti visa sit, operosius inquirendum existimavi. Dionysium interim una cum sociis suis Rustico et Eleutherio diutissime adhuc post tempus, quo, quas dixi, litteræ datæ fuerunt, fuisse singularem apud Cistercienses ac Præmonstratenses cultu gavisum, colligitur ex horum penes nos estantibus seculoque proximæ elapso excusis Brevariis, quæ non tantum ecclesiasticum Officium, de Sanctis nostris ad ix Octobris diem recitandum, assignant, verum etiam sibi præfixum habent Kalendarium, in quo tum hi, non secus ac Sancti alii, solemniori in duobus illis Ordinibus ritu coli soliti, litteris rubricis notantur. Atque ita quidem, cum duo laudati Ordines extra Gallias etiam sese extendant, Sanctorum nostrorum cultus utcumque etiam fuit extra regni illius terminos diffusus; verum quoniam præterea potissimum is pertigerit, jam nunc dicenda aperient. Stephanus II Papa, qui, quemadmodum supra vidimus, verosimillime a S. Dionysio, in somnis sibi apparente, sanitati in Francia fuerat restitutus, Romam inde saluus ac incolumis reversus, sancti hujus Sospitatoris sui, cujus et aliquas secum, ut supra pariter vidimus, reliquias e San-dionysiano monasterio assumpserat, cultum primus Romam ac in Italiam jam inde, ut apparet, ab anno circiter 756 iniecit.

33 Certe Sanctos Romæ ab immemorabili modo tempore, imo jam inde a pluribus retro seculis ad ix Octobris diem ecclesiastico quotannis Officio sub ritu semi-duplici coli, e Brevariis, Missalibus ritualibusque libris non paucis habetur

in alias et-
iam extra
Galliam re-
giones, præ-
cipueque,

A betur compertum. Nec id tum Romæ tantum, sed et in aliis etiam utut extra Gallias sitis civitatibus ac locis apud universos, qui in colendis Sanctis Romana legunt vestigia, ubivis gentium fit. Verum inter ecclesias, quæ, quamvis ad Galliarum regnum haud spectent, Sanctos nostros tum colunt olimve saltem coluere, sunt etiam, a quibus id solemniori, quam a Romana Ecclesia, ritu præstatur. Ac præcipue id quidem in una alterave Germaniæ ecclesia obtinet olimve saltem obtinuit locum, uti ostendunt mox dicenda cum nonnulla de cultu, quo in Anglia etiam, integra ibidem adhuc stante re Catholica, Sancti nostri fuere gavis, primum protulero. S. Dionysii festum singulari quopiam modo celebratum olim ab Anglis fuisse, Felibianus in contexta a se San-dionysianæ abbatie Historia indicare videtur. In hac enim chartam, documentis authenticis, quæ ad ejusdem Historiæ calcem adjecit, num. 112 insertam, pag. 126 citat, atque, in ea a S. Eduardo, Angliæ rege, terram quampiam, in comitatu Oasfordiensi, sitam, San-dionysiano Franciæ monasterio imper-tiente, celeberrimum esse apud Anglos S. Dionysii festum, insinuari.

Anglia etiam 34 Verum verba, quæ in Charta illa, anno 1059 notata, ab Eduardo usurpantur, atque ad Felibiani institutum faciunt, sequentia hæc tantummodo sunt: Ego Edwardus, rex Anglorum, cum essem in pace, in gloria regni mei, pro salute animæ meæ, patrumque meorum, qui ante me regnaverunt, dedi sancto Dionysio, qui celebris memorie apud nos quidem nominatur, apud Francos autem et colitur et habetur, villam quamdam, nominatam Teintuna, in territorio et comitatu urbis, quæ Oxenaforda dicitur. Ita autem. ut mihi equidem apparet, laudatus sanctus Anglorum rex, singulari quopiam modo S. Dionysii in Anglia festum coli, celeberrimumque id apud gentem Anglorum esse haud insinuat. Utut sit, Sanctos nostros equidem in Anglia etiam cultu ecclesiastico antiquitus esse gavisos, mihi aliunde apparet sat certum. Laudatus Felibianus in præfatis Documentis authenticis num. 62 exhibet etiam chartam, anno 790 ab Offa, Merciorum in Anglia rege in San-dionysiani in Francia monasterii favorem concessam, in qua is princeps sic loquitur: Donatum, quod amicus noster et fidelis Bertualdus dux et frater ejus Eadbalus de receptaculo suo Ridrefelda, quod est in pago, qui vocatur Successa, super fluvium Saforda, et de portu super mare, Hastings et Pevenisel, quomodo ante dies istos legaliter subscriptis testibus, ad eosdem Sanctos (Dionysium ejusque Socios) Martyres, qui sua deprecatione ab infirmitate nimia, qua tenebatur jam dictus dux, eum resuscitaverant, fecit petentibus eisdem (Berthualdo duce nimirum ejusque fratre Eadbaldo) et præfato Maginario San-dionysiano abbate, nos et concessus obtinuit meorum uno eodemque consensu laudamus et confirmamus.

non præterita 35 Quid si ergo dux Bertualdus, quo sese erga S. Dionysium ejusque Socios, sospitatores suos, exhiberet gratum, non tantum donatione hic memorata San-dionysianum monasterium locupletarit, verum etiam, ut hi deinceps cultu ecclesiastico in Anglia gauderent, curarit? Sane id vel per hunc vel per alios, ipsosmet forsitan, cum eis (Monast. Angl. tom. 1, pag. 547 v. Octobris Tomus IV.

desis) Deorhystensis in Anglia prioratus anno 1069 donatus fuisset, San-dionysianos monachos, a multis jam seculis factum, indubitatum prorsus ex iis, quæ modo subdo, apparet. Apud Martene tom. 5 Veterum Scriptorum et Monumentorum a col. 652 usque ad col. 658 antiquissimum exstat Anglicanum Kalendarium, quod, quemadmodum in Observatione prævia Marteneus docet, antiquo Sacramentorum libro, ad ecclesiæ Anglicanæ usum sub annum millesimum conscripto atque ad Gemmeticensis diocesis Rothomagensis monasterium sub annum 1032 allato, præmittitur; antiquissimo autem isti Kalendario, in quo paucissimi dumtaxat ad singulos singulorum mensium dies memorantur Sancti, ad 1x Octobris diem SS. Dionysius, Rusticus et Eleutherius exstant inscripti. Adhæc in supellectili nostra litteraria reperitur Missale Anglicanum antiquum, quod et ad 1x Octobris diem celebrandam de SS. Dionysio, Rustico et Eleuthero Missam proponit, et Kalendarium, in quo hi ad eundem diem signantur, sibi habet præfixum.

36 Modo ad Germaniæ ecclesias, quæ, quemadmodum apparet, primum facile locum a Gallia in S. Dionysio colendo obtinent, orationem convertamus. Penes nos exstat Bebeburgense Breviarium, anno 1575 Dilingæ excusum, quod ad 1x Octobris Missam de S. Dionysio ejusque sociis Rustico et Eleuthero Bebenburgi celebrandam præscribit, sibi quæ præterea præfixum habet Kalendarium, in quo hi, ut Sancti alii, solemniori ritu, annuoque cum annexa abstinenti ab operibus servilibus obligatione festo ab ecclesia Bebenburgensi colendi, litteris rubricis notantur. Verum, si non omnes tres Sancti nostri, Dionysius saltem insigniori adhuc, ni fallar, cultu Ratisponæ in Bavaria gaudet. Ita colligo ex iis, quæ in sua de S. Dionysii corpore, e Gallia in Bavariam ad civitatem Ratisbonensem translato, Dissertatione, anno 1750 vulgata, scribit Joannes Baptista sacri Romani imperii princeps et Ordinis S. Benedicti ad S. Emmeramum Ratisponæ abbas. Hic enim scriptor in sua illa lucubratione pag. 76 sic habet: In hodiernum usque diem quovis anno sub ritu duplici secundæ classis Dominica ultima post Pentecosten hoc translationis (S. Dionysii nimirum) festum agitur. Ipsa autem festivitas de S. Dionysio celebratur 1x Octobris sub ritu primæ classis. Ita ille ibidem de cultu, quo S. Dionysius in Ratisponensi S. Emmerami abbatia seu ecclesia gaudet; qualis autem sit, qui ei in civitate ac tota diocesi Ratisponensi solet deferri, postea etiam prodit, ubi primum, a tota urbe ac diocesi Ratisponensi in patronum fuisse electum S. Dionysium, pag. 82 præfatus, pag. deinde 83, festum ejus quotannis a diocesi Ratisponensi sub ritu duplici majoris celebrari, affirmat.

37 Nec ea tantum, quæ jam dici, scriptor ille nos de S. Dionysii apud Ratisponenses cultu docet, verum etiam festum, quo in Benedictino S. Emmerami monasterio S. Dionysii ejusdem translationis quotannis recolitur, e Leonis IX, summi Pontificis, præcepto celebrari. Et vero in litteris, nomine ejus inscriptis infraque plus semel citandis sequentia hæc leguntur verba: Insuper etiam dictæ præcipimus ut translationis ipsius (corporis S. Dionysii e Gallia in Germaniam) veneranda solemnitas tam a 122 fratribus

sese diffudit.

ANCTORA
C. B.

fratribus ejusdem ecclesiae (S. Emmerami nempe) quam ab universis urbis (Ratisponensis) jam dictae annis singulis cum omni jucunditate et gaudio celebretur. Scio quidem, insignem, quo S. Dionysius apud Ratisponenses gaudet, cultum ex ejus praecipue, quae ad hosce e Gallia sub seculi ix finem facta sit, translatione esse enatum, hancque a pluribus non tantum Gallicae, sed et aliarum nationum eruditiss pro commentitia haberi; verum, commentitiane re ipsa haec sit, an non, in Appendice proxime sequenti examinabimus: cultu interim plane insigni, utut verosimillime e translatione illa, seu vera, seu falsa, exorto, S. Dionysium apud Ratisponenses gaudere ac praeterea a longissimo jam tempore esse gavissimum, modo hic e laudato S. Emmerami abbate allegata ostendunt, quod hic potissimum, priusquam ad alia progredere, restabat dicendum.

CAPUT III.

B

Qui S. Dionysii ejusque sociorum reliquiae metu hostium saepius translatae, aliterque adhuc honoratae ac palam periculis publicis pellendis fuerint productae.

Sanctorum
nostrorum
corpora, quae
Normanno-
rum metu

Etsi quidem Dagobertus I, Francorum rex, S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii corpora ex antiquis, in quibus jacebant, sarcophagis seu scriniis in nova argentea, ut supra in Commentario, Actis modo editis praemisso, num. 214 et binis seqq. docui, verosimillime curavit transponi, non fuisse tamen, principe illo mandante, sacra isthaec pignora vel e prioratu S. Dionysii de Strata, vel aliunde ad Sandionysiam oppidi ac monasterii homonymi ecclesiam translata, certum omnino ex iis, quae in eodem Commentario num. 210 et quatuor seqq. disserui, apparet. Nec ullum etiam, quin eodem semper loco, quo primum fuerant sepulta, ad Dagoberti usque aetatem quieverint, dubitandi locum, quae in eodem pariter Commentario § x et binis seqq. adduci, relinquere videntur. Verum an inde tandem saltem ad tempus mota, Dagoberto e vivis sub annum 638 sublato, haud fuerint? Ad Caroli Magni, Saxonibus bellum illaturi, castra, ut miraculum, in hac Appendice num. xi et seq. relatum fidem facit, fuere delata. Et quidem qualicumque hac Sanctorum nostrorum corporibus adhibita translatione nullam omnino, quae in monumento satis vetusto ac fide digno fundata sit, antiquiorem seu anteriorem invenio; verum illam, integro nondum a Caroli Magni morte seculo elapso, tres aliae haud prorsus dissimiles, utpote et ipsae ad tempus dumtaxat factae, exceperunt. Ut ratione et via procedat oratio, singulas tres, quo evenerunt ordine, expono. Annales Bertiniani ad annum 859 sic loquuntur: Ossa beatorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii metu eorumdem Danorum in pagum Mauripensem, in villam sui juris Novientum

deventa sunt, atque xi Kalendas Octobris in loculis diligenter conlocata.

39 Haec quoque Annalium Bertinianorum verba in Vita et Miraculis S. Dionysii, observatione decima recitat Launois, ac deinde subiungit: Novientum Parisiaci agri villa est, quae nunc sancti Clodoaldi nuncupatur: Hincmarus in vita S. Remigii de Clodoaldo: "Villam vero Novientum in pago Parisiaco cum omnibus ad se pertinentibus matri ecclesiae Parisiensis civitatis, ubi presbyter extitit ordinatus, donavit." In hanc villam, quae Parisiensi ecclesiae, non monasterio S. Dionysii propria erat, translatae sunt Dionysii et sociorum reliquiae. Ita ille, volens scilicet, villam, nomine Novientum, ad quam S. Dionysii sociorumque ejus reliquiae anno 859 metu Normannorum seu Danorum, ut Annales Bertiniani testantur, fuere translatae, existisse nominis istius villam, non quae ad S. Dionysii monasterium, sed ad ecclesiam Parisiensem pertineret. Verum, cum Launois nihil omnino, quo hoc suum placitum probet, in medium adducat, quis, quae, ei potius, quam Annalibus Bertinianis, S. Dionysii sociorumque ejus reliquias ad villam, nomine Novientum, quae juris esset S. Dionysii, seu ad S. Dionysii monasterium spectaret, fuisse tum translatae, diserte asserentibus, putet credendum? Nemo sane, quantum opinor, qui, quando nihil obstat, antiquioribus potius, quam recentioribus scriptoribus in rebus, procul ab aetate nostra gestis, standum esse existimavit. Et vero, cum Novientum, agri Parisiaci villam, S. Clodoaldi nomine hodie distinctam, ad quam tum Sanctorum nostrorum reliquias fuisse translatae, Launois contendit, duabus dumtaxat leucis circiter Parisi absit, enimvero, si ad hanc tantummodo sacra illa pignora translata tum fuissent, neulquam haec in tuto adversus Normannos, tum continuo vicinis civitati Parisiensi locis imminentes, posita fuissent.

40 Itaque Sanctorum nostrorum reliquiae, non ad Novientum, a Launoio assertum, sed ad aliud, ad Sequanam in terrarum tractu, qui, in laudatis Annalibus Mauripensis ac in aliis monumentis antiquis nunc Haripensis, nunc Heripensis aut Moripensis, Moripensisve aut aliis etiam nominibus affinis vocatus, Gallice modo L'Hurepoix nuncupatur, seu circiter Trevis et octodecim aut viginti propemodum a civitate Parisiensi leucis situm atque ad Sandionysianam abbatiam spectans, fuere tum translatae; ubi eas in locis etiam abditis visum est recondere; et sane perquam provide ac prudenter, si quidem alioquin ibi etiam a Normannis, paulo post majori etiam, quam umquam antea furore longe lateque per Gallias grassantibus omniaque indiscriminim depredantibus, tutae haud fuissent. Porro quo deinde anno ad S. Dionysii monasterium e praefata villa Sanctorum nostrorum corpora fuerint reducta, nusquam memoriae proditum invenio; verum id ante annum 876 factum fuisse, concludendum apparet ex eo, quod tum, Normannis iterum in Galliam per Sequanam illapsis, ad terram, Curtem-Superiorem, Gallice Consevreux vocatam, Remosque inter et Lugdunum Clavatam ad Aconam sitam, sacra illa pignora, non aliunde, sed, quemadmodum e verbis, quae e Sanctorum nostrorum miraculis, saec. iii Benedict., part. 2 insertis supraque saepissime jam laudatis, mox subdam,

anno 839
Novientum,
viginti circi-
ter

E

a civitate
Parisiensi
leucis disti-
tum,

F

A subdam, videtur, e dicto monasterio denuo fuerint translata.

annusque deinde 876 ad diocesis Remensis,

41 Verba illa translationem isthanc, modo hic memorandam, ibidem lib. 3 cap. 1 exponunt, sequentiaque hæc sunt: Igitur anno tricesimo septimo regni piissimi Karoli Tertii, dilectoris Dei et Sanctorum ejus avidissimi amatoris, imperii autem primo, peccatis populi prægravantibus, nec non Evangelica suppeditante sententia, qua præscriptum est, surgere gentem contra gentem et regnum super regnum; insuper prophetico occurrente eloquio, quo pervenisse gladium dixit usque ad animam; impiis mundi circuitoribus Nortmannis Sequanam ingredientibus, ac circumcirca universa depopulantibus, comitante turba monachorum, pretiosissima Dionysii, Rustici et Eleutherii pridie Kalendas Decembris levantur corpora et ad Superiorem-Curtem, quam eisdem ob remedium animæ incluta Berta, regis Magni Caroli filia, tradiderat, tandem deducuntur. Quæ cum tertio ab ipsa villa pervenissent miliario, eximuntur navi et, populorum caterva sequente non modica, in sancti Martini exponuntur ecclesiam. B In cujus itineris viatico, sicut a quodam fideli presbytero, nomine Rodulfo, post didicimus, nullus sequentium, quocumque tentus fuisset morbo, nisi sanus remeavit ad propria. Carolus Calvus, qui haud dubie, ratione avi sui Caroli Magni, primogenitique hujus filii, nomine Caroli, qui anno 811 Francorum Neustrasiorum rex obiit, Tertius hic vocatur, xvi Kal. Januarii, seu xvii Decembris die, a Joanne VIII Papa cum gloria magna in ecclesia sancti Petri Romæ susceptus, et, ut Annales Bertiniani supra adhuc laudati tradunt, anno Domini dcccxxvi in die Nativitatis Domini.... in imperatorem est.... coronatus.

cujus hic datur notitia, locum,

42 Porro cum Annalium illorum author annum Incarnationis a die Natali Christi eordiat, pridie Kalendas Decembris seu xxx Novembris die, quo, cum primus adhuc imperii, a Carolo Calvo suscepti, annus laberetur, Sanctorum nostrorum corpora levata in modo huc transcripto ex illorum Miraculis testu dicuntur, annus Christi 876 adhuc erat in cursu; ut proinde, cum author, qui hæc litteris mandavit, Carolo Calvo regnante aut certe, ut ex ejus jam datis verbis nemo non colliget, seculo nono exeunte floruerit, nullo sane modo, quin factum illud tum fuerit, possit ambigi. Loci porro, ad quem tum S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii corpora fuere translata, notitia in Observatione, modo hic recitata Miraculorum capiti seu textui subjecta, suppediatur a Mabilonio his verbis: Superior Curtis, vernacule Conserveu, sita est in diocesi Remensi Laudunum versus, ad Axonam fluvium, prope vicum Caldardam, Chaudard, infra cap. 10, haec tenus de jure monasterii San-dionysiani. Ita ille; fuisse autem terram illam nono etiam seculo de San-dionysiani monasterii jure seu ad istud tum spectasse, liquet ex miraculo, quod in hac Appendice num. 15 et 16 ex Flodoardo narravi. Ceterum, etsi quidem Sanctorum nostrorum corpora eo, quo jam dictum, tempore ad memoratum diocesis Remensis locum fuisse translata, certum omnino atque indubitatum e modo allegatis sit, iterum tamen nihil usquam litteris mandatum invenio, unde vel utcumque tempus, quo inde ad San-dionysianum in Francia monasterium fuerint reducta, innoscat.

43 Verum, cum anno 887, Normannis continuo Gallias miserum in modum vastantibus ac ipsammet etiam Parisiensem civitatem tum obsidentibus, Sanctorum nostrorum corpora Remos fuerint ex ipsomet, ut apparet, San-dionysiano monasterio delata, consecrarium est, ut ad id aliquanto saltem ante dictum annum 887 tempore fuerint reducta, licet interim, quo determinato anno id factum, in obscuro sit. Inceptum modo de tertia hic pariter memoranda Sanctorum nostrorum translatione sermonem prosequamur. Flodoardus lib. 4 Hist. Remensis cap. 8 de Fulcone, Remensi archiepiscopo sic scribit: Eo tempore Nordmannis Francorum terras infestantibus et diversa loca depopulantibus, hic pontifex plures, tam sacerdotes, quam ceteros clericos et monachos, ad se undecumque confluentes, benigne suscepit et paterne fovit. Inter quos etiam monachos S. Dionysii cum ipsius Martyris pretioso corpore, aliorumque Sanctorum pignoribus recepit et aluit. Annum, quo id factum sit seu quo primum Fulco San-dionysianos monachos, Normannorum metu Remos una cum S. Dionysii patroni sui corpore aliorumque Sanctorum pignoribus profugos, receperit, Flodoardus haud exprimit, nec quidquam etiam, unde is sat certo determinari queat, suppedilat; verum id facit, quod seculo proxime elapso prodit, chronicon Remense, opportune ad præsens institutum nostrum sequentia prodens memoriæ: Anno v præsulatus Fulconis, Remensis archiepiscopi, metu Nortmannorum translatus est sanctissimus Christi Martyr Dionysius ad Remensem urbem in ecclesiam, quæ nunc dedicata est in honore ejus, ibique moratus ferme per trium curricula annorum.

avertens

C. B.

ac Remos etiam tandem anno, uti e Chronico

44 Cum Hincmaro, e vivis anno 882 sublato, in sedem Remensem Fulco, ut Gallix Christianæ auctæ scriptores tom. 9 col. 35 docent, sub anni 883 initium fuerit susceptus, quintusque adeo episcopatus ejus annus in annum Christi 887 inciderit, hoc ipso anno S. Dionysii Remos translatio, quæ cum quinto episcopatus Fulconis anno in laudato Remensi chronico hic componitur, indubie evenerit. Porro quæ in hac Appendice num. 14 in medium jam adduci, qualemcumque saltem ecclesiæ, in qua S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquiæ in civitate Remensi quievisse, in chronico Remensi narrantur, notitiam suppeditant; quod si autem quis forsitan ampliorem distinctioremve desideret, Galliam Christianam auctam loco a me ibidem jam laudato consulat. Ceterum, etsi quidem tempus, quo Sanctorum nostrorum corpora, cum Novientum primo ac dein ad locum Superioris-curtis nomine distinctum fuissent translata, ad San-dionysianum monasterium deinde e duobus hisce locis fuerint reducta, nulla omnino ratione, ut jam vidimus, definiri queat, imo forsitan eo e locis istis non reducta, sed Noviente primum ad Superiorem-curtem ac post hinc Remos fuerint translata, fuisse tamen illa, cum anno, ut jam dictum, 887 Remos fuissent apportata, sub annum 890 ad San-dionysianum monasterium inde reducta, e Chronico Remensi laudato, ulpote in quo Dionysius per trium dumtaxat fere annorum curricula Remis dicatur moratus, habemus compertum. Atque hæc sunt, quæ de tribus Sanctorum nostrorum translationibus, metu Normannorum seculo ix factis, commemoranda habui. Alias porro adhuc, quæ nullo serius aliorum hostium metu evenere, Sanctorum nostrorum

Remensi constat, 887 fuerant translata,

F

ACTORAE
C. B.

strorum translationes Felibianus in sua San-dionysianae abbatiae Historia pagg. 332, 362, 388, 400, 438 et alibi recenset, verum hasce ego, auctorem, a quo memorantur, assignasse contentus, brevitatis causa omitto.

postea Sugero
San-dionysiani
abbatis

45 Nec hic etiam de altera, utut eodem, si modo loco umquam habuit, seculo ix facta, qua e San-dionysiano monasterio, non quidem nostrorum omnium Sanctorum, sed Dionysii saltem reliquiae furto surreptae Ratisponam fuerint delatae, translatione sermonem instituiam. De hac enim, uti ab initio facturum me spopondi, in altera, quae hanc proxime excipiet, Appendice data opera sum acturus. Quod si interim, ut volunt, furtum istud reipsa fuerit admissum, quæcumque de S. Dionysii corpore, veluti in San-dionysiana Franciae abbatia post seculum nonum adhuc serrato, a scriptoribus narrantur, ea certe non in vero S. Dionysii corpore, sed in altero, quod huic fuerit substitutum, habuerint locum. Verum, etsi id ita sit, nonnulla tamen hujusmodi, quod et cum iis, quæ de SS. Rustici et Eleutherii corporibus dicenda occurrunt, plerumque sint connexa, et S. Dionysii corpus in San-dionysiana abbatia haud amplius servari, minime sit certum, in medium modo hic, argumento, quod hic tractandum, ita exigente, adduco. Ac primum quidem hæc inter locum tenet, quod de S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii corporibus, e conditorio antiquo in novum Sugeri, San-dionysiani ab anno 1122 ad annum usque 1151, quo obiit, abbatis cura translatis, memorie proditum invenitur. Hic antiquam, quam priori a S. Genovefa exstructæ Carolus Magnus substituerat, monasterii sui ecclesiam, quod frequentiori populo, sæpius eo confluenti, capiendū haud sufficeret, capaciorem, structuræ antiquæ nova addita, reddere desiderans, a parte, primarium inter ostium et chorum media, duxit initium, cumque hæc, eo, quo propositum habuerat, modo aucta, solemnī ritu Deo jam fuisset dicata, mox etiam, viris nonnullis dignitate juxta ac pietate conspicuis id suadentibus, ad posticam choro partem, quæ subterraneum S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii tumulum complectebatur, auctiorem pariter reddendam animum adiecit.

cura e conditorio antiquo quam maxima,

46 In hac porro, ad quam gradibus ascendendum erat, superiori ecclesia supra tumuli subterranei seu cryptæ, in qua Sanctorum nostrorum corpora jacebant, fornecem novum iis conditorium aramque item ante hoc novam loco antiquæ, quæ vel ipsamet erat ad S. Dionysii pedes (Audoëni num. 211 huc transcripta verba videsis) a S. Eligio exstructa ara, aut altera certe, quæ huic postea fuerat substituta, exstruxit; cum autem tam novum illud altare, quam novum, in quo id erat erectum, ædificium consecrationi recipiendæ aptum jam esset effectum, hæc simul et Sanctorum nostrorum ex antiquo suo conditorio ad novum translatio summa cum solemnitate, archiepiscopis episcopisque non paucis ac abbatibus ad hanc concurrentibus, ac ipsomet etiam Galliarum rege Ludovico VII scrinium argenteum, sacra S. Dionysii ipsana complectens, ex antiquo, in quo id sub terra jacebat, conditorio in novum, supra hanc exstructum, deferente, anno 1144, constituta a Sugero xi Junii die fuit peracta. Omnia hæc gesta qui tum sint, in libello, vel per ipsummet, uti e variis locutionibus, soli Sugero

convenientibus, apparet, San-dionysianum hunc abbatem, vel certe, ut Chesneus, qui opusculum istud tom. 4 Galliae scriptorum inseruit, in Mss. aliquot hujus exemplaribus notatum invenit, per fratrem Guilielmum, qui Sugero a secretis fuit, hujusque illum nomine ac loco exaravit, conscripto, exponitur. Libellum illum, quem, ut jam innui, luce publica Chesneus donavit, Felibianus e scriptoris hujus editione, parte etiam, qua in hac destituitur, et Parisiensi S. Victoris codice suppleta, in Documentis authenticis, quæ ad San-dionysianæ Historiæ calcem adjecit, part. 2, num. 4 recudendum curavit. Verba, quæ, qua ratione, cum jam nova choro postica San-dionysianæ ecclesiæ pars dedicata tum fuisset, Sanctorum nostrorum, quam dici, translatio mox etiam fuerit peracta, exponunt propriusque adeo ad institutum nostrum hic spectant, e Felibiani editione huc transcribo.

47 Sic habent: Ut autem pactis ordinariæ sanctæ consecrationis (novi scilicet choro San-dionysiano adjuncti ædificii) mysteriis ventum est ad sanctorum reliquiarum repositionem, ad sanctorum Dominorum nostrorum antiquos et venerandos tumulos accessimus..... Proster-nentes autem se tam ipsi pontifices, quam dominus rex et nos omnes, quantum pro loci angustia permittebamur, inspectis, isto (loco nimirum) aperto *, venerandis scriniis, rege Dagoberto fabricatis, in quibus sanctissima et Deo chara eorum continebantur corpora, gaudio inestimabili psallebant et flebant, regemque tam devotum quam humilem accersientes: Vade, inquit, et tu ipse manibus tuis Dominum et Apostolum et protectorem nostrum huc afferre adjuva, ut sacratissimos cineres veneremus, sacratissimas urnas amplectamur, toto tempore vitæ nostræ eas suscepisse, eas tenuisse gratulemur. Hi sunt enim sancti Viri, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, qui pro salute nostra charitatis igne accensi terram suam et cognationem exierunt, qui fidem Jesu Christi apostolica auctoritate omnem Galliam edocuerunt, pro eo viriliter certaverunt, nudi virgas, ligati feroces et famlicas * bestias compe-scuerunt, equile extensionem, clibani succensionem illæsi, demumque hebetatis securibus decapitationem felicem sustinuerunt. Age igitur, rex christianissime, beatum suspiciamus susceptorem nostrum Dionysium suppliciter flagitantes, ut pro nobis petat ab eo, qui fideliter promisit, " dilectio et benignitas, quam habes, " semper pro quibuscumque petieris impetrabit. " Protinus lacerti moventur, brachia extenduntur, tot et tantæ manus mittuntur, quod nec etiam septima manus ipsa sancta scrinia attingere valerent.

48 Ea propter ipso dominus rex se medium eis ingerens, lecticam argenteam specialis Patroni (S. Dionysii videlicet) de manu episcoporum, sicut videtur, de manu Remensis archiepiscopi, Senonensis, Carnotensis et aliorum assumens, tam devote, quam honeste prævious egrediebatur. Mirabile visu! numquam talem præter illam, quæ in antiqua consecratione cælestis exercitus visa est, processionem aliquis videre potuit, cum Sanctorum corpora Martyrum et Confessorum de tentoriis palliatis humeris et collis episcoporum et comitum et baronum (abs hisce quippe supplicantium ritu ad S. Dionysii ejusque sociorum tumulos accedentibus,

quæ ipsimet Sugeri

E

* an non aperto?

* famelicas

F

verbis hic describitur, solemnitate

A bus, alia omnia in San-dionysiana ecclesia etiam asseruata atque e conditoriis suis tum extracta Sanctorum corpora deferebantur) sanctissimo Dionysio sociisque ejus ad eburneum ostium occurrunt: per claustrum cum candelabris et crucibus et aliis festiuis ornamentis, cum odis et laudibus multis processerunt: dominos suos tam familiariter, quam prae gaudio lacrymabiliter deportauerunt. Nullo umquam majori in omnibus potuerunt gaudio sublimari. Revertentes igitur ad ecclesiam, et per gradus ad altare superius, quieti Sanctorum destinatum, ascenden-tes, super antiquum altare pignoribus Sanctorum repositis, de nova ante novam eorum sepulturam consecranda agebatur principali ara, quam domino Remensi archiepiscopo Samsoni imposuimus conse-cranda.

in novum
anno 1144
transposita

B 49 Ita hactenus ille, nonnulla etiam de San-ctis nostris, quæ vel dubia vel certo esse falsa, supra ostendi, veris aliis ac certis, quorum te-stis oculatus fuit, interserens. Verbis interim jam datis mox adjungit, tunc etiam, quod pa-riter vidit, præter altare princeps, S. Dionysii nomine insignitum, minores aras viginti alias, decem scilicet in superiori, totidemque in infe-riori ecclesia, fuisse dedicatas. Porro Ludovicus VII, Francorum rex, mox a Sanctorum no-strorum hic jam exposita translatione suam in S. Dionysii seu ecclesiam seu monasterium munifi-centiam, donationibus aliquot huic factis, fecit testatam. Chartam, qua id præstitit, in do-cumentis, San-dionysianæ suæ Historiæ adjectis, num. 135 integram exhibet Felibianus. In hac, rex sese sacra Sanctorum nostrorum pignora, in ipsomet novum, quod hisce in nova superiori ecclesia fuerat paratum, conditorium detulisse, non obscure, ut apparet, sequentibus hisce in-dicat verbis: Ad ipsorum sanctissimorum Mar-tyrum (Dionysii videlicet, Rustici et Eleutherii) basilicæ dedicationem, quæ in novo ecclesiæ augmento, in capitali videlicet parte celeberrime facta est, cum conjuge nostra Alienordæ regina et plurimorum optimatum nostrorum com-mitata acceleravimus. Ubi cum post ipsius ec-clesiæ consecrationem ad locum antiquum, in quo peculiaris patroni nostri, beatissimi videli-cet Dionysii ejusque Sociorum, sacra corpora continebantur, cum archiepiscoporum et episco-porum plurimo conventu accessissemus, apertis scriniis extractisque ac propriis humeris per ipsam ecclesiam deportatis, in loco gloriosissimo superius preparato sacra pignora lætis cum la-chrymis reposuimus; cum autem Sanctorum nostrorum corpora, non in novo conditorio reposita, sed supra antiquum superioris ecclesiæ altare a rege fuisse locata supra huc transcri-ptis seu Sugerii, seu, qui huic a secretis fuit, Guilielmi verbis dicantur, quo hæc cum jam recitatis regis verbis in concordiam adducantur, Sanctorum nostrorum corpora primo quidem abs hoc principe supra antiquum altare, deinde vero, cum altare novum consecratum fuisset, in condi-torio novo fuisse deposita, dicendum apparet. Ceterum Ludovici regis, de qua hic nobis sermo, Charta anno 1144 data notatur; ut Sancto-rum nostrorum, quæ verbis, tum ex hac, tum e supra laudato libello modo huc transcriptis, memoratur, translatio anno illo indubie fuerit peracta.

C 50 Unicam modo adhuc, quæ annis nondum quinquaginta abs hac elapsis evenit, S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquia-

rum translationem e Philippi Augusti, Franco-rum regis, Gestis, in Hist. Franciæ Scripto-rum tom. 5 a Chesnio illatis, adduco. Illam ho-rum author synchronus Rigordus sequentibus hisce ibidem pag. 33 docet verbis: Eodem anno (1191 nimirum) decimo Kalendas Augusti Ludovicus filius regis cepit agrotare morbo gra-vissimo, qui a physicis * dysenteria vocatur, omnibusque de vita desperantibus, factum est de communi consilio, quod sacer conventus beati Dionysii, jejuniis et orationibus devote præmissis, portans secum clavum et spineam coronam Domini et brachium sancti senis Si-meonis cum processione cleri et populi nudis pedibus incedentes, et preces cum lachrymis Domino fundentes, ad ecclesiam sancti Lazari juxta Parisium venerunt. Ubi facta oratione et populi subsequentis oblatione, universi con-ventus religiosorum Parisienses, et venerabilis Mauritius Parisiensis episcopus cum canonicis suis et clericis et infinita scholarium et populi concurrente multitudine corpora Sanctorum et reliquias secum portantes nudis plantis flentes et lachrymantes eis obviam venerunt. Et con-jungentes se illis, cantantes cum fletu multo et suspiriis ad palatium regis, ubi puer agrotabat, venerunt, et facto ibi sermone ad populum et cum multa lachrymarum effusione oratione po-puli fusa pro eo ad Dominum, ad tactum clavi et spineæ coronæ, et brachii sancti Simeonis per totum ventrem pueri in modum crucis, eodem die ab imminente periculo est liberatus, et pater suus Philippus rex, in transmarinis partibus ex-istens, eodem die et eadem hora a consimili morbo curatus.

E 51 Deinde puer Ludovicus, osculatis reli-quiis et benedictione accepta, omnes processio-nes ad ecclesiam beatæ Mariæ venerunt; ubi laudes cum oblationibus Domino solventes, pro-cessio beatæ Mariæ cum aliis multis processio-nibus, conventum beati Dionysii cum hymnis et laudibus et multa Domino gratiarum actione usque ad exitum villæ perduxerunt. Et ibi sese mutuo cum reliquiis benedicentes unusquisque ad propria remeavit. Canonici vero beatæ Mariæ cum populo revertebantur gaudentes, quia tempore suo reliquiæ beatæ Dionysii prædictæ Parisius fuerant deportatæ. Non enim legitur in aliqua scriptura, quod usque ad tempus il-lud pro aliquo imminente periculo extra villam beati Dionysii portarentur. Nec est silentio præ-tereundum, quod eadem die per orationes cleri et populi serenitas aëris et temperies restituta est universis terris. Plerat enim Dominus, peccatis hominum exigentibus, multo tempore super terram. Quod hic Rigordus de S. Dionysii reliquiis numquam ante tempus, de quo lo-quitur, extra S. Dionysii janum pro imminente quopiam periculo amolendo delatis ait, veritati omnino consonum apparet. Certe nihil, quo id pro falso habeam, apud scriptores antiquos occurrit.

F 52 Verum etsi id ita sit, certeque etiam San-ctorum nostrorum corpora seu calamitatis publi-cæ pellendæ seu alterius cujuscumque rei causa haud frequenter extra San-dionysianum oppi-dum delecta fuisse legantur, frequentissime ta-men, vel regis vel regni utilitate id exigente, e conditoriis suis extracta populique venerationi in San-dionysiana ecclesia fuerunt exposita. Imo cum anno 1335 periculosissime primogenitus Phi-lippi VI, Francorum regis, filius Joannes Ta-vernaci

AUCTOR
C. B.
Parisiosque
etiam deinde
cum ibi regis
filius

* medicis

anno 1191
gravissime
agrotaret, de-
vecta

ac sapissime,
Taverniacum
etiam, cum
ibi anno 1335
Philippi VI
filius

AUCTORE
C. B.

vernaci decumberet, S. Dionysii, non quidem corpus, sed digitus saltem eo fuit delatus. Ac postremum quidem hoc docet nos Chronici, per Guillelmum Nangium conscripti, continuator, apud Dacherium *Spicilegii* tom. xi, pag. 764 et seq. sic scribens: Hoc eodem anno (1335 scilicet) circa medium Junii dominum Johannem, primogenitum, immo tunc unigenitum, Philippi regis Franciæ, Normanniæ ducem gravis et valde periculosa infirmitas arripuit; nam, ut asserebant medici, non solum quotidiano typo per quatuordecim dies continuos laboravit, verum etiam plures accessus febris tertianæ sustinuit: et, cum a medicis omnino desperaretur de eo et humanum solatium deficeret, rex et regina ad divinum auxilium confugerunt, mittentes ad omnes ecclesias cathedrales et ad omnia collegia tam mendicantium, quam non mendicantium, quibus tunc mitti potuit, prædicatores ad exhortandum populum, rogantes omnes humiliter, quatinus processiones devotas facerent, et divinas laures lacrimis et orationibus sollicitarent, quatinus filio suo, regni hæredi, in tanta necessitate subveniret Divina Misericordia.

periculose
decumberet,
Dionysii di-
gito delato, e
conditoriis
suis,
*cum

53 Nam rex tantum de misericordia Dei et de ejus auxilio precibus Sanctorum et bonarum personarum confidebat, quod pluries dixit reginæ et aliquibus aliis, quod si dux prædictus eorum filius mortuus esset, non cito eum sepelire, sperans firmiter quod Deus eum a morte resuscitaret. Unde factum est, quod * a clero et populo, et maxime a canonicis ecclesiæ cathedralis beatæ Mariæ de Parisius, et ab omnibus collegiis ejusdem civitatis, nec non et a conventu sancti Dionysii ter nudis predibus delatis ad Taverniacum, ubi erat infirmus, sacrosanctis reliquiis, clavo scilicet et corona Domini, cum digito sancti Dionysii, quæ ibi fere per quindecim die remanserunt, processiones solemnes et devotæ factæ fuissent, prædictus infirmus convaleuit et sanatus est. Ita hæc illi. Quod modo ad alterum, quod de Sanctorum nostrorum corporibus e conditoriis suis, vel regis vel regni utilitate id poscente, sæpissime extractis populi que venerationi expositis, supra asserui, spectat, veritati id esse consonum, e Gallicanis historicis passim obviis constat. Rigordus, ut reliquos præteream, apud Chesneum *Scriptorum Galliæ* tom. 5, pag. 34 sic scribit: Eodem anno (1191 nimirum) octavo Kalendas Septembris consilio domini G. Remensis archiepiscopi et Adelæ reginæ et omnium episcoporum corona an corpora beatissimorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii cum purissimis vasis argenteis, in quibus diligentissime sigillata continebantur, sunt extracta et super altare posita. Factum id tum fuit, ut sancti nostri Philippo Augusto, Francorum regi, in Terra sancta adhuc versanti, ibique adversus infideles bellum gerenti, divinum favorem potenti suo patrocínio conciliarent.

C
* an corpora

54 Nec tum tantum, sed et sæpissime alias, ac præcipue quidem, cum vel ad bella Francorum reges procederent, vel periculosis morbis decumberent, S. Dionysii Sociorumque ejus corpora, ut Deum hi principibus illis sua redderent intercessione propitium, eodem honore fuerunt affecta. Reges omnes et singulos, sub quibus factum id fuit, in medium hic, quod res foret longioris negotii, haud adduco. Verum, etsi res ita habeat, hincque etiam a causis, ob quas subinde sacra Sanctorum nostrorum ipsana e conditoriis suis extracta venerationique publicæ

quod et, S.
Ludovico
periculosissi-
sime,

fuerint exposita, speciatim recensendis abstinere, facere tamen non possum, quin saltem, qua ratione sub S. Ludovico, Francorum rege, factum id etiam fuerit, exponam. Hic anno 1244 in gravissimum morbum inciderat, cumque maximum esset, ne eo eo obiret, periculum, ad Blanchæ reginæ, matris ejus, petitionem Sanctorum nostrorum corpora e conditoriis suis extracta publicæque venerationi fuere exposita. Docet id nos apud Chesneum tom. 5 *Franciæ Scriptorum* pag. 341 et seq. in S. Ludovici *Gestis* Guillelmus Nangius seu de Nangiaco. Verba omnia, quibus id facit, ubi prolata, vel idcirco huc transcribo, quod ad Sanctorum nostrorum gloriam quam maxime conducant. Sic habent: Tandem quia regis (S. Ludovici) ægritudo adeo gravis erat, ut medici desperarent de ipso, rex et serenissima mater ejus domina Blancha regina petierunt Odonem, abbatem ecclesiæ macharii Dionysii, ut sacratissima corpora Dionysii, Rustici et Eleutherii, quorum patrocínio tota gaudet regio, regni stat potentia, de crypta, in qua quiescebant, ut suis precibus regi sanitatem impetrarent a Domino, tollere et elevari facere non different.

55 Rex siquidem post Dominum et sacratissimam Virginem Matrem ejus, in ipsis, utpote in suis et regni sui advocatis et protecto-ribus, et confidentius sperabat, nec immerito. Quid enim posset Dominus beato Dionysio denegare, qui eidem in carcere propter fidem Catholicam retruso dixerat: « Dilectio et benig-nitas, quam habes, semper pro quibuscumque que petieris, impetrabit. » Tunc Odo Clementis, abbas prædictæ ecclesiæ, regis devotionem erga beatum Dionysium considerans, ipsius petitioni annuens, die Jovis proxima ante festum Dominicæ Nativitatis ad suam eccle-siam properavit. Quam illico cereis circum-que positis, quemadmodum in præcipuis solemnitatibus fieri solet, ut in crastino ad tam sanctas removendas reliquias devotio astantium et animi ad Deum excitarentur, et ut ipsis Martyribus congruus honor dignanter exhibe-retur, pretiosissimis jussit palliis adornari. Sed dum ista in prædicta ecclesia die Jovis ante Nativitatem Domini parabantur, auditum fuit Parisius, quod pro salute regis beatorum corpora Martyrum, quæ numquam nisi solummodo pro salute regis Franciæ, vel regni sui periculo, de loco suo extrahuntur, essent in crastino extrahenda et ad processionem deportanda. Unde accurrit in crastino utriusque sexus virorum ac mulierum ad tam sanctum spectaculum copiosa multitudo. Sed et tam clerici quam laici ruebant catervatim, gloriosos Martyres cernere cupientes.

56 Sic igitur abstantibus reverendis Patribus Carolo Noviomensi et Petro Meldensi episcopis ac Odone ejusdem ecclesiæ sancti Dionysii abbate aliisque personis gloriosis quamplurimis et honestis, die veneris ante festum Dominicæ Nativitatis, facta oratione, levata fuerunt et extracta illa pretiosissima corpora de crypta, quæ subtus pyramides est aureas, ubi in capsulis electrinis longo tempore quieverant diligentissime sigillata et super altare ipsorum Martyrum pretiosis palliis decoratum collocata. Deinde processione preparata, quæ facta fuit nudis pedibus, suspiriis, singultibus et lachrymis plus, quam psalmis ad Dominum resonantibus, fuerunt ad processionem ob regis salutem, quam idem rex sibi sperabat per dictos Martyres im-petrari,

E
uti hic nar-
ratur, Ponti-
sax decum-
bente,

est factum,
extracta pu-
bliceque ve-
nerationi fu-
ere exposita.

A petrari, per claustrum et ecclesiam deportata. Nec fuit rex fraudatus a desiderio suo. Nam ex quo sancti Martyres ad aures benigni Jesu pulsaverunt, visitavit ipsum Dominus recordatus misericordiae suae. Et ex illa hora, qua corpora sacrosancta gloriosorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii ad processionem deportata sunt, paulatim agitudine regis decrescente, coepit rex melius se habere. Cujus sanitas in brevi totaliter subsecuta corda Francorum et omnium fidelium exultatione laetitia quamplurimum hilaravit. Relationi huic Nangius praemisera, Innocentium IV anno 1244 in Galliam advenisse, ac paulo antequam Lugdunum attigisset. Ludovicum regem mense Decembri, die sabbathi ante festum S. Lucia virginis in morbum modo relatum incidisse; ut et hic et regis abs hoc sanatio anno illo indubie eveniret. Ceterum, etsi quidem reges omnes, sub quibus, et causis singulas, ob quas Sanctorum nostrorum corpora saepissime etiam alias econditoriis suis fuere extracta, brevitatis causa, ut jam dixi, hic non recenscam, quicumque lamen id, quod ita silentio involvo, scire expetet, is abunde, unde desiderium suum expleat, in San-dionysiana Felibiani Historia et in San-dionysianis Doubleti Antiquitatibus inveniet.

CAPUT IV.

Quaenam potissimum S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquiarum communicatio facta sit, factave saltem contendatur.

S. Dionysii Sociorumque ejus reliquiae, quae ante seculum vi cum ecclesia Rambasiciensi, fuisse jam inde ante seculum vi quamplurimum reliquiarum S. Dionysii partem cum Rambasiciensi diocesis Turonensis ecclesia communicatam, e S. Perpetui, quod in Commentario, Actis modo editis praevio, num. 222 laudavimus, testamento habetur compertum. Per hoc enim, uti ex ibidem allegatis palam est, sanctus ille Turonensis archiepiscopus, anno 490 vita functus, sacrae isti aedi crucem... argenteam, in cuius manubrio erat reliquia de... S. Dionysio, legavit. Verum unde, quandonom et quatione hanc reliquiarum S. Dionysii seu partem seu particulam S. Perpetui accepit? Id plane in obscuro est, uti etiam quale ac quantum sacrum istud pignus contulerit. Nec pariter, an vel ante, vel post S. Perpetui aetatem, Christiana aera ad seculum octavum medium nondum propecta, cum quoquam adhuc S. Dionysii sociorumque ejus reliquiae fuerint communicatae, edicendo sum. Verum ter id deinde eo, quod inter annum 750 et annum 800 intercessit, temporis spatium factum fuisse, litteris mandatum invenio. Ac id quidem favoris, uti ex Hilduini seu alterius cujuscumque San-dionysiani monachi verbis, huc jam in hac Appendice num. 5 e Surio transcriptis intelligitur, S. Stephano II Papae, sanitati per S. Dionysii patrocinium restituto Romanique deinde e Galliis revertenti, anno 754 obvenit.

58 Verum quaenam fuit illa reliquiarum S. Dionysii pars, quam tum secum, ut Hilduinus alterce, quicumque demum is sit, San-dionysianus monachus iisdem jam supra recitatis verbis ait, sanctus ille Pontifex Romam e Galliis tulit? Id scriptor seu Hilduinus seu alter, qui modo propositam de delatis a S. Stephano II Papa S. Dionysii Romam reliquiis notitiam praebet, non expressit; verum Rigordus in Philippi Augusti Gestis, in quintum Galliae Scriptorum tomum a Chesneo illatis, ad quintum principis istius annum de S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii corporum detectione, infra a nobis adhuc memoranda, sermonem instituens, sic scribit: Facta... oratione, alata sunt tria vasa argentea, S. Dionysii, Rustici et Eleutherii, coram omni populo, diligentissime sigillata; et, aperto vase beati martyris Dionysii, totum corpus ipsius cum capite inventum est, exceptis duobus ossibus de collo, quae sunt in ecclesia Vergiacensi, et osse quodam de brachio, quod Stephanus Papa tertius (imo, ut ex Pagio in Criticis ad annum 752, num. 13 facile colliges, secundus) secum ad Romanam portavit ecclesiam, et posuit in ecclesia, que hodie schola Graecorum vocatur. Reliquiarum itaque pars, quam a San-dionysianis monachis S. Stephanus Papa II accepit secumque Romam detulit, os quoddam ex iis, quae brachii structuram ingrediuntur, exstiterit, si modo Rigordus, aut scriptor alter, qui verba jam data una cum nonnullis adhuc aliis Rigordo, ut Lau-noius suspicatur, supposuit seu in Rigordo, textum intrusit, vera hic memoret. Ast Rigordus non citus, quam seculo XII jam senescente sequentisque initio floruit, ac proin a jam memorata quidem, utpote, ut infra videbimus, anno 1053 facta, reliquiarum detectione sesqui circiter seculo, a tempore vero, quo haec anno, ut dictum, 754 cum Stephano fuere communicatae, quadringentis, et quod excurrit, annis vixit remotus.

59 Porro cum id ita sit, Rigordus vel alius, qui forsitan, quae dixi, verba huic affinxit seu in ejus textum intrusit, haud satis fortassis, quaenam vel e dionysianis, cum anno 1053 detectum id fuit, corporis ossibus reperta haud fuerint, vel quodnam horum Stephano anno 754 fuisset impertitum, habuerit perspectum. Sed rei hujus lectorem modo monuisse contentus, inceptum de facta S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquiarum communicatione prosequor sermonem. Doubletus in Antiquitatibus San-dionysianis lib. 1, cap. 18 et 27 narrat, Berthualdum ducem, praedivitem sub Offa, Merciorum in Anglia rege, principem, audita sanationum ac miraculorum, quae ad S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii in Francia tumultu continuo fiebant, per celebri fama, eo pariter, ut morbo gravissimo diutissime jam conflictatus sanitatem potentissima illorum apud Deum intercessione impetraret, sese contulisse, cumque paucis dumtaxat ad Sanctorum monumentum moratus diebus voti factus esset compos, San-dionysianos monachos, quo virum illustrem ad S. Dionysii cultum in Angliam introducendum impellerent, aliquot ei Dionysii Sociorumque ejus, in quos etiam hic, diversis in grati animi tesseram San-dionysiano in Francia monasterio factis donationibus, munificum sese exhibuit, reliquias seu ossa impertuisse. Sane, Berthualdum

AUCTOR
C. B.
seculo VIII
cum Step-
hano II Papa.

itemque, quod
tamen ex iis

AUCTOR
C. B.

Berthualdum hic memoratum ad Sanctorum nostrorum tumultum sanitatem sub seculi viii finem recuperasse, seque sua in San-dionysianum Franciæ monasterium munificentia comprobasse erga Sanctos gratum, fidem faciunt verba, ex Offæ Merciorum in Anglia regis, quæ anno 790 data notatur, charta num. 34 huc transcripta. Verum, ut tum duci isti aliquot Sanctorum nostrorum reliquias seu ossa impertita fuisse credam, sola mihi, doni hujus mentionem etiam charta illa non faciente, haud quaquam sufficit Doubleti auctoritas.

quæ hic adducuntur,

60 Hic quidem scriptor in dictis suis San-dionysianis Antiquitatibus lib. 3, cap. 6 exhibet etiam chartam, præfati Berthualdi ducis nomine inscriptam, in qua sequentia isthæc una cum nonnullis aliis, huc idcirco, quod ad institutum nostrum haud faciant, haud transcribendis, leguntur verba: Ego Berthualdus dux justo Dei judicio cecidi in infirmitatem, de qua medicorum nemo me sanare poterat. Audivi autem in Gallias apud monasterium sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, cui præest venerabilis abba Folcradus, per eosdem Sanctos virtutes multas fieri, et petens a Domino Carolo imperatore

B transitum, veni illuc. Ubi cum diebus ammodum paucis æger ad eorumdem memoriam decubissem, miseratione Domini et deprecatione eorumdem Martyrum plenissime sanatus sum. Vovi autem votum Domino et Sanctis illis, et de eorum sanctis reliquiis impetrata patrocinia mecum detuli et in eorum nomine ecclesiam edificavi in sede mea in villa vocabulo Ridrefelda, quæ a progenitoribus meis jure hereditario mihi relicta fuerat. Verum, etsi Felibianus chartæ, anno 790 datæ, qua Offa, Merciorum rex, donationem, monasterio San-dionysiano a Berthualdo duce factam, confirmavit, in San-dionysiana sua Historia pag. 62 meminert, nullam tamen uspiam S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii, quas hic a San-dionysianis monachis acceperit, reliquiarum mentionem facit. Nec, etsi dictam Offæ regis chartam inter documenta, ad ejusdem suæ San-dionysianæ Historiæ calcem adjecta, integram recenseat, locum uspiam hæc inter chartæ, Berthualdi ducis nomine apud Doubletum loco mox cit. inscriptæ, attribuit.

C
haud certum
apparet,
Berthualdo
duce,

61 Et sane haud immerito hoc agendi modo est usus. Spuria enim illa est ac Berthualdo duci falso supposita. Atque hoc quidem vel ex eo liquet, quod, quamvis anno 795 data notetur, certeque, utpote qua dentur, quæ præfata Offæ charta, anno 790 signata, confirmantur, aut ipsomet hoc anno aut etiam ante hunc, si data unquam fuit, data esset debuisset, Carolum Magnum tamen, tum tantummodo adhuc regem, nec ante annum 800 imperatorem coronatum, imperatoris nomine distinguat. Ad hæc in illa Berthualdi nomine inscripta annoque, ut dictum, 795 notata charta sub initium (verba ejus jam mox huc transcripta videsis) significatur, tum adhuc, cum daretur, Fulradum, seu, uti in ea vocatur, Folcradum, qui, quemadmodum abbatum San-dionysianorum catalogi ac imprimis is, quem San-dionysianæ suæ Historiæ Felibianus præfuit, passim docent, anno 784 jam obierat, in vivis adhuc superstitem ac San-dionysiani monasterii exstitisse abbatem. Plura non addo: Jam dicta, ni fallor, satis superque, supposititiamesse, de qua hic agimus, chartam, evincunt. Verum, etsi id ita sit, fuisse nihilominus a San-dionysianis mo-

nachis Sanctorum nostrorum reliquias cum Berthualdo duce, uti in illa indicatur, communicatas, haud difficile inducerem in animum, modo hunc Ridrefeldæ, ubi sedem habere solebat, in illorum honorem monasterium, ut Doubletus loco cit. ait, aut saltem, ut recitatis præfata chartæ verbis asseritur, ecclesiam ædificasse, alicunde constaret; ast, cum res secus habeat, videaturque adeo, an aliquot Sanctorum nostrorum ossa Berthualdo duci a San-dionysianis monachis fuerint impertita, ob omnia jam dicta incertum, ad aliud modo, quod certum est, progredior.

62 In S. Dionysii Miraculis, Sæc. iii Benedict. part. ii insertis, supraque sæpissime laudatis lib. 1, cap. 21 sequentia hæc subministratur verba: Bosulfus, ipsius abbatis clericus, reliquias beati Dionysii secum in Italiam quondam tulit, et, constructa ecclesia in honorem ejusdem præclarissimi Martyris et de sua hereditate ditata, eas posuit in ea fidelibus profuturas; ac deinde subiungitur miraculum, in Italia ad reliquiarum S. Dionysii, cum eo hasce Bosulfus hic memoratus jam detulerat, præsentiam, eodem Bosulfo interveniente, factum; cum id autem miraculis, sub Fardulfo, San-dionysiano abbate, E patratis, in dicta de Miraculis Dionysianis lucubratione accenseatur, consecrarium fit, ut hic haud dubie exstiterit ille ipse San-dionysianus abbas, a cujus clerico, id est, ni fallar, scriba, seu San-dionysiano, qui eidem abbati a secretis erat, monacho S. Dionysii reliquias in Italiam fuisse delatas, proinde huc transcriptis verbis docemur. Atque hinc modo ulterius consequitur, ut, cum Fardulfus ab anno circiter 792 ad annum usque 806 monasterio San-dionysiano præfuerit abbas, reliquæ ille, quas unum alterumve corporis Dionysiani seu os seu ossiculum fuisse reor, verosimillime sub seculi viii finem, aut certe sub sequentis initium fuerint et cum Bosulfo communicatæ et ab eo in Italiam delatæ ac in ecclesia, quam ibi in Dionysii honorem extruxerat, locatæ. Porro haud diu admodum post facta est et altera S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquiarum communicatio. Docet id nos Adrealdus, Floriacensis monachus, in S. Benedicti Miraculis, operi nostro ad xxi Martii diem insertis supraque a nobis num. 13 adhuc laudatis.

63 Ibi enim lib. 1, cap. 3 sic scribit: Boso abbas (Floriacensis nimirum) monasterii sancti confessoris Benedicti palatium evocatus adierat, unde regrediens, transitum per monasterium S. Dionysii congruum habuit. Proinde divertens ad præfatum cænobium, cum Hilduino reverendo abbate colloquium habuit familiare, interque familiaritatis colloquia reliquias ab eo sanctorum Martyrum expetiit, Dionysii scilicet, Rustici et Eleutherii atque Sebastiani. Cujus precibus nobilissimus abbas libentissime annuens, quod petebatur sub ea conditione præstitit, ut quotannis adveniente natalitio eorumdem Martyrum celeberrima apud nos ipsorum festivitas more monastico haberetur. Suscepit gratantissime Boso abbas Sanctorum pignoribus, lætus ad propria regreditur; cum autem, qui hic memoratur, Hilduinus ab anno circiter 814 usque ad annum circiter 842 San-dionysiano monasterio abbas præfuerit, id haud dubie, quod de Sanctorum nostrorum reliquiis Bosoni, Floriacensi abbati, per illum donatis, his refertur, seculo ix, media sui parte nondum elapso, ac proinde haud diu post S. Dionysii reliquias cum Bosulfo communicatas

et cum hic memorato Bosulfo,

seculo nono cum Bosone, Floriacensi abbate,

A communicatas evenerit. Verum, quæres forsân modo, quo determinato seculi hujus anno id factum? Sausseyus in ecclesiæ Aurelianensis Annalibus pag. 232, rem ad annum circiter Christi 820 refert. Ast rectene an secus, præ antiquorum, quæ scriptori isti adstipulentur, monumentorum penuria pro certo asseverare haud queo, uti nec quæ qualesce, tum Bosoni impertitæ S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii fuerint reliquæ, licet interim e sacris aliquot horum ossibus verosimillime, ni fallor, constiterint.

pariterque
forsan cum
Vergiacensi

64 At vero quid tandem modo de duobus e S. Dionysii collo ossibus, quæ ætate sua in ecclesiâ Vergiacensi fuisse adhuc asserta, Rigordus supra huc transcriptis verbis innuit, dicendum? Fuerintne forsân et illa ædi huic sacre, San-dionysianam abbatiam seculo IX jam moderante Hilduino, concessa? Id certe, nisi forte, quod tamen haud puto, ad tempus, seculo IX antè, referendum sit, eo temporis spatîo, quod inter seculi hujus initium et seculum XI, media sui parte jam elapsam intercessit medium, factum esse necesse est, si, cum ad Ratisponenses confutandos, quod ex infra dicendis anno 1053 factum,

B detectum seu e scrinio, in quo jacebat, Dionysianum, seu verum seu vero substitutum, corpus fuit extractum, duo dicta ossa inventa in hoc haud fuisse, Rigordus loco supra cit. recte scribat. Verum antene, an post annum 890, quo circiter San-dionysianis monachis furto fuisse surreptum sacrum illud pignus, Ratisponenses contendunt, duo hujus a Rigordo memorata ossa Vergiacensi ecclesiæ fuisse collata? In æde isthac sacra exstitisse illa adhuc ætate sua, nec in S. Dionysii corpore, cum id anno 1053 fuit detectum, inventa fuisse, Rigordus dumtaxat docet; cum autem tam hoc, quam illud, sive ante, sive post dictum annum 890 Vergiacensi ecclesiæ fuerint donata, veritati possit esse consonum, Rigordus sane, ut id pregresso potius, quam subsequuto hunc annum tempore factum statuamus, minime nos cogit.

ecclesiâ com-
munitatæ
fuerunt,

65 Nec quidquam etiam, quod facere id suadeat, litteris alibi mandatum, quantalibet facta indagine, invenire quivi; quod si tamen S. Dionysii corpus, ut Ratisponenses contendunt, fuerit reipsa vel anno 890 vel haud diu post San-dionysianis monachis furto surreptum, duoque Dionysii, quæ Rigordi ætate in Vergiacensi ecclesiâ exstabant, ossa genuinæ corporis Dionysiani partes exstitissent, haud dubie isthac ecclesiæ isti, priusquam furtum illud committeretur, fuerint concessa, aut certe de Dionysii corpore detracta separatimque, donec eidem ecclesiæ darentur, pedes San-dionysianos monachos servata. Alterutrum enim ni tum factum in dicta hypothesi fuisset, impertita dictæ Vergiacensi ecclesiæ a monachis Dionysianis ossa, non corporis Dionysiani, sed alterius huic post substituti, partes exstitissent, ut consideranti patescet. Ceterum, locumne vere habuerit assertum a Ratisponensibus corporis Dionysiani furtum, in Appendice proxime sequenti, ut jam plus semel dictum, examinati, quibusnam præsertim cum locis sacris seu personis post tempus, quo id commissum voluit, Sanctorum nostrorum reliquæ ac præcipue corporis Dionysiani seu veri, seu alterius, quod vero fuisset substitutum, partes communicatæ fuisse narrentur, exponere pergamus.

66 Witikindus, Corbeizæ Novæ monachus, qui res quamplurimas, seculo X potissimum, quo Octobris Tomus IV.

floruit, gestas, tribus scriptis Annalium libris est complexus, lib. I apud Meibomium Juniores Rerum Germanicarum tom. I, pag. 638 ita prodit memoriæ: Quando vero rex (Germaniæ Henricus, cognomento Auceps) Rhenum transierat ad dilatandum super Lotharios imperium suum, occurrit ei legatus Caroli (cognomento simplicis, Francorum regis) et, salutato eo verbis humilimis: « Dominus meus », inquit, « Carolus, regia quondam potestate præditus, modo privatus, misit me ad te, demandans, quia nihil ei, ab inimicis circumvento, ju-cundius, nihil dulcius esse potest, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, fama virtutum tuarum consolari; et hoc tibi « signum fidei et veritatis transmisit »; Protulitque de sinu manum preciosi martyris Dionysii, auro gemmisque inclusam », hoc », inquit, « habeto pignus federis perpetui et amoris vicarii. Hanc partem unici solatii Francorum, Galliam inhabitantium, postquam nos deseruit insignis martyr Vitus ad nostram perniciem, vestramque perpetuam pacem Saxoniam visitavit, communicare tecum maluit. Neque enim, postquam translatus est corpus a nobis, civilia vel externa cessavere bella: eodem quippe anno » (S. Viti martyris e Gallia ad Corbeiam novam seu Saxoniam translatio anno 836, uti in Operis nostri tom. 2 Junii pag. 1033 videre licet, fuit peracta, eodemque anno, ut Annalistæ Fuldensis et Bertinianus testantur, Normanni in Gallias irrupere) « Dani et Northmanni regionem nostram » (Galliam) « invaserunt. Rex autem, munus divinum cum omni gratiarum actione suscipiens, prosternitur reliquis sanctis et deosculans eas, summa veneratione veneratus est.

AUCTOR
C. B.
post etiam,
nindrum,
ut hic

67 Carolus Simplex, Francorum rex, de quo hic sermo, potestate regia non prius fuit penitus exutus, quam cum post commissum apud Suesiones anno 923 prælium, quo, quamvis occiso etiam, quem contra eum Rebelles in regem assumpserant, Roberto duce, terga vertere fuerat compulsus, turpissima Heriberti, Veromanduorum comitis, proditione ac perfidia detentus, castroque Theodorici eodem anno 923 jam fuisset inclusus. Porro cum id, uti ex iis, quæ Frodoardi apud Chesneum tom. 2 Galliz scriptorum Chronicon ad annum 920 et tres seqq. suppeditat, fas est colligere, sic habeat, ac præterea, ad Henricum Aucupem legationem, modo recitatis Witikindi verbis memoratam, a Carolo Simplice, carceri jam incluso, missam fuisse, Diltmarus, Merseburgensis seculo XI episcopus, in Chron. lib. I diserte tradat, consecrarium fit, ut certe, quod de Dionysii manu, per legationem illam ad Henricum Aucupem delata, Wisikindus proxime huc transcriptis verbis refert, ante dictum annum 923 haud evenerit; cum id autem tunc, cum Henricus Auceps, capto jam per Heribertum comitem Carolo Simplice, imperii sui dilatandi causa Rhenum trajecisset, factum esse, Witikindus iisdem jam datis verbis etiam scribat, consecrarium ulterius fit, ut is princeps, utpote qui eodem consilio, uti e laudato Frodoardi Chronico constat, sub ejusdem anni 923 finem iterumque deinde anno 925 fluvium illum trajecerit, præcellens illud munus S. Dionysii munus altero e binis hisce annis a Carolo Simplice acceperit, etsi interim hocne potius, an illo id factum, determinare haud possim.

ostenditur,
cum Henrico
Auceps, Ger-
mania rege,

F

AUCTORE
C. B.
cum S. Gerardo, Broniensi abbate,

68 Ceterum, etsi aurea illa S. Dionysii manus, quam altero e duobus jam dictis annis ad Henricum Aucupem Carolus Simplex misit, verosimiliter ex infra dicendis genuina corporis S. Dionysii pars exstiterit, hinc tamen reipsa e Gallia in Germaniam anno circiter 890, ut Ratisponenses contendunt, non fuisse delatum S. Dionysii corpus, haud recte intuleris. Res ex infra dicendis de controversia, qua de hoc sese inter Sandionysiani et Ratisponenses S. Emmerami monachi disceptant, patescet. En aliud modo reliquiarum S. Dionysii genus, quod, quamvis certe corporis ejus pars haud sit, genuinis tamen accensetur Sancti reliquiis. S. Gerardus, Broniensis abbas, de quo apud nos tom. 1 Octobris modo actum, aliquot jam annis in Sandionysiano Franciae monasterio monachum professus, inde sub annum 928 aut seq., quemadmodum ibidem in Comment. Sancti hujus Actis praevis § IV et VI docuimus, in Belgium patriam suam rediit, non paucis, quas desiderarat, Sanctorum reliquiis a Sandionysianis monachis ditatus; exstitit autem has inter altare portatile, quo quondam S. Dionysius, Parisiensium apostolus ac martyr, cum sacris operaretur, usus esse ferebatur. Mabillonius Sæc. v Benedict. Vitæ S. Gerardi Appendicem, in qua de altari isto portatili potissimum agitur, subjecit, eandemque in nostro proxime laudato Comment. integram etiam num. 72 et seq. studiosus lector inveniet.

cum S. Bernwardo, Hildesimensi episcopo,

69 In ea porro supra a nobis in Com., Sanctorum nostrorum Actis praevis, num. 144 et 146 memorata, qui Christus S. Dionysio, carceri jam incluso Sacrisque in dicto altari portatili ibidem operanti, sese spectandum dederit, apparitio refertur; verum, cum Appendicis illius author, utpote non alius quam qui S. Gerardi Vitam litteris mandavit, seculo demum XI floruerit, recentior certe est, quam ut suis de apparitione illa dictis fidem queat facere indubitatum. Ceterum, altare portatile, quod S. Gerardo dedere Sandionysiani monachi, fuisse re ipsa illud, quo usus quondam fuisset S. Dionysius, verosimillime sola e traditione habuerint perspectum, eritque forsitan nonnemo, qui, an hæc sat vera ac genuina exstiterit, dubitandum, existimet. De re quisque, quod visum fuerit, statuat. Institutum nostrum prosequamur. S. Bernwardus, Hildesimensis seu Hildesheimensis seculo XI episcopus, sub seculi hujus initium celebriora Galliarum loca sacra visitans, varias ibidem variorum Sanctorum ac nominatim SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii reliquias impetravit, easque Hildesum reversus veneratione condigna servandas locavit. Ita scilicet in sancti hujus Hildesimensis episcopi Vita, Sæc. VI Benedict. part. I inserta, Tangmarus presbyter, Sancto æqualis, pag. 223 disertè tradit, ut res probationem aliam minime exigat; quo autem S. Bernwardus loco asportatas a se e Gallia, seu osseas, seu generis alterius, Sanctorum nostrorum reliquias servandas locavit, ex ecclesiastici, quo quotannis XX Novembris die Sanctus ille Hildesii colitur, Officii Lectione VI, utpote in qua Hildesimense templum pluribus Sanctorum reliquiis, ex Italia et Gallia secum asportatis, dilasse asseratur, haud inepte, ut apparet, collegeris.

cum Helgaldus, Floriacensis monacho,

70 Helgaldus, Floriacensis sec. XI monachus, qui Roberti, Francorum ab anno 998 ad annum usque 1032 regis, vitæ Epitomen, apud Chesneum Hist. Franc. Script. tom. 4 insertam, conscripsit, memoræ in hac ibidem pag. 75 prodit, qui,

cum Deo in monasterii sui fundo ædiculam sub S. Dionysii martyris invocatione ædificasset, Parisios venerit, ibique ad regis Roberti commendationem varias Sanctorum ac imprimis SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii reliquias impetravit. Ac is scriptor quidem primo, quæ ac quales reliquiae illæ exstiterint, loco cit. exponit his verbis: De casula sancti Dionysii, dalmatica sancti Rustici, casula sancti Eleutherii, de vestimentis eorum sanguine aspersis, de carnium eorum pulvere, et funiculo triplici, quo fuit adstrictus Dionysius, martyr Domini pretiosus; ac deinde subiungit, reliquias illas Floriacum delatas, primaque Octobris die a Gauzolino abbate summa cum veneratione susceptas, ac in æde sacra, iis destinata, fuisse locatas. Felibianus, qui, quod de Sanctorum nostrorum reliquiis cum Helgaldus monacho seu cum æde sacra, abs hoc Floriaci eastructa, hic dico, in Sandionysiana sua Historia pag. 120 pariter docet, id ad seculum XI, appositum in margine anno 1029, refert, nec ei hac in re refragandum apparet. Porro post idem seculum XI ac proin post annum 890, quo circiter in Germaniam e Gallia fuisse avectum S. Dionysii corpus, Ratisponenses contendunt, genuinis Sanctorum nostrorum, præsertimque S. Dionysii reliquiis communicatas secum fuisse, non paucæ præterea (rectene, an secus, studiosus lector, cum mature, quæ in Appendice, proxime hanc exceptura, dicentur, expenderit, pro arbitrio statuat) ecclesiæ existimant.

71 In Ms. Metropolitanae ecclesiæ Pragensis, quod in penu nostra litteraria servatur, Martyrologio ad secundam Januarii diem (Operis nostri tom. I Januarii pag. 1084 videsis) reliquiarum omnium, quas Carolus IV, Romanorum imperator et Bohemiarum rex, magnis precibus in diversis mundi partibus obtinuit ecclesiæque Pragensi donavit, festum proprium, quotannis e Papæ Innocentii VI præcepto, ad ejusdem imperatoris postulationem dato, in diocesi Pragensi celebrandum, annuntiatur, ac deinde reliquiae illæ secundum dies, quibus Sancti, quorum sunt, fastis sacris easant inscripti, recensentur; ad IX autem Octobris diem, Sanctorum nostrorum in ecclesiasticis fastis memorie sacram, pauca hæc ibidem leguntur verba: S. Dionysii, Parisiorum Apostoli, Brachium. In SS. reliquiarum, quæ in Metropolitana Pragensi D. Vili ecclesia asservantur, Diario seu indice, quem eodem, quo mox dictum Mrl. nostrum, ordine digestum, Phosphoro septicorni seu suæ de Pragensi ecclesia lucubrationi, anno 1673 in lucem emisit, Pessina inseruit, ad IX pariter Octobris diem S. Dionysii brachium, a Carolo IV imperatore ecclesiæ Pragensi datum, memoratur. Verum, præterquam quod ibi Dionysio perperam attribuitur Arcopagitæ titulus, brachium illud a dicto Carolo imperatore Parisiis obtentum, eique anno 1356 missum asseritur; postremum hoc autem a veritate apparet certo alienum. Etenim is princeps, Parisios primum sub anni 1377 finem, uti historici passim obvi docent, ad Carolum V, Francorum regem, se contulit, cumque ibidem per dies aliquot fuisset moratus, inde in Germaniam, a rege isthoc, ut Felibianus in sua abbatie Sandionysianæ Historia pag. 289 scribit, sacris S. Dionysii, quas summo studio rogatur, reliquiis ditatus, sub anni 1378 initium est reversus.

72 Quod cum ita sit, dubitandum non videtur, quin Carolus IV imperator supra memoratum S. Dionysii brachium vel secum Parisiis Pragam

ac cum multis aliis ecclesiis dicuntur communicata.

A *Fragam anno 1378 detulerit vel inde ad se missum eodem anno, quo nondum elapso obiit, acceperit ecclesiaeque metropolitanae Pragensi donavit. Ceterum Sanctorum reliquiis, quae in metropolitana Pragensi S. Viti ecclesia asservantur fideliumque venerationi exponuntur, S. Dionysii dens etiam a Pessina in dicto Diario aliisque Phosphori laudati locis accensetur. Ac ita quidem quantum ad insignem hanc aedem sacram res habet; quod autem ad alias ecclesias, quae, pariter secum, si non ante, saltem post seculum XI S. Dionysii reliquias communicatas fuisse, asseverant, jam spectat, eas omnes et singulas, quae ut plurimum minores dumtaxat ossium Dionysii Sociorumve ejus seu partes seu particulas sibi adscribunt, hic enumerari, necesse non est; praecipuas, quae minutionibus hujusmodi S. Dionysii lipsanis gloriantur, novisse qui cupit, suum is desiderium, Rayssii Hieroglyphico Belgico pagg. 41, 189, 219, 504, et 445, itemque Gelenii Coloniae Sacra et Civili Magnitudine pagg. 437, 464, 501, 510 et 616 inspectis, utcumque poterit explere. Ego modo, nihil etiam iis, quae de S. Dionysii reliquiis, cum Anna Austriaca, Ludovici XIII, Francorum regis, uxore, anno 1636 communicatis, Felibianus in sua San-dionysiana Historia pag. 465 refert, superaddens, ad antiquum, nondumque, ut apparet, penitus extinctum Parisiensium archiepiscopalis S. Mariae ecclesiae canonicorum cum San-dionysianis monachis de S. Dionysii capite dissidium orationem converto, idque, non quidem (neque enim tante componendae liti par sum) dirimere, sed utcumque saltem, quantum per litteraria eo conducentia monumenta licebit, enodare modo adhuc, priusquam Appendici huic finem impono, cap. seq. aggredior.*

CAPUT V.

Parisienses archiepiscopalis S. Mariae ecclesiae canonici, penes se esse S. Dionysii caput, sibi contra idipsum vindicantibus Sanct-dionysianis monachis, contendunt.

S. Dionysii caput penes esse,
In Parisiensi cathedrali S. Mariae ecclesia S. Dionysii caput assertari, ejusdem ecclesiae canonici, uti ex hodierna Bailleti de Sanctorum nostrorum cultu Historia aliundeque praeterea intelligo, contendunt, ac porro jam ante annum 1191 contendere, uti e jam nunc subdendis patet. Apud Chesneum tom. 5 Galliae Scriptorum pag. 34 in Philippo Augusti, Francorum regis, Gestis ita ad dictum annum loquitur Rigordus: Eodem anno, octavo Kalendas Septembris, consilio domini G. Remensis archiepiscopi et Adelae reginae et omnium episcoporum, corona * beatissimorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii cum purissimis vasis argenteis, in quibus diligentissime sigillata continebantur, sunt extracta et super altare posita. Sequenti vero festo beati Dionysii, aperto vase argenteo, in quo corpus sacratissimi

martyris Dionysii continebatur, assistentibus venerabilibus episcopis Sylvanectensi et Meldensi, et Ala * Francorum regina, et multis abbatibus et viris religiosis, totum corpus ipsius cum capite, ut praediximus, est inventum; et, universis Dei fidelibus, qui de longinquis partibus orandi causa venerant, devotissime demonstratum.

74 Et ad removendum errorem Parisiensium, retento capite hieromartyris Dionysii, et in vase argenteo decenter collocato, corpora Sanctorum cum vasis suis sub altare in cripta marmorea, unde extracta fuerant, sunt devotissime reposita. Caput vero pro excitanda devotione fidelium per totum annum omnibus peregrinis est ostensum et in sequenti festo beati Dionysii cum corpore in vase suo repositum. Guillelmus Nangius in Chronico apud Dacherium tom. XI Spicilegii pag. 467 ad eundem annum 1191 sic scribit: In cenobio sancti Dionysii in Francia extractum est caput pretiosi Dionysii Areopagitae martyris de capsula, ubi cum corpore quiescebat, ad removendum errorem canonicorum Parisiensium, qui dicebant, caput praedicti Martyris se habere; positumque fuit illud caput sanctissimum in vase decenti argenteo, ut palam deinceps ad osculandum gentibus monstraretur: quod postmodum venerabilis Matthaeus abbas illius monasterii in alio vase aureo pretioso lapidibus et mirabili opere decorato a se constructo transferri fecit per manus venerandi in Christo Patris domini Simonis sanctae Caeciliae tunc presbyteri Cardinalis, qui postea Papa Martinus quartus appellatus est, praesente rege Franciae Philippo, filio regis sanctissimi Franciae Ludovici, sicut ad dictum cenobium accedentes vident moderno tempore universi.

75 Ita haec hactenus chronographus laudatus; ut certe, in ecclesia sua asservari S. Dionysii caput, Parisienses S. Mariae canonici jam inde ante dictum annum 1191 contenderint. Verum rationes, quibus innixi id fecerint, nusquam litteris mandatas, diligentissima licet facta indagine, invenire quivi. Rigordus, seu alius monachus San-dionysianus anonymus, qui Philippo Augusti, Francorum regis, gesta alia, apud Chesneum tom. 5 Hist. Francorum Script. ad Philippidos, per Willelmum Britonem concinnatae calcem adjecta, conscripsit, ibidem pag. 258, f. iisdem fere, quae proxime ex Rigordo huc transcripsi, suppeditatis verbis, mox subjungit: Est autem Parisiensium error intolerabilis, salva ipsorum, juxta quod decet, reverentia, quod istius sanctissimi Dionysii caput, quod alias, ut superius dictum est et ostensum, in praefato suo scrinio, praesentibus multis dignitatis magnae personis cum suo sacro corpore est inventum, apud nos * habeatur, cum tamen ex ejusdem Sancti Passione luculenter appareat, caput proprium post decollationem ad vicum, qui olim Catulliacus, nunc vero sanctus Dionysius dicitur, angelico ductus regimine detulisse, nullumque rationabilem vel legitimum allegare possint titulum, quo dici possit, quod idem sanctum caput iterum Parisius sit translatum: etiamque de quibusdam ossibus sancti Dionysii alibi, ut superius dictum est, translatis bene scriptum legimus; de hac autem mendosa capitis apud ipsos translatione nihil scriptum penitus invenimus, praesertim cum et ipsi Parisienses non decollati hominis caput, sed caesariei testam cujusdam

AUCTORE

C. B.

Adela

contendunt,
ac porro jam
ante annum
1191

E

contendere
Parisienses
ecclesia S.
Mariae cano-
nici;

*supple non

sectora
C. B.

etsi autem id
sine ratione
fecisse
an quæ?

an abscon-
datur?

haud vi-
denntur,
quam pluri-
mos tamen
sibi adve-
santes

jusdam hominis decapitati illam posteriorem tan-
tum partem populis confluentibus ostendant.

76 In hac certe factis et verbis et picturis
obstantes eis, qui * de S. Dionysii Passione non
solum ipsi, sed et universæ Gallicanæ legunt
et cantat ecclesiæ, scilicet ejusdem sanctum
martyrem non decapitatum ipsum, quin potius
decollatum, siquidem in ejusdem sancti Dionysii
sociorumque ejus Rustici et Eleutherii Passione
continetur, quod post nimia tormenta ad decol-
lationem sunt flectere genua jussi, et iterum uno
eodem momento, hebetatis securibus, secun-
dum principis præceptum decollati sunt. Quo-
modo autem quis decollatus dicitur, nisi caput
a corpore per collum penitus abscidatur? Sa-
ne, etsi quidem non eo, qui hic proponitur, sed
altero, qui in jam editis Sanctorum nostrorum
Actis adstruitur, modo Catulliacum seu potius
ad Catolacensem, ubi modo San-dionysianum
oppidum cernitur, vicum fuerit delatum S. Dio-
nysii corpus, id tamen totum ac proin etiam S.
Dionysii caput statim ab hujus passione ibidem
existisse, palam est ex iis, quæ in Comment.,

B Actis jam editis prævio, § x et seq. disputata
sunt. Quod si ergo, fuisse inde insignem illam
Dionysiani corporis partem ad cathedralem suam
ecclesiam ante dictum annum 1191 translata,
Parisienses, seu qui per Parisienses hic designan-
tur, cathedralis apud hosce ecclesiæ S. Mariæ can-
onici, nulla omnino ratione seu, ut proxime
recitatis verbis aperte declaratur, nullo omnino
legitimo titulo probarint, enimvero haud satis
intelligo, qui hi, id tum fuisse factum, aut si-
bimet ipsis potuerint aut aliis reddere persua-
sum. At vero, non titulo quocumque et-
iam, sed tali dumtaxat, qui legitimus esset,
Parisienses canonicos ad probandam capitis S.
Dionysii ad se translationem destitutos fuisse,
Rigordus seu scriptor alius, qui, quæ jam dedi,
verba in litteras concecit, seu clare iis, insinuare
videtur.

77 Quid si ergo titulus seu ratio, qua ducti,
translatum ad se esse S. Dionysii caput, asse-
ruere, San-dionysianis quidem monachis illegiti-
ma ac invalida, dictis vero canonicis legitima
ac valida sit visa? Ita sane rem habuisse, vel
idcirco induco in animum, quod alioquin, non
solum dicti canonici, sed et plurimi, qui eis
assensere, malæ fidei, quod temere haud facien-
dum, forent insimulandi. Verum, utcumque et-
iam forsitan valida existiterit ratio, qua canonici
Parisienses impulsus, quod dici, contenderunt, iis
tamen non tantum, cum sub seculi xii finem
facere id ceperunt, a San-dionysianis monachis,
sed et postea etiam ab aliis contradictum illa in
re fuisse, memoriæ proditum invenio. Felibia-
nus in sua abbatiæ San-dionysianæ Historia pag.
209, iis primum, quæ de canonicis Parisiensibus,
S. Dionysii caput in ecclesia sua servari
asseverantibus, e Rigordo jam retuli, præmissis,
iisque præterea, quæ proxime huc a me trans-
scriptis verbis Guillelmus Nangius de S. Diony-
sii capite in lipsantheam auream, in qua ho-
dieque serretur, coram Philippo III, Francorum
rege, sub seculi xiii finem Matthæi Vindocinen-
sis, San-dionysiani ab anno 1258 ad annum us-
que 1287 abbatis, cura in San-dionysiana ec-
clesia transposito, memoriæ prodit, narratis,
Gallicis mox, quæ Latina facio, verbis sequen-
tem scribit in modum: Post illud tempus, cum
die quopiam, quo S. Dionysii celebratur festum,
rex Carolus V in S. Dionysii existeret, deca-

num eo, cancellarium eruditioresque aliquot ec-
clesiæ S. Mariæ canonicos accersivit, cumque
eis coram omnibus, quibus stipatus erat, pri-
matibus sancti Martyris caput monstrasset, eos,
ut veritatem agnoscerent, nec amplius populi,
confictum ei cranium pro vero S. Dionysii capite
obtrudendo, simplicitate abuterentur, admonuit,
simulque, ut quotannis eodem die, cum rex præ-
sens afforet, verum S. Dionysii caput solemni
supplicantium ritu circumferretur, in-
junxit.

78 Ita ille, in margine etiam, quo dictis habuere, re-
que tandem
suis fidem faciat, Caroli VI Chronicon, a San-
dionysiano monacho concinnatum, allegans. Ve-
rum, etsi sane ita Carolus V, qui Galliarum
ab anno 1364 ad annum usque 1384, quo obi-
it, solum occupavit, sibi omnino contrarium
Parisienses canonici, genuinum Dionysii caput
penes se esse contendentes, luculentissime fuerint
experti, nec dubitandum sit, quin non tantum
San-dionysianos monachos, sed et multos alios
sibi adversantes tum habuerint, in antiqua ta-
men sententia persistere, idque aliquot annis post
sub Carolo VI, Francorum ab anno 1384 ad
annum usque 1422, quo obiit, rege, satis osten-
dere, ut verbis proxime jam datis Felibia-
nus subiungit, addens etiam, inde factum, ut
tum canonicos inter et San-dionysianos monachos
disputatio, quæ, modo minime servato, agitata
utrimque fuit, sit exorta. Hic porro scriptor, qui
et quando circiter initium disputatio hæc acceperit,
e Caroli VI Chronico supra laudato ad annum
deinde 1406, pag. 322 exponit. Gallica, qui-
bus ibi ibidem facit, verba, Latinitate a me
donata, sic sonant: Cum dux Biturigum a San-
dionysianis monachis quampiam capitis sancti
horum Patroni partem impetrare nequisset, ad
Parisienses, quo voti sui compos fieret, S. Ma-
riæ canonicos, qui penes se esse sancti Martyris
caput contra omnem antiquitatis fidem gloria-
bantur, sese convertit. Hæc illorum opinio
jam inde a Philippi Augusti temporibus ac de-
inde per Carolum V veluti frivola fuerat reje-
cta. Attamen, cum Carolus VI, qui ad S.
Dionysii, quo ibidem pro more suo Sancti fe-
stum celebraret, sese contulerat, nudum Sancti
caput deosculari voluisse, intellexissent, occa-
sionem hinc instaurandi antiquam contra abba-
tiæ istius religiosos litem arripere. Caput, F
quod S. Dionysii apostoli sui ac primi episcopi
esse vulgabant, solemni supplicantium ritu cir-
cumtulere, addito etiam, quo, ne quis in
diocesi contrarium sustineret, vetabatur, man-
dato.

79 Eo res processere, ut episcopus, qui ca-
pituli sui sententiam erat amplexus, univer-
sis diocesis suæ cathedris San-dionysianis mo-
nachis, utut eos inter doctores, professores
bachchalaureique, iis adimplendis apti, essent
non pauci, interdixit. Ita hactenus Felibianus.
Dissidium porro magis magisque indies, ut idem
scriptor ait, partium studio tum effervescebat;
verum rex, quo id terminaret malace saltem, inde
alioquin secutura, impediret, rei cognitionem de-
cisionemque ad se evocavit, ac utrisque, tam videli-
cet Parisiensibus canonicis quam San-dionysianis
monachis, ne de controversia illa sermonem deinceps
facere, severe inhibuit, cumque regis præ-
cepto utrimque obtemperaretur, res eodem fere,
quo ante id fuerat, loco mansit, donec tandem,
nonnullis adhuc, quorum etiam Felibianus loco
cit. meminuit, gestis, ad superiorem regni, qui
Provisis

A Parisiis residet, senatum (Parlementum vulgo vocant) delata, ac pluribus annis ibi agitata qualemcumque ei dati abs hoc decreti finem accepit. De decreto hoc Felibianus, Dionysianum archivum in margine citans, verbis Gallicis, quae Latina facio, in San-dionysiana sua Historia pag. 323 loquitur hunc in modum: Superest decretum, anno 1410 die Aprilis xix signatum, quo, sancti Dionysii Atheniensis caput penes San-dionysianam ecclesiam, illudque S. Dionysii Corinthiaci penes Parisienses S. Mariae canonicos esse, fuit assertum. Hinc patet, item plurimum annorum spatium, omni servata juris forma, fuisse continuatam.

80 Hæc ille; porro, ut mox addit, Parisienses canonici, nihil deinde, quam hic memorat, pensi habita senatorum Parisiensium decisione, controversum, quod penes ipsos exstat, S. Dionysii caput populi venerationi pro genuino S. Dionysii, Parisiensium apostoli primique episcopi, capite exponere perrexere. Sic sane, ut Felibianus ait, videtur habere, idque adhuc quotannis in S. Dionysii Octava seu xvi Octobris die, uti e Spiritualibus ecclesiae Parisiensis Calendariis disco, solemnioris Sacri tempore facere solent, et tamen, quam contra San-dionysianum monasterium de sacro illo pignore gesserunt, lis in eorum, uti e jam dictis apparet, favorem haud fuit decisa. Cum enim e duobus duorum Dionysiorum, Corinthiaci videlicet, ac, ut tum putarunt, Atheniensis, capitibus solum esse penes illos prioris caput, senatus-consulto fuerit pronuntiatum, caputque non hujus, sed Dionysii Atheniensis, qui, ut tum putabatur, Parisiensium primus existisset episcopus, penes se esse contenderint, enimvero causa illos cecidisse, nemo non videt. Verum, etsi res ita habeat, mihi equidem, rationes, ob quas, quod dicimus, contendere, litteris nusquam inveniri mandatas et ne levissimam quidem vel earum, vel modi occasionis, quæ ad se venisse Dionysii caput, canonici dixerint, a Felibiano fieri mentionem, mirari adhuc subit. Hic quidem scriptor, postquam, qui canonici Parisienses, litis etiam, de qua jam actum, decisione insuper habita, Dionysii, quod habent, caput pro genuino S. Dionysii Parisiensis capite adhuc exponant, narravit, ~~non~~ subiungit, verosimiliter, ut brevi difficultas illa tollatur e medio seu componatur, haud umquam esse futurum, singulosque ecclesiae suæ traditionem possessionemque pro sese afferre.

81 Ast vellem, in quo, quam pro se canonici Parisienses allegant, ecclesiae suæ traditio possessioque sit fundata, definite exposuisset. Silentium istud suspicionem, nescio quam, mihi ingerit, facitque, ut dubitem, an in exponendis omnibus, quod ex ipso jam retulimus, dissidii adjunctis debita sinceritate ac fide ubique utatur. Ut sit, traditio, quam, ut ait, canonici Parisienses laudant, haud citius, ut apparet, quam seculo xii (neque enim ante hoc illi penes se esse S. Dionysii Parisiensis caput, asseruisse leguntur) initium accepit; cum autem rationes, ob quas tum primum asseruisse illud videntur, haud admodum, uti ex authoris, qui seculo xii floruit, supra huc num. 75 et 76 transcriptis verbis videtur, exstiterint validæ, enimvero, nisi quis mihi hoc secus habere, istique adeo authori, qui San-dionysianus monachus exstitit, fidem haud adhibendam, solide probarit, jam memorato, in quantum eo S. Dionysii Parisiensis caput abjudicatum eis fuit, senatus-consulto

cum Launoyo de S. Dionysii Vita et Miraculis Observat. xi standum puto, etsi interim, quæ ratione ad eos vel ipsummet S. Dionysii Corinthiaci caput venerit, ignarus, esse vel hoc ipsum penes illos pro penitus certo haud habeam, ac præterea, nec S. Dionysii, Parisiensis episcopi, caput penes ipsosmet San-dionysianos monachos existere autem, si furto his reipsa, ut Ratisponenses contendunt, Sancti nostri corpus sub annum 890 ereptum, eaque, quæ volunt, integritate Ratisponam fuerit delatum; quod an verum sit, indagaturi jam nunc sumus.

LECTURE
C. B.

APPENDIX

ALTERA

Qua Sanct-dionysianorum in Francia, Ratisponensiumque in Germania monachorum, idem S. Dionysii corpus sibi vindicantium, controversia ^E examinatur.

CAPUT I.

Quandonam controversia de S. Dionysii corpore, furto in Germaniam delato, agitata potissimum fuerit, et quid de modo, quo id factum esse, ab anonymo seculi xi scriptore narratur, sit censendum.

Etsi quidem, cum primum, quam hic modo ^{Controversia, qua de S. Dionysii Parisiensis corpore disceptatur,} examinare aggredimur, controversia Sanct-dionysianos inter et Ratisponenses S. Emmerami monachos esset exorta, Areopagitæ nomine tam hi, quam illi Dionysium, de cuius corpore disceptabant, distinxerint, id tamen dumtaxat fecerunt, quod Dionysium Areopagitam cum Dionysio, qui Parisiensibus fidem annuntiavit illi, strique apud hosce martyrio vitam finivit, unum esse atque eundem, existimarint. Nec aliam ob causam, dum quidam adhuc hodieque S. Dionysium, de cuius corpore sese inter Dionysiani ac Emmeramenses monachi disceptant, Areopagitam appellant, facere id sunt censendi; cum autem res ita habeat, ac duorum illorum Dionysiorum alter ab altero, ut in Comment., fictitiis Dionysii Areopagitæ Actis prævio, probatum dedimus, indubie sit diversus, nec umquam Dionysii alterius, quam qui Parisiensium Apostolus primusque exstiterit episcopus, penes se esse corpus, Ratisponenses S. Emmerami monachi, San-dionysianis contra idem etiam ejusdem Dionysii corpus sibi vindicantibus, contenderint, hic dumtaxat, misso omni de S. Dionysio Areopagita sermone,

AUCTORE
C. B.

mone, penesne Sanct-dionysianos, an Sanct-emmeramenses monachos S. Dionysii, Parisiensium apostoli primique episcopi, corpus sit, examinandum, aut certe merita causæ, quam tam hi, quam illi propugnant, expendenda ac suis quæque ponderibus libranda. Rem ipsam aggrediamur, ac, quo melius ratione et via procedat oratio, ab ipso statim initio, quandonam potissimum, de quo hic sermo, controversiam agitari contigerit, lectori ob oculos ponamus, mox addituri etiam, quid de modo, quo S. Dionysii corpus e Francia in Germaniam furto fuisse delatum ab anonymo seculi XI scriptore narratur sit censendum.

Ratisponæ
corpore,
quod inscrip-
tiones ad-
junget

2 Reginwardus, qui Ratisponense S. Emmerami monasterium anno 1049 abbatis munere moderari incepit, combustam monasterii sui ecclesiam instaurare aggressus, præter exspectationem in Occidentali hujus parte in muro, e quo calc. tollebatur, tres invenit lateres, qui incisus litteris, assertari ibidem S. Dionysii corpus, testabantur, idque etiam deinde, lapidibus istis seu lateribus remotis, duobus in scriniis, quorum alterum caput, alterum reliqua membra complectebatur, fuit inventum. Ita fere in sua de S. Dionysii corpore e Gallia in Bavariam translato Dissertatione, anno 1750 Ratisponæ typis vulgata sæpiusque a nobis adhuc hic laudanda, pag. 51 et seq. celsissimus Emmeramensis princeps ac abbas Joannes Baptista, non uno etiam ejusdem Dissertationis loco indicans, memoratam corporis quod esse Dionysii, præfati testabantur lateres, inventionem anno 1052 contigisse. Verum (Eselius Rerum Boicarum Scriptorum tom. I, anno 1763 Augustæ Vindelicorum in lucem emissio, pag. 46 e vetustissimis bibliothecæ Bavaricæ membranarum exhibet breve Bojariæ chronicon, ab anno Christi 732 ad annum usque 1062 deductum; licet autem hoc, quod a monacho Emmeramensi anonymo seculo, ut apparet, XI fuit conscriptum, cenobii S. Emmerami combustionem ad annum 1062 diserte notet, nullam tamen incendii alterius, quo antea adhuc circa annum 1052 S. Emmerami seu monasterium seu ecclesiam absumi contigisset, mentionem facit. Adhæc apud eundem (Eselium Rerum Boicarum tom. proxime cit. a pag. 148 usque ad pag. 242 exstat episcoporum, qui a seculo VII usque ad seculum XVI provecum Ratisponensem sedem occuparunt, Catalogus, in tres libros divisus; etsi autem Catalogi hujus author Laurentius Hochwartus lib. 2, cap. 18, S. Emmerami ecclesiam haud diu admodum ante Leonis IX Papæ Ratisponam, qui, ut infra videbimus, anno 1052 accidit, adventum incendio fuisse vastatam, memoriæ prodal, postea tamen id quodammodo tacite retractans sub ejusdem capituli finem sic scribit: Quamquam multa sunt hoc cap. dicta, tamen de S. Dionysio ob perpetuam rei memoriam certiora sunt hic adnotanda.

esse S. Dionysii corpus

3 Corpus S. Dionysii martyris beatus Tuto episcopus cum post Arnulphi mortem accepisset, Gallicas insidias timens, venerabiles Martyris reliquias cum excisis in lateres litteris, ne per incendium res aboleretur, in murum Occidentalem templi conclusit, suo tempore revelandas. Commodum vero tunc Reginwardus abbas, nescio quid exstructurus, sub Gebhardo (ab anno scilicet 1036 ad annum usque 1059 aut 1060) episcopo Ratisp. III murum dejecit: Lipsana cum excisis lateribus reperit, hos cum aliis in testimonium producit, Pontificem Romanum ad

rem confirmandam inducit. Reginwardus itaque, D seu, uti hic ab Hochwarto vocatur, Reginwardus, non ecclesiæ, quæ incendio fuisset vastata, a se instauratæ, sed muri tantummodo, ob aliud quid exstruendum dejecti, occasione corpus, quod lateres, in muro illo ante hoc positi, S. Dionysii corpus esse indicabant, invenisse ab Hochwarto, ut apparet, asseritur. Et vero, muri dejecti occasione dumtaxat Reginwardo id obtigisse, vel e solo, quod proxime laudavi, quodque, circa annum 1052 combustam adhuc fuisse S. Emmerami ecclesiam, non notat, antiquissimo Bojariæ chronico verosimile apparet; cum autem, uti hinc consequitur, in assignanda, qua corpus illud fuit inventum, occasione Emmeramensis mox laudatus princeps et abbas Joannes Baptista verosimiliter erret, fit hinc, ut, ne in anno 1052, quo inventionem illam evenisse ait, pariter errarit, sit verendum. Ut sit, hanc equidem, utpote haud diu ante Leonis IX Ratisponam, qui, ut dictum, anno 1052 locum habuit, adventum factam, seculo circiter undecimo medio evenisse, omnino est certum.

4 Nec minus est certum tum quoque tres lapides seu lateres, corpori invento seu scriniis id complectentibus præfatos, qui characteribus sibi impressis, esse illud Dionysii corpus, faciebant testatum, fuisse in muro repositos. Tres illi lateres seu cocti e luto lapides hodieque in S. Emmerami monasterio religiose asserantur. Ac inscriptiones quidem, dictis characteribus expressas, quas præferunt, Cælestinus Emmeramensis abbas in Opere, quod seculo proxime elapso edidit ac S. Emmerami Mausoleum inscripsit, publici juris primum fecit; deinde vero easdem Chalcographo imitandas dedit ac porro æri incisas in sua supra laudata Dissertatione pag. 116 exhibet celsissimus princeps ac Emmeramensis abbas Joannes Baptista. Eas, prout apud Cælestinum abbatem exstant, hic exhibeo. Prima sequentibus concipitur verbis: Emmeramus Aquitan. Dionysius Areopag. hic requiescit sub Arnulpho imperatore et Odone R.; secunda vero hæc: Sub Ebulone abbate mon. sci. Dionysii Gisalbertus furavit; ac tertia demum istis: Furatus est v. N. Jul. Huc venit n. N. Dece. temp. Tuto. epi. Georgius ab Eckhart in contextis a se de Rebus Franciæ Orientalis Commentariis tom. 2, pag. 746 sic scribit: Gisalbertus dicitur S. Dionysii reliquias furatus esse sub Ebulone abbate S. Dionysii. Ebulonis nomen alii, quam costaneo homini in Germania notum fuisse vix potuit. Martius ille Ebulus vel Ebulus anno 886 abbas S. Dionysii factus est et anno 893, vi. Idus Octobris, Rheginone aliisque monumentis testantibus, obiit. Tuto episcopus Ratisponensis creatus est anno 894. Cum igitur sub Ebulone abbate v. Non. Julii ablati sit Gallie S. Dionysius, et quidem 11 Nonas Decembris tempore Tutonis episcopi Ratisbonam venerit, statuendum est plium hoc furtum anno 893 factum, et S. Dionysium ecclesiæ S. Emmerami anno 894 illatum fuisse.

5 Ita ille. Ac recte quidem, cum Ebulus, quo existente Dionysiano abbate, S. Dionysii corpus furto surreptum in secunda e jam datis inscriptionibus asseritur, ultra annum 893 vitam haud protraxerit, furtum illud, si locum unquam habuit, ante annum 894 statuit. Verum, cum idem Ebulus jam inde ab anno 886 S. Dionysii abbas exstiterit, Tutoque, quo existente Ratisponensi episcopo, S. Dionysius ad S. Emmerami

abbate, surreptum, ibique, Tutone episcopo,

A rami ecclesiam venisse in tertia e supra huc transcriptis Inscriptionibus traditur, ab anno 894 ad annum usque 931, ut Mabillonius Sæc. v Benedict., part. 1 ostendit, Ratisponensi ecclesie præfuerit, secundæ et tertiæ e duabus dictis Inscriptionibus veritas nullo omnino, ut consideranti patet, modo exigit, ut Dionysius nec citius, quam anno 893 Dionysianis ereptus, nec serius, quam anno 894 ad S. Emmerami ecclesiam venisse statuatur. Ut quid ergo primum quidem definito anno 893, postremum vero definito anno 894 statuendum, verbis jam nunc datis laudatus Eckhartus affirmat? Id hic scriptor, qui, si Tuto jam inde ab anno 893 Ratisponensium fuisset episcopus, Dionysium hoc ipso anno non tantum Gallis ereptum, sed et ad S. Emmerami ecclesiam venisse, etiam statueret, idcirco indubie facit, quod Dionysiani corporis furtum, non Arnulpho imperatori, sed soli Gisalberto, qui etiam sacrum illud pignus ecclesie Emmeramensi donarit, attribuit, quodque, cum adeo a Gisalberto, ut putat, Dionysius et Gallis ereptus et ad S. Emmerami ecclesiam fuerit delatus, postremum hoc abs illo, minima dumtaxat, quam potuit, posita post furtum mora, patrum existimet. Audi, qui statim post verba proxime recitata loquatur: Gisalbertus, inquit, sine dubio, ne detegeretur atque in itinere comprehenderetur, ambagibus usus est, et, cum dubius hæreret, ubi sacrum thesaurum deponeret, illum per aliquod tempus apud se secreto detinuit. Cum vero nulla ecclesia Arnulfo tunc charior atque in Bajoaria clarior esset, quam illa S. Emmerami Ratisponensis..... Gisalbertus reliquias S. Dionysii non alibi magis honorifice, quam Ratisbone, requiescere posse credidit, easque ad regiam hanc urbem deportavit.

haud tamen si Eckhart assentientem, Arnulphi imperatoris dono,

6 Verum an Eckhartus, Dionysium ab Arnulpho imperatore nec furto Gallis ereptum, nec Emmeramensi ecclesie donatum, recte statuit? Cum vel hoc vel illud ab Arnulpho fuisse factum, nullis omnino litterarum monumentis, anno 1050 anterioribus, consignatum inveniatur, neutrumque etiam in jam datis inscriptionibus asseratur, enimvero Eckhartus penitus hic refragari haud velim. Attamen cum Dionysium per Arnulphum imperatorem et Gallis surreptum et ad S. Emmerami ecclesiam translatum fuisse, Ratisponenses Leonis IX Papæ in litteris, hujus nomine inscriptis infraque hic recitandis, dixisse asserantur, quid nî, si Dionysiani corporis furtum locum umquam habuit, Arnulphus imperator, qui, quemadmodum recte opinatur Eckhartus, Luletie Parisiorum numquam fuit, Dionysium Gallis eripuisse dici queat, non quidem quod ab ipsomet, sed quod ex ejus imperio a Gisalberto furtum illud fuerit patrum? Sane, quod quis imperio suo per alium facit, facere id per se non immerito censetur. Atque hæc de Dionysiani corporis furto dicta sunt; quod autem ad corporis ejusdem donationem jam spectat, hanc Emmeramensi monasterio ab Arnulpho non fuisse factam, Eckhartus statuit, quod Arnolfus, e comite Vochburgensi S. Emmerami monachus, accurate dona, quæ in S. Emmerami ecclesiam Arnulphus imperator contulit, recensens, ne verbulo quidem Dionysiani corporis meminerit. Ast ob hoc Arnolfi seu, ut ab aliis vocatur, Arnoldi silentium necessario, quod hic Eckhartus statuit, statuendum haud esse, ex infra dicendis patet.

Quod si tamen quisquam, quæ prolaturus ibidem sum, haud probans, sacri illius pignoris et furtum et factam monasterio Emmeramensi donationem, non Arnulpho, sed soli Gisalberto adscribere cum Eckharto perrexerit, vehementer ei reluctari mihi animus non est. Et vere ita comparatus cur non sim?

7 Dionysii e Gallia in Germaniam translatio lateribus seu lapidibus tribus num. 4 hic memoratis præcipue innititur, illamque Inscriptiones, hisce incisæ, Arnulphi tantum tempore, at non item rem ipsomet hoc principe vel agente vel jubente, factam fuisse produnt. Opinio quidem, quæ Dionysium ab Arnulpho ecclesie Emmeramensi datum statuit, in litteris etiam, Leonis IX Papæ nomine inscriptis, infraque hic recitandis, seu potius in Ratisponensium, quæ medio circiter seculo xi obtinuit, traditione est fundata; verum hanc tum adhuc puram nec adjunctis falsis, ex infida vulgi fama natis, auctam ac porro fedatam fuisse, pro certo quis asserat? Quis, quæso, inscriptiones, quæ eidem opinioni etiam adstipulantur, quæque, priusquam, quod supra memoravi, corpus a Reginwardo abbate inveniretur, in Emmeramensi, ut mox videbimus, ecclesia existitisse perhibentur, fuisse statim post adiectum ad hanc idem corpus positas nec multo serius e traditione, jam eo, quo mox dixi, modo corrupta, confectas, sat solide vel utcumque dederit probatum? Verum, utcumque res hæc habeat, corpus equidem, quod Dionysii esse, Ratisponenses arbitrantur, Tutone Ratisponensium jam episcopo, Ratisponam, ut tertia e supra huc transcriptis inscriptionibus fidem facit, ad S. Emmerami ecclesiam venit; Tuto autem id postea, ne vel a Gallis, sacrum thesaurum sibi ereptum recuperare forsitan conaturis, dolo ac fraude surriperetur, vel ab Hungaris, sub seculi x initium in Bavariam frequenter irrupentibus, profanaretur, Emmeramensis ecclesie muro, additis etiam, quos supra memoravi, tribus lateribus, inclusit.

in S. Emmerami ecclesia locutum fuisse, indicabant

8 Ast, cum tantummodo, ut apparet, pauci admodum, ne proditiore forsitan sacræ reliquie detegerentur, occultationis hujus conscii fuissent, locus sensim, quo fuerant absconditæ, in oblivionem venit, donec tandem occasione, quam supra exposui, a Reginwardo abbate una cum corpore, quod complectebatur, sub annum 1050 fuit delectus. Ita unanimi fere consensu omnes, qui S. Dionysium e Francia Ratisponam ad S. Emmerami ecclesiam furto translatum, contendunt. Porro etsi quidem, priusquam, quod ante memoravi, corpus una cum supra datis, quæ, id esse Dionysii corpus, indicabant, inscriptionibus a Reginwardo abbate seculo xi circiter medio inveniretur, res ita, ut jam dixi, haberet, diversæ tamen in Ratisponensi S. Emmerami ecclesia, si in præfata sua Dissertatione cap. 5 Joannes Baptista Emmeramensis abbas recte scribat, inscriptiones aliæ, imo et picturæ, parietibus impressæ, quæ, ibi asservari S. Dionysii corpus, non obscure docerent, fuerint inventæ. Ac mihi quidem tales etiam jam tum reipsa ibi existitisse inscriptiones ac picturas, sat verosimile apparet; verum, utcumque id habuerit, rumor tamen de S. Dionysii corpore, Dionysianis surrepto atque e Francia in Germaniam delato, hactenus haud late admodum, quod, quo id in Emmeramensi ecclesia loco jaceret reconditum, ignoraretur, per Germaniam ac Galliam sese diffuderat;

ast

sub annum 1050 invento, agitata

LECTOR
C B.

ast is, dum Regincardo, quod dixi, corpus fuerat inventum, magis magisque statim, majori etiam forsitan, quam par esset, cum strepitu rem fama vulgante, innotuit, ac, Emmeramensibus monachis, penes se esse S. Dionysii Parisiensis corpus, ubique prædicantibus, quaquaversum sparsus male admodum, ut apparet, Gallos affecit, auribusque minime æquis per eos fuit exceptus. Quam verum id sit, ex iis, quæ jam nunc subdo, patescet. Leo IX Papa anno 1052, quo pacem inter Andream, Hungariæ regem, Henricumque IV imperatorem componeret, in Germaniam venit, eodemque anno, ut Pagius in Romanorum Pontificum Breviario, aliique ad eundem annum recte docent, Ratisponam venit.

quam maxi-
me fuit,

9 Ibidem porro non tantum S. Wolfangum, sed etiam S. Erhardum in Sanctorum numerum retulit, ac, ut nonnulli addunt, sedulo etiam, essetne, an non, penes Emmeramenses monachos S. Dionysii, primi Parisiensium episcopi, corpus, examinavit. Nec id examinavit tantum, verum etiam, si Germanis fides sit, sacrum illud pignus, Gallis furto ereptum, penes Emmeramenses monachos esse, datis ad Henricum, Galliarum regem, litteris declaravit. Galli quidem, litteras hujusmodi a Leone datas fuisse, passim eunt inficias; verum, rectene, an secus, lectoris erit ex infra dicendis statuere. Alia interim ex parte Henricus I, Francorum rex, rumoribus de corpore, Ratisponæ in S. Emmerami ecclesia per Regincardum abbatem invento, ad sese eo modo, ut dubitari de eorum veritate non posset, delatis, ne eorum forsitan, qui id S. Dionysii, Parisiensium Apostoli, corpus esse asseverabant, opinio serperet latius, scrinium seu loculum, in quo olim a Dagoberto I, Francorum rege, depositum fuisse S. Dionysii corpus credebatur, publice reserandum, sacrasque illi inclusas reliquias frequenti multitudini solemnitate quam maxima ostendendas curavit. Id omnino, uti infra docebo, est certum nec ab ullo revocatur in dubium; ut sane controversiam, qua de S. Dionysii Dionysiani et Emmeramenses decertant, tum potissimum, cum corpus, quod Dionysii esse inscriptiones adjunctæ indicabant, seculo XI circiter medio Ratisponæ in S. Emmerami ecclesia fuisse inventum, contingerit agitari.

Gallique,
Dionysii
corpus eripi
sibi

C 10 Porro Galli, instituta, quam dixi, loculi seu scrinii Dionysiani visitatione, non tantum, non esse inde S. Dionysii corpus sublatum, sed nec surripi potuisse, audacter (rectene an secus, dicenda aperient) asseruere. Ac postremum quidem istud potissimum e loco munito, quo sacrum illud pignus summa cum cura custoditum semper fuisset, videntur contendisse. Certe Haymo, qui, quemadmodum infra videbimus, jam memoratam corporis Dionysiani visitationem seu detectionem sub seculi XII finem descripsit, Haymo, inquam, seu potius Galli illi, quos hic in lucubratione, qua id fecit, loquentes inducit, ita in hac apud Felibianum ad Sandionysianæ Historiæ calcem cap. 5 loquuntur: Sicut didicimus plurimorum autentica sententia, quos in litteralium atque liberalium disciplinis studiorum majoris utilitatis ac pretii aiunt esse in nostra patria, in regis Dagoberti evidentissime reperitur Gestis descriptum, quemadmodum memoratum Sanctum (Dionysium nempe) cum duobus sociis honorifice posuerit in scriniis argenteis, artificiosissimarum serarum atque obicuum mirifica atque subtili diligentia, ut adhuc hodieque videri potest, interius munitis. Collocavitque post altare in cripta tantæ profunditatis, ut usque ad genua omnino se intromittat, D

si quid inde voluerit abstrahere aliquis. Quin etiam, antequam ad corpora Sanctorum perveniat, criptula quædam aureis gemmis extrinsecus decorata habetur, in qua duabus seris diligenter munita Dominici clavi et coronæ condita servantur pignora, nulloque alio aditu præter hunc scrinia Sanctorum videri, aut ab aliquo possunt ullatenus tangi. Ecce, quomodo corpus sancti Dionysii munitum nulla adimi possit arte latronum.

11 Ita illi; ut sane ne potuisse quidem furto surripi S. Dionysii corpus, Galli tam e loco munito, quo esset reconditum, quam e summa, qua semper fuisset custoditum, cura tum contendisse videantur. Hinc porro, ni fallor, tum etiam factum, ut Germani, quo non tantum habere potuisse, sed et re ipsa habuisse locum Giselberti furtum, ostenderent, in rationem, qua committi id et potuisset et commissum re ipsa fuisset, adhibita omni cura, studiosissime indagavit. Qualemcumque saltem ita autumandi ansam præbet Emmeramensis supra plus semel jam laudatus abbas Joannes Baptista. Hic enim celsissimus author ad suæ de Dionysio Ratisponam translato Dissertationis calcem exhibet lucubrationem, vel haud diu post vel sub seculum XI medium, uti e mox dicendis patescet, conscriptam, in qua Opusculi hujus scriptor anonymus non tantum S. Dionysii et Gallia translationem, sed et rationem, qua hæc fuerit peracta, evoluit. Fuisse autem vel haud diu post, ut jam dixi, vel sub seculum XI medium lucubrationem illam exaratam, certum idcirco atque indubitatum apparet, quod ad mox dictæ Dissertationis calcem præferat seu sibi præfixam habeat epistolam, ab eodem scriptore anonymo Regincardo abbati, qui, quemadmodum laudatus Emmeramensis abbas Joannes Baptista in suis in epistolam illam Annotationibus docet, ab anno 1049 usque ad annum 1064 S. Emmerami monasterio præfuit, inscriptam. Porro in hac scriptor ille anonymus, qui in titulo præfatio presbyter vocatur, sese, qui S. Dionysii ossa Parisiis surrepta atque e Gallia Ratisponam fuerint translata, libentissime litteris, prout ab eo Regincardus petierat, commendaturum esse, statim ab initio promittit ac deinde id partim e litteris, ab ipsomet Regincardo ad se missis, partim e notitiis, quas a Gallorum (apud hosce enim, ut ait, aliquamdiu fuerat moratus) sapientissimis ac veracissimis viris acceperat, executioni sese mandaturum, declarat.

haud potuis-
se, conten-
dentibus, tum
quoque mo-
dus, quo id

12 Verum, rectene, ac veritate ubique servata, id præstitit? Id equidem mihi haud apparet. Neque vero is, utpote non pauca parum admodum verosimilia, imo et ab omni prorsus veri specie abhorrentia scribens, fidem ullam in rebus, diu ante ætatem suam gestis, quas sine antiquiori dictorum suorum vade refert, sibi adjungit. Ut autem, an merito ita arbitrer, dispicere ipsemet per se studiosus lector queat, partim saltem præfatam, qua, quod dixi, anonymus ille, natione, ut apparet, Germanus, presbyter fecit, lucubrationem, plerisque tamen, quæ huic insuper immiscentur, ineptiis omissis, compendio hic exhibeo, mox etiam deinde, quæ in illa potissimum displiceant, subjuncturus. Omnia itaque, quæ ad institutum nostrum hic faciunt, lucubrationis illius capita, in compendium majorem partem redacta, eo fere recidunt. Arnulphus imperator, quo Carolo Simplicio, Francorum regi, qui, ab Odone, a Gallis in regem assumpto, e regno

factum sit, a
scriptore
anonymo per
lucubratio-
nem, partim
quidem,

A gno secedere compulsus, Coloniam Agrippinam adveniat, ac ab eo, ibidem tunc commorante, auxilium adversus hostes suppliciter rogat, suppliciter ferat, maximo cum exercitu in Galliam ingreditur, civitates regni huius non paucas expugnat, moxque tamen, etsi armis ejus ubique Gallia cedant, muneribus ab Odone delinitus, in concionem et hunc et Carolum adducit, simulque, ut Odo quidem in Gallia regnare pergat, Carolus vero, ibidem dumtaxat post Odonem regnaturus, in Burgundiam secedat, decernit, ac, rebus ita compositis, cum Odone Parisios usque, quo ibidem hunc solio denuo imponat, cum exercitu suo progreditur, castra prope hanc civitatem per tempus aliquod metatur, Odonem, exercitus sui legionibus sequebatur, contra Normannos, Galliam vastantes, militat, ad Dyonsianam ecclesiam, quo sanctum loci huius patronum veneretur, accedit, ab Ebulone abbate honorifice accipitur, caelestemque Dyonsii Hierarchiam, quam ab hoc accipit, animo attento in castra reversus evoluit.

quod hic datur,

13 Hinc sacrum scriptoris adeo subtilis corpus e Gallia in Germaniam asportandi desiderio accenditur, cum Giselferto id communicat, ac abs hoc, quanta Dyonsii corpus cura servetur, vique fieri posse, ut arte ulla surripiatur, edoctus, consilium, quod hic ei praebeat, amplectitur, Giselfertum perduellionis seu proditoris ex composito accusatum, coram San-dyonsiano abbate Ebulone, consanguinitate ei conjuncto, extremo supplicio damnat, hocque nihilominus ac aliis intercedentibus Gallis, Giselferto, in speciem reo, veniam concedit. Hic, rebus ita constitutis, magna prius ab Arnulpho, quo, quod meditabatur, corporis Dyonsiani furtum exsequi possit, pecuniae summa donatus, ad S. Dyonsii monasterium, tamquam ad asylum, cum Ebulone abbate, sanguinis nexu sibi conjuncto, secedit, propositum monachi ibidem induendi simulat, pecuniaeque, quam secum attulerat, parte altera communitati, altera Ebuloni abbati hunc in finem oblata, tertiam supra ipsum S. Dyonsii tumulum ponendam obtentu locum sibi, quo hic situs esset, monstrari tandem agra impetrans, ab Ebulone abbate noctis tempore in cryptam, in qua SS. Dyonsii, Rustici et Eleutherii corpora jacebant recondita, per aditum occultum introducit, diversas ibi tumbras marmoreas conspicitur, sed, in quam ex hisce S. Dyonsii corpus jaceret, incertus, tumulum seu tumbam, quae id complecteretur, sibi aperiri petit, idque etiam demum largitionibus et precibus ab Ebulone consecutus, sanctissima Dyonsiani corporis membra, dimoto non sine ingenti labore tumbae operculo, intuetur, cumque jacere in hac S. Dyonsii corpus, charta prope caput inventa, fidem faceret, pecunia, quam supra id ponere se velle simularat, sacras sancti Martyris exuvias honorat precesque ad Sanctum fundit.

compendio,

14 Mox porro post crypta egressus ac jam omnia, quae ad tuto patrandum, quod meditabatur, facinus nosse desiderarat, apprime noscens, convivium, ad quod abbatem monachosque invitavit, diligentissime parat, id deinde iuxta ac subsequenter cenam diutissime protrahit, omnibusque cibo et potu oppido onustis hincque cubitum concedentibus, ipse, ut sibi nocte illa in ecclesia excubare fas sit, ab Ebulone postulat, idque simulata pietatis specie adeptus, loci sacri custodibus vinum magna copia propinat hisque inde in somnum resolutis, Giselfertus, jam omnia tuta

Octobris Tomus IV.

videns, instrumentis, quae, capsellae inclusa, affertur ad sese librorum specie jusserat, primum cryptae, quae Sanctorum nostrorum tumulos complectebatur, claustra ac deinde tumbam, in qua S. Dyonsii corpus jacere modo supra relato didicerat, effringit, sacra Dyonsii ossa inde rapit, duabus peris imponit, hisque onustus sine mora ad locum, quo equum sibi paratum teneri jusserat se confert, atque in hunc prosiliens concito cursu Arnulphi castra petit, eique, quam expetierat, sacram praedam tradit in manus, ac ab eo pro meritis exceptus mox cum sacris furto surreptis S. Dyonsii reliquiis, quo in tuto hae ponantur, e Gallia in Germaniam, quingentis ei ad custodiam adiunctis equitibus, dimittitur. Imperator, qui nihilominus e S. Dyonsii reliquiis os, quod in manu (ipsa haec usui infra adhuc futura scriptoris anonymi verba sunt) medium connectit brachio digitum, penes se retinuerat, haud ita dudum post ab Ebulone abbate convenitur.

actore
C. B.

15 Cryptae scilicet, in qua Dyonsii, Rustici et Eleutherii corpora jacuerant, claustra distorta, tumbamque Dyonsii, comparente nuspian Giselferto, perruptam sanctique Martyris ossibus orbatam, ecclesiae custodes hanc lustrantes invenerant, dumque horum omnium mox Ebulonem reddidissent certiores, hic id, quod res erat, subodoratus, absque ulla mora ad Arnulphi castra se confert, imperatoris tentorium audacter ingreditur; ut surreptum Dyonsii corpus sibi restituatur, inclamat, dumque deinde, clamoribus nihil proficiens, imperatori, ut sacrum illud restituat pignus, demisse supplicat Arnulphus sese id facturum negans, Ebuloni tamen, si hic ei pretiosum Evangeliorum librum, in abbacia sua extantem, tradiderit, concilium sese, quo omni e corporis Dyonsiani furto ei oborta angustia eximatur, daturum esse, pollicetur, dumque, libenti sese animo id facturum, Ebulone respondet, imperator mox, quod spondederat, consilium ei suggerit. Id aliaque nonnulla, quae in dicta lucubratione adhuc occurrunt, singularia adeo ac mira, penedicam, ridicula sunt, ut ea omnia ipsismet, qui hanc litteris mandavit, scriptoris anonymi verbis recenseri praestet. Sic habent: Imperator dixit: Celeri cursu monasterium repetito, fratresque convocans dicito, te apud me S. Dyonsii corpus reperisse, quod apostata Giselfertus furto sublatum mihi attulisset, ut in gratiam eo pacto redisset, sed me ipsum cum dedecore abjecisse, sanctas vero reliquias, ipso fuga dilapso, mecum retinuisse, tibi, ni abnuant, condito pretio reditum esse.

partim vero
ipsismet, quae

E

F

16 Deinde, paucis senioribus adhibitis, clam sepulchra Sanctorum accedito, et Sociorum Dyonsii unum vel alicujus Martyrum, quorum numero abundas, sepulchro membra levato, et palam librum, clam reliquias ad me in castra deferto. Meum est tibi parare duas ex corio peras, his, in quibus Dyonsii corpus alatum est, simillimas; has sanctis reliquiis, quas attulisti, infarciri facio; quibus unum, quod penes me retinui, Dyonsii sancti membrum admiscens tibi contrado. Namque per sinecochen pars accipitur pro toto, ut possis sacramento confirmare, te vere Dyonsii corpus receptum tenere. Sic onustus palam nostro comeatu tripudians e castris domum contendit; quo dum perveneris, alacris in ambonem conscendit, furentique populo nunciato, te quemdam erroneum et apostatam a me extrusum et proscriptione mortique dammandum jure propinquitatis eruisse, simulque conversionem

recitantur,

124 mentium-

AUCTOR
C. B.

mentitum, in monasterium te suscepturum, ipsum tibi Dionysii reliquias furto rapuisse, ut tali dono nostram gratiam redintegrasset, quem ego in vinctulis injectum malo vellem cum exemplo ut periret, elapsam fuga disparuisse. Te vero tanti libri pretio donassem Dionysii corpore sancto. Accepto ergo tanto solatio tantoque consilio, celer monasterio revolat abbas Ebulo, fratres celerius convocavit, eisque augusti erga se munificentiam retulit, qui omnes pro hoc beneficio non solum, quem postulare, librum concedendum, sed etiam Galliae, si postulare, suadebant dimidium regnum. Post hæc cum senioribus, de quorum fide et taciturnitate securus erat, cryptam latenter intravit, et alterius Sancti ossa sepulchro levavit pro Dionysii ossibus deferenda, sed et venerabilis cujusdam viri ossa, ne locus vacuus appareret, ipso vacuato sepulchro relocavit.

scriptoris
verbis

17 His ergo ita patris, uti conditum erat, ad augustum in castra recurrit, cui offert librum, recipiens clam cocambiando ipsis, quas advexerat, reliquiis immixtum Dionysii membrum. Quæ tunc abbas Ebulo læto suscipiens collo, clero populoque comitatus sancto loco reportavit, moxque in ambonem conscendens qualiter sanctas reliquias perdidit, qualiterque receperit furenti populo (jam enim, fama vulgata, Parisiensis plebs confluerat) pronuntiavit. Ergo membrum jam dictum, ut in pulpito stabat, vere Ariopagita Dionysii hoc corpus esse, sacramento firmavit. Deinde utrum veteri sepulchro corpus sanctissimum recondi placeret, cautiusve locari in medium contulit. Quibus simul acclamantibus, cautius debere locari, in aspectu multitudinis ipsa membra scrinio imposuit plumbeo, hocque argenteo. *Talia sunt, quæ huc transcribenda duci, ipsamet laudati scriptoris anonymi verba. Hic porro, post pauca adhuc subiungit:* Sic Dionysii ossa Parisius sublata, sic de Gallia sunt translata, sic eaque tali artificio imperator Arnolphus acquisivit, sic mira astutia omnes motus composuit; ac deinde, Arnolphum quinto, posquam ea, quæ jam dicta sunt, gesta essent, die et Galliis suo cum exercitu recedere cepisse, prefatus, lucubrationis suæ cap. ultimo sequentem deinde adhuc loquitur in modum: Quamdiu Arnolphus incolumis vixit, sancti Dionysii ossa secum retinuit. Tandem morbo correptus, quando finem sibi imminente sensit, Dionysii ossa sancti Emmerami monasterio perpetuo servanda tradidit una cum Evangeliorum libro, quem præmisimus. . . .

hic exhibi-
tum, fuit ad-
ductus; ve-
rum is

18 Tunc Tuto, Ratisbonensis præsul præcavens Gallicas insidias, et ne qua præpotens persona inde sanctas reliquias præriperet, strenue præcavit. Nam omnes, hujusmodi rei conscios, ne quis Dionysii ossa proderet, sacramento constrinxit, dicens, cum tempestivum fuerit, hæc opportunus prædestinatio divina revelabit. Ergo sancta ossa vili scrinio recondens in sarcophago posuit, rem tamen tribus tabulis cocti lateris incisam per elementa memoriae mandavit, hasque Occidentali parte muro inclusit. . . . Sic Dionysii ossa Ratisponam sunt locata. En, erudite lector, egregium sane modum, quo S. Dionysii corpus e Gallia in Germaniam ac Ratisponam deinde, si anonymo præfatæ Lucubrationis scriptori fides sit, fuerit translatum. Verum de modo illo quid censendum? Scriptor, a quo traditur, medio circiter, ut jam

supra docui, seculo XI floruit, translatioque D
quam memorat, sub annum, ut infra docebo, 890, si locum unquam habuit, evenit; cum autem ita habeat, vixeritque adeo abs hac sessui amplius seculo remotus, unde, quæso, modum, quo factam ait, habuit perspectum? Sese quidem, quomodo de Gallia translatus sit Dionysius, et quis eum furto Parisius tulerit, . . . tam ab ipso Parisiensi abbate, quam et ab aliis, quorum contubernio diu dilectatus sit, ipsius monasterii fratribus audisse, in sua supra laudata ad Reginardum abbatem epistola affirmat. Verum S. Dionysii corpus furto ad se e Gallia translatum, Germanis seculo circiter XI medio confidentius, quam ante fecerant, asseverantibus, id Galli, ut jam dictum, ac maxime Dionysiani monachi ierunt inficias.

19 Eodemne ergo hi tempore rationem etiam ob ea, quæ qua id ipsum, quod factum esse Germanis negabant, factum re ipsa sit, hospitem suum, utut natione Germanum, edocuerint? Quod si ita habuit. oportet sane, ut non tantum maximam a Gallis sacerdos ille Germanus anonymus inierit gratiam, verum etiam ut insignem plane apud illos fidem sibi comparavit. Et vero, si ut Dionysium vel ipsemet e Bavaria in Galliam reduceret, vel rationem, qua Ratispona auferri is posset, suggerit, interdum ab eis, facta etiam, ut ait, mercedis haud mediocris spe, fuerit rogatus, haud parva certe ei apud illos fides existerit. Res itaque, ut prodit, habuerit, fuerintque adeo Dionysiani monachi, quod diffidentur publice, hospiti suo clam et, quemadmodum in sua mox laudata epistola loquitur, secretius confessi, ea equidem omnia, quæ ex hisce ille, sive de ipsamet S. Dionysii in Germaniam translatione, sive de modo, quo hæc facta sit, audivit, in sola, uti haud obscure in eadem epistola indicat, traditione erant fundata; hanc autem genuinam et veram non fuisse, vel ex eo liquet, quod scriptor anonymus, qui, adhibitis quæ ex hac, ut indicat, manabant, monachorum illorum relationibus, suam de Dionysii translatione lucubrationem, compendio majorem partem supra exhibitam, contexit, haud parum in hac a veritate historica aberret. Ut id probatum dem, e multis, quibus in hanc peccat, erratis tria dumtaxat, brevitate ergo missis reliquis, adduco.

20 Pretiosum Evangeliorum librum, de quo hic proferuntur
plura infra, Emmeramensi monasterio ab Arnolpho imperatore, morti jam proximo, datum fuisse, num. 17 huc transcriptis verbis scribit; verum id fuisse multo citius, a principe isthoc factum, certum omnino, uti ex infra dicendis patet, ex Arnolfo, qui seculo XI monachus Emmeramensis e comite Vochburgensi factus. S. Emmerami miracula in litteras anno circiter 1030 conjecit, efficitur. Fateor quidem, rationem, qua S. Dionysii e Gallia translationem factam refert, minime ex hoc errato conelli; verum id e duobus aliis jam nunc memorandis sit. Quæcumque in compendio jam dato ac nominatim verbis num. 16 et 17 jam recitatis de Ebulo, S. Dionysii abbate, refert, necessario exigunt, ut hic tunc, cum Arnolphus imperator, seu potius Germaniæ rex, Carolo Simplici, quod anno, uti inter omnes convenit, 893 factum, suppetias tulit, in S. Dionysii monasterio existerit; verum Ebulo, uti apud Chesneum tom. 3 Galliarum Scriptorum ad annum 892 et 893 Annales Metenses docent, anno 892 in Aquitaniam jam secesserat,

A cesserat, ibique ad obitum usque, qui anno 893 evenit, arma adversus Odonem gessit. Adhæc Arnulphum imperatorem, quo Carolo Simplici, qui, regno pulsus, ejus adversus Odonem auxilium implorarat, suppetias ferret, exercitum in Gallias duxisse, ac Parisios usque progressum, fuisse etiam per dies aliquot circa civitatem hanc castrametatum, scribit; verum, etsi quidem Carolus Simplex, regno ab Odone pulsus, Arnulphi adversus hunc anno 893 imploravit auxilium, isque etiam copias, quæ Carolo suppetias ferrent, subministravit, Odo tamen cum exercitu ad Aconam consedit, easque a regni ingressu prohibuit. Audi, qui apud Chesneum tom. 3 Gallie Scriptorum pag. 328 Annales Metenses ad dictum annum 893 loquantur.

in medium,
certo, est, ut
fletius, re-
jiciendus,

21 Carolus, inquit, vires Odonis ferre non valens, patrocinia Arnulphi supplex exposcit. Æstivo siquidem tempore jam dictus rex conventum publicum Wormatia civitate celebravit, ubi Carolus venit, et Arnulphum magnis muneribus sibi conciliat, regnumque, quod usurpaverat, ex ejus manu percepit. Jussu est etiam, ut episcopi et comites, qui circa Mosam residebant, illi auxilium ferrent, et eum in regnum inducentes in sede regia intronisarent. Sed neutrum horum illi quicquam profuit. Denique Odo rex, hoc audiens, cum exercitu super ripam Axani fluminis sedit, et copias Arnulphi intrare in regnum nullatenus permisit. Duces regis, cernentes, Odonem viriliter paratum esse ad pugnam, ab eo declinaverunt, et ad propria reversi sunt. Carolus in Burgundiam secessit, et, Odone Parisius revertente, rursus regni fines occupat, sique alternatim ex utraque parte multi pereunt. Cum itaque Arnulphus memorato anno 893, misso in Caroli Simplicis auxilium exercitu, Parisios usque, uti e jam recitato Annalium Metensium textu liquet, haud penetravit, nec alias umquam Carolo Simplici subministrasse auxiliares copias legatur, enimvero id, quod de Arnulpho, Parisios usque susceptæ in Odonem expeditionis occasione progressu, castraque prope hanc civitatem aliquamdiu metato, lucubrationis, de qua hic, author anonymus, uti jam dictum, scribit, veritati nequitiam consonat, cum autem id ita sit, nec, si Arnulphus cum exercitu prope Parisios aliquando haud consedit, locum umquam, ut consideranti patescet, habere potuerit modum, quo S. Dionysii corpus Dionysianis furto a Gisalberto fuisse surreptum, memorie prodit, tam hinc, quam ex iis, quæ de Ebulone mox dixi, consecrarium est, ut modus iste, veluti commentitius, rejiciendus certo sit.

CAPUT II.

Qui præterea Dionysiani corporis furtum patratum dicatur, et, quandonam, si vel sic vel aliter reipsa fuerit commissum, evenerit.

Modum certe, quo S. Dionysii corpus Dionysianis monachis surreptum atque e Gallia in Germaniam translatum in Lucubratione, a seculi XI scriptore anonymo conscripta ac a Joanne Baptista, Emmeramensi abbate ac principe, anno 1750 vulgata, asseritur, nequitiam admittendum, sed certo, veluti commentitium, rejiciendum esse, cap. proxime prægresso dilucide, ni fallor, ostendi. Nunc, qui præterea furtum illud patratum dicatur, et quandonam, si vel sic vel aliter patratum reipsa sit, evenerit, examinare aggredior. Joannes Aventinus Annal. Boic. lib. 4 sic scribit: Arnulphus, contentus sorte, quæ præter spem oblata erat, ipsam vel Germaniam majorem, quam ut ab uno commode regatur, ratus, Franciam Occidentales fidei tutelæque Ottonis (communius hic ab aliis Odonis nomine distinguitur) committit.... Et Otto, quo vicissim Arnulpho gratificaretur, sacra Gallie peculiari surripit, Arnulpho tradit; nempe Dionysium illum Gallorum tutelarem cælitum, et quem tantæ estimant, librum auratum atque gemmatum, ob honorem tanti herois jussu imperatoris Caroli, Calvi, rectoris Occidentalium Francorum aureis litteris scriptum et ædi ejusdem Divi amplissimæ, in agro Parisiorum sitæ, dono datum.

Dionysianis
corporis fur-
tum, si modo,
quem Aven-
tinus

23 Arnulphus hæc pietatis monumenta Reginoburgi in templo D. Haimerani, tutelaris Boiorum numinis, condidit, ubi adhuc monstrantur, nosque hos dies, quibus illa religionis pignora, ex Gallia furto sublata, et in Bojariam translata sunt, in Fastos et Acta retulimus, et festos habemus; ac deinde, nonnullis adhuc, quæ ad institutum nostrum haud adeo prope spectant, præmissis, tribusque etiam jam supra hic recitatis, quarum una Gisalbertus S. Dionysii corpus furatus dicitur, inscriptionibus transcriptis, subjungit: Is Gisalbertus procerum locupletissimus fuit, ex composito sacrilegii damnatus, de industria monasterium S. Dionysii deportatus, libenter a monachis recipitur, cum quibus frequenter bene victitans (nam et habebat, quod dabat, et dabat nemo largius) longe gratior factus est. Ubi satis fidei sibi haberi vidit sumptus affatim suppeditans, dubiam cœnam, vinum studiose optimum monachis et contubernalibus omnibus monasterii regio luxu apparat, in noctem protrahit convivium, illisque omnibus vino somnoque sepultis tum Gisalbertum sacrilegium (Dionysiani nempe corporis furtum) perpetrasse, litteris proditum est. Aventinus, si omnia ejus modo huc transcripta verba nude secundum se considerentur, secummet ipso pugnant. Primo enim ait, S. Dionysium ab Odone Gallis surreptum

secummet ip-
so in con-
cordiam

F

AUCTOR
C. B.

adducendus
sundet,

plum ac, quo Arnulpho gratificaretur, principi huic traditum; deinde vero, furto illum a Gisberto sublatum, affirmat.

24 Verum cum authores, qui invicem in speciem pugnant, non collidendi, sed, si fieri possit, componendi sint, verba etiam, quibus unus idemque author pugnantia scribere videtur, ita intelligenda sunt, ut secummet ipso is non committatur, sed, si fieri possit, in concordiam adducatur. Cum Odo post Caroli Crassi imperatoris mortem in regem a Gallis anno 888 fuisset assumptus, ad Arnulphum, tum dumtaxat, adhuc Germaniæ et Lotharingæ regem, Wormatiam venit, talemque ibi, ut Annales Freheriani scriptoresque passim obvi testantur, sese exhibuit, ut cum consensu Arnulphi regnare deinceps potuerit, utque hunc, quem decinire sibi modis omnibus studebat, amicissimum etiam semper habuerit ad annum usque 893, quo idem Arnulphus, partim Fulconis, Remensis archiepiscopi, litteris, partim Caroli Simplicis precibus motus arma adversus Odonem movit. Quid si ergo Dionysium Gallis surripuerit Odo, non quidem per se, sed, ne inde Gallorum concitaret in se odium, clanculum ad id adhibita Opera Gisberti, ab Arnulpho ad eum hunc in finem missi, qui dionysianos monachos simulato monachi induendi proposito deceperit, surreptumque hisce astu Dionysii corpus in Germaniam, Odone ei auxilium clam præbente, detulerit? Adhæc Ebulo, S. Dionysii abbas, anno 892 in Aquitaniam secessit, ibique, ut Annales Melenses testantur, ad anni sequentis x Octobris diem, quo in castris cuiuspiam oppugnatione periit, arma adversus Odonem gessit.

fuerit patraturum, anno 892, aut, si

25 Quid si ergo Odo, statim atque in Aquitaniam Ebulo secesserat, Dionysianum monasterium, quo rebellem sibi hujus abbatem puniret, occupavit, pretiosum illum, quem Aveninus memorat, Evangeliorum librum ei eripuerit, Gisberto, quo Arnulpho gratificaretur, Dionysiani surripienti corporis opportunitatem dederit, idque deinde clam una cum dicto Evangeliorum libro in Germaniam ad Arnulphum per eundem Gisbertum deferri curavit? Enimvero, si res ita gesta statueretur, nequitiam secummet ipso in verbis supra recitatis pugnare dicendus erit Aveninus. Nec hoc tantum inde habebitur, verum etiam, quo verosimilius anno Dionysianum corpus Gallis, si re ipsa modo sacrum illud pignus penes Ratisponenses sit, fuerit ereptum. Cum enim, uti e jam dictis apparet, furtum istud, si in eo partem rex Odo habuit, verosimiliter non prius, quam cum jam Ebulo, S. Dionysii abbas, qui, ut dictum, anno 893 obiit, in Aquitaniam anno 892 secessisset, evenerit, consecrarium est, ut vel anno 892 vel seq. fuerit patraturum; cum autem Arnulphus, Germaniæ rex, anno 893 pro Carolo Simplice bellum Odoni intulerit, nec hunc tunc Gisberto, quo Dionysianum corpus, ad Arnulphum deferendum, Dionysiani surriperet, auxiliatum esse, verosimile sit, consecrarium ulterius hinc fit, ut hisce sacrum illud pignus eripi verosimilius anno 892 contingerit. Aveninus quidem, e quo ita pii illius, ut tum vocari solebat, furti et modum et tempus determinamus, haud citius, quam seculo xx floruit; verum ei verosimillime duo ut minimum prælucuerint scriptores antiquiores, a quorum uno quidem Odoni, ab altero vero Gisberto Dionysiani corporis furtum fuerit adscriptum. Ita autumo, quod, ut apparet, supra huc adducta, quæ in speciem pugnant, litteris alioquin mandaturus haud fuisset.

26 Verum, sciscilabatur forsitan non nemo, fuerintne scriptores illi, qui Aventino præluere, admodum antiqui? Id equidem asseverare non ausim; imo vero, cum ante seculum xi de Dionysii in Germaniam translatione nihil omnino litteris mandatum invenitur, verosimillime illi seculo xii aut seq. antiquiores haud fuerint; ut in iis, quæ de hac scribit, Aveninus, utut duces, sese etiam multo antiquiores, secutus, fidem certam atque indubitam haud mereatur. Hinc forsitan factum, ut nonnulli, qui post Aventinum florere, scriptores recentiores nullam omnino, ut ipse facit, Odoni regi partem in corporis Dionysiani furto adscripsent, idque, nota hujusmodi principi isti non inusta, sequenti fere modo statuerint patraturum. Gisalbertus seu, ut alii scribunt, Gisbertus, homo Arnulfo imperatori charus, principi huic rem gratam, si S. Dionysii, primi Parisiensium, et, ut tunc putabant, antea Atheniensium episcopi, corpus Gallis suffragari eique offerre posset, sese facturum, ratus executioni id mandare statuit, consilium suum Arnulfo aperit, hocque illud probante, imo et propositum furtum imperante, San-dionysianum in Francia, quo id committat, monasterium petiit, seque eo veluti criminis reus, quo sanctitate loci subduceretur, penæ, simulat confugisse. Benigne ab abbate et monachis susceptus sedulo omnia, quo felicem consilio suo exitum procuraret, rimatur, ac inprimis, ut sibi, illo in loco, tamquam in asylo, commemoranti, facilis sit ad sacrum S. Dionysii tumulum accessus, modis omnibus studet.

27 Rebus omnibus ad facinus patrandum compositis, abbati et monachis opiparum et lautum instruit convivium, convivio cenam non minus lautam adjungit, hanc studio multam in noctem protrahit, omnibusque bene potis ac inde in somnum resolutis, ecclesiam ipse ingreditur, ostium tumuli Dionysiani recludit, thecam sera obstruat, in qua sacrum, cui surripiendo erat intentus, continere corpus, didicerat, effringit, sancti Martyris ossa rapit, sacrisque spoliis onustus magnis itineribus in Germaniam fugit, ibique sanctam prædam Arnulfo imperatori in manus tradit. Atque hic modus est, quo, ut dici, recentiores scriptores. Dionysiani corporis furtum conjiciunt patraturum; id autem faciunt, quo sacrum illud pignus, utut summa semper cura custoditum locoque firmissime clauso servatum, e monasterio tamen educi atque e regno efferri potuisse ostendant. Verum quid si Gisbertus, qui id furto abstulit, homo adeo fuerit industrius, ut quascumque etiam portas ac cistas, utut firmissime clausas, summa dexteritate aperiri ac iterum claudere potuerit, isque, in San-dionysiano monasterio, seu monachi ibidem induendi, seu cujuscumque rei alterius obtentu, aliquandiu moratus, locumque, quo Dionysii corpus jaceret reconditum, jam probe edoctus, rara illud, quam callebat, arte e conditorio seu loculo extraxerit, atque in Germaniam, diu adhuc post Dionysianos monachos furto latente, detulerit?

28 Quid si etiam sacrum illud pignus, cum Remis, quo fuerat Normannorum metu anno 887 delatum, ad San-dionysianum monasterium primum fuisset reductum, Dionysianiis monachis dolo ac fraude fuerit surreptum? Tunc sane magis, quam alias patuisse furum insidiis sacrum thesaurum, verosimillimum est, eumque aut ipsomet anno, quo Remis San-dionysiopolim fuit reductus aut certe haud dudum post, si modo penes Ratisponenses

id eo, quo a recentioribus adstruitur, modo factum

E

anno 890

F

aut altero certe e binis seq. eventis.

A Ratisponenses sit, Dionysianis fuisse ereptum, e mox dicendis patēscet. Ut sit, si modi omnes, jam assignati, quibus Dionysiani corporis furtum patrari poterit, fortassis displiceant, non est equidem, cur id nec ulla prorsus ratione alia patrari potuisse dicatur. Non pauca, diligentissime custodita ac centum, ut ita dicam, clavibus servata, furto fuere sublata, quæ qua ratione surripi potuerint, nemo facile explicet. Quod si interim, de quo hic nobis sermo, furtum jam mox assignata, quæ a recentioribus adstruitur, ratione fuerit patratum, oportet, ut vel anno 890 vel altero e binis sequentibus evenerit. Ita omnino statuendum, quod, uti inter omnes convenit Dionysii corpus nec citius, quam cum id Remis, quod anno 890 factum, in Ap. præced. num. 44 docui, San-dionysopolim fuisset reductum, nec serius quam anno 893, utpote Ebuloni abbati, sub quo furtum illud patratum, emortuali, Dionysianis monachis fuerit ereptum. Ceterum, si, ut Eckhartus statuit, a solo Giselberto Dionysius et Gallis ereptus et Emmeramensi ecclesiæ fuerit donatus primum quidem ob causam, num. 5 hic jam expositam, anno 893, postremum vero anno 894 verosimiliter evenerit.

CAPUT III.

An vel e Witikindo, vel e scriptorum omnium ac nominatim Arnolphi monachi de S. Dionysii in Germaniam translatione silentio locum hanc certo haud habuisse, detur evictum.

Mabillonius
e Witikindo
commentum
certum
esse

Mabillonius Sæc. v. Bened. part. 1, pag. 112, itemque Annal. Bened. loco non uno, Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Hist. lib. 10. cap. 5, Launoyus in S. Dionysii Vitæ et Miraculis, Observatione xi et seq., multique scriptores alii, maxime Galli, supra a nobis memoratam, qua S. Dionysii corpus San-dionysianis monachis furto surreptum Ratisponamque ad S. Emmerami ecclesiam tandem delatum traditur, narrationem seu potius, quod hac adstruitur, furtum veluti indubitatum fabulam ac commentum, quod locum nec habuerit nec habere umquam potuerit, traducunt. Ac Mabillonius quidem, quo merito id abs se fieri ostendat, dictorum Annalium tom. 3, lib. 39, num. 29, nonnulla de surreptis ac in Germaniam delatis S. Dionysii reliquiis modoque, quo id factum a nonnullis adstruitur, præfatus, mox hunc prosequitur in modum: Verum ad refellendam hanc fabellam non aliis auctoribus opus est, quam Germanicis, Witichindo, inquam, Ditmaro et Arnolfo, monacho sancti Emmerami, qui omnes sub finem decimi seculi scripserunt. Deinde poro, postquam e Witichindi, Ditmari, Conradi abbatis Urspergensis et Sigeberti testimoniiis, supra a me partim in Ap. proxime prægressa num. 66 et seq. jam adductis, a Carolo Simplice, Francorum rege, in carcere jam detento, manum pretiosi martyris Dionysii, auro gemmisque inclusam, ad Henricum Au-

cupem, Germaniæ regem, missam fuisse, ostendit, ita ratiocinatur: Cum igitur principatu Henrici regis, qui anno vicessimo post Arnulfum regnavit, hoc brachium e corpore sancti Dionysii detractum sit, consequens est, sacrum illud corpus apud Dionysianos tum servatum fuisse. Neque enim ante illud tempus Carolo impuberi et nondum regi declarato hoc brachium concessum fuisse, verisimile est.

30 Verum, cum Carolus Simplex, dum manum illam, non brachium, ut Mabillonius ait ad Henricum Aucupem misit, in carcere, ipsomet fulente Mabillonio, detineretur, tuncque certe ea, qua, dare sibi pretiosum huiusmodi pignus San-dionysianos monachos jubere potuisset, potestate haud fuerit, fuisse illam tunc e S. Dionysii corpore detractam, verisimile pariter haud est; cum autem res ita sit, oportet sane ut Carolus jam inde ab anno circiter 919, quo Henricus Auceps regnare incepit, aut a tempore adhuc anteriori pretiosam illam a Witichindo memoratam Dionysii manum in thesauro suo habuerit, eandemque ex hoc, quo, captivus licet, nondum penitus fuerit orbatus, extractam ad Henricum Aucupem vel anno 923 vel (Ap. præced. num. 67 videsis) 925 miserit. Hinc poro consequitur, ut saltem, contra ac Mabillonius vult, manum illam, regnante jam Henrico Aucupe, de S. Dionysii corpore fuisse detractam, certum haud sit. Imo vero sacrum illud pignus, quod S. Dionysii manus a Witichindo nominatur, verosimillime ante annum 890, quo circiter San-dionysianis monachis Sancti corpus surreptum narratur, fuisse ex hoc detractum, nec, contra ac Mabillonius etiam existimasse videtur, integram exstitisse manum, e jam nunc dicendis patēscet. Præfatum sacrum pignus seu S. Dionysii, uti a Witikindo vocatur, manus indubie vel veri Dionysiani corporis vel alterius, quod substitutum huic fuisset, pars exstiterit.

31 Quod si hoc postremum habuerit locum, argumentum, quod contra assertum corporis Dionysiani furtum Mabillonius proxime huc transcriptis verbis e Witikindo deducit, nihil omnino contra id, ut considerant patēscet, evincit; quod si autem primum, seu S. Dionysii manum, quam ad Henricum Aucupem Carolus Simplex misisse a Witikindo narratur, genuinam ac veram Dionysiani corporis partem exstitisse, admittatur, hæc sane vel integra manus haud exstiterit, vel consecrarium erit, ut S. Dionysii corpus, quod vel penes San-dionysianos in Francia vel penes Ratisponenses in Germania monachos seculo xi medio citra omnem controversiam exstitit, tum tamen nec penes hosce, nec penes illos exstiterit. Etenim, quo Ratisponenses, sibi S. Dionysii corpus vindicantes, confutarentur, vel anno, ut infra videbimus, 1053 vel haud diu ante in San-dionysiana Franciæ abbatia corpus, quod ibidem pro vero S. Dionysii corpore habebatur, fuit delectum, ac, ut Rigordus loco supra cit. testatur, duobus dumtaxat de collo, alteroque quodam de brachio ossibus deficientibus, integrum repertum. Porro corpus, quod, haud diu admodum ante dictum annum Ratisponæ inventum, S. Dionysii corpus esse, Ratisponenses S. Emmerami monachi dixerunt, haud minori integritate, unica dumtaxat eaque minima manus dextræ particula ei deficiente, exstitisse, universi, qui de re tractarunt, affirmant. Cum itaque tam corpus, quod San-dionysiani, quam illud, quod Ratisponenses monachi S. Dionysii esse tunc dixerunt, duabus manibus fuerit instructum.

AUCTOR
C. B.

Dionysiani
corporis fur-
tum,

E

nulla omni-
no, uti ex iis,

F

AUCTOR
C. B.

structum, consecrarium est, ut nec hoc, nec illud genuinum seu verum S. Dionysii corpus utpote cui jam dudum antea manus fuisset detracta, exstiterit; cum autem id ita sit, et tamen, ut jam dictum, genuinum S. Dionysii corpus indubie penes vel San-Dionysianos vel Ratisponenses monachos tum exstiterit, nihil superest, quam ut S. Dionysii manus, quam ad Henricum Aucupem a Carolo Simplice missam, Witikindus loco supra cit. refert, non integra Sancti manus, sed manus dumtaxat seu pars seu particula, quam ab integro abesse, facile potuerit haud observari, exstesse dicatur.

quæ in me-
dium

32 Quid si ergo aurea illa Dionysii manus, a Witikindo aliisque memorata, exstiterit Lipsanoteca, auro gemmisque ornata, quæ, quod et partem manus S. Dionysii complecteretur, suaque etiam forma manum referret, manus etiam nomine fuerit distincta? Id enimvero, cum equidem e jam dictis manus integra esse haud potuerit, verosimillimum mihi apparet, uti etiam manum hujusmodi seu Lipsanotecam penes B Carolum Simplicem, utut captivum, facili negotio potuisse adhuc esse superstitem, sive e thesauro regio, ad quem præcedentium regum jussu transisset, sive e monasterio San-dionysiano ab ipsomet, priusquam in custodia detineretur, acceptam, Georgius ab Heckhart in suis de Rebus Franciæ Orientalis Comment. tom. 2, lib. 32, pag. 747, Carolum Simplicem tunc, cum S. Dionysii manum, a Witikindo aliisque memoratam, ad Henricum Aucupem misit, in custodia fuisse detentum, præfatus, ac contra Mabillonium iisdem etiam fere, quæ jam supra attuli, præmissis pag. 748 sic pergit: Jussu ergo Caroli brachium a corpore S. Dionysii detrahi non potuit. Nec auro, gemmisque quibus illud captivus includi faceret, abundavit. Unde sequitur, manum S. Dionysii sive potius partem ejus jam diu ante hæc tempora a corpore S. Dionysii separatam ac auro inclusam gemmisque ornata in capella regia asservatam fuisse, quam Carolus ex thesauro veterum regum, apud se residuo, Henrico Aucupi misit, eoque signo ostendere voluit, se, quæ dici et promitti fecerat, sancte servaturum esse.

hic adducun-
tur

33 Manum enim hanc auream, cui inclusa erat pars digiti S. Dionysii, separatim servabant jam diu ante Caroli Simplicis tempora in ecclesia sua monachi Dionysiani; atque super eam, tamquam veritatis indicem et perjuri vindicem juramenta solennia exigebantur. Mabillonius Sæc. III Benedictino parte II pagg. 443 et sqq. edidit tres libros de virtutibus et miraculis Macarii Areopagitæ Dionysii sociorumque ejus, ut vetus inscriptio habuit. Horum auctor, ut contenta indicant, et Mabillonius fatetur, sub Carolo Calvo vixit, et cap. XXIII ea, que diximus, confirmat. Cum enim cap. XX narrasset, Fardulfum, abbatem S. Dionysii, anno 792 Carolum M. in Saxonicam expeditionem comitatum esse, et pignora sanctorum Martyrum, Dionysii, Rustici et Eleutherii secum habuisse; atque cap. XXI addidisset, Bosulfum, ipsius abbatis clericum, reliquias beati Dionysii (quod particulam eorum parvulam interpretor) secum in Italiam quondam tulisse et, constructa ecclesia in honorem ejusdem præclarissimi Martyris et de sua hereditate ditata, eas posuisse in ea fidelibus profuturas; post pauca cap. XXIII scribit. Ejusdem abbatis tempore homo quidam,

vocabulo Wanilo, in servitutem beati Dionysii D quærebat.

34 Re ad Lambertum comitem delata, juramento secundum legem libertatem se posse tueri Wanilo respondit. Statuta ergo die affuere comes et monasterii præpositus, nomine Anglebodus, habens secum partem digiti sancti Dionysii, auro instar manus affabre composito inclusam. Proferuntur comitis reliquiae, super quas homo juramentum persolveret. Contra Anglebodus præpositus rogat, ut supra manum quam attulerat, juraret. Consentiente comite atque iudicibus, in clypeo cum aliis reliquiis rum patrociniis indicatrix veritatis manus com- ponitur. Ad quam dum applicare manum juraturus Wanilo vellet, sacrilegum tactum evitans, mirabile dictu, aurea manus longe resiliivit; ut vero illa manum amovit, divina virtute acta, reliquias continens aurea manus, ad priorem locum reversa est. Cumque adhuc homo, in proposito perseverans, manum rursum applicuisset, sicut prius, cessit iterum aurea manus. Sic illo tum et iudicum, tum etiam sua sententia convicto, virtutem S. Dionysii in commune omnes, qui aderant, summis laudibus extulere, per quem Dominus tam celebre miraculum ostendisset. Manus prædicta inter alia præcipua ornamenta ad memoriam Martyris appensa, hodieque a pejerandi ausu obstinatos quosque deterret. En tibi jam auream manum, ante Caroli Calvi ætatem confectam, cui pars digiti S. Dionysii inerat. En eandem manum, quam Carolus Simplex Henrico Aucupi misit in signum fidei et veritatis promissorum suorum. En manum fidem facientem narrationi, quæ litteris (integras has infra dabimus) Leonis Papæ IX continetur. In iis enim dicitur, integrum S. Dionysii corpus Ratisponæ inventum fuisse, excepta unica et minima manus dextræ particula. Hæc ergo particula dextræ manui, ex auro fabrefactæ et gemmis decoratæ, inserta fuit.

35 Eadem vero hæc manus sive particula minima manus aut pars digiti S. Dionysii, Henrico Aucupi a Carolo Simplice donata et in corpore Ratisbonensi non inventa, ostendit, corpus illud, quod 1053 in basilica S. Dionysii visitatum et populo monstratum fuit, S. Dionysii non fuisse. Corpus enim illud utriusque manus membra integra habuit, nec ei quicquam, Rigordo teste, defuit præter duo ossa de collo, quæ sunt in ecclesia Vergerianensi, et os quoddam de brachio, quod Stephanus Papa tertius secum ad Romanam portavit ecclesiam. Gallorum ergo argumenta de S. Dionisio, numquam Ratisbonam translato, nullis sunt ponderis, et corpus, quod illi ostentarunt, suppositionis convictum; validæ vero probationes, quas Ratisbonenses de possessione ejusdem sancti corporis habent, et Gallis objicere possunt. Ita hactenus ille. Ac e manu quidem, quam a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missam, Witikindus loco supra cit. scribit, sacrum S. Dionysii corpus, posteriori hoc principe jam regnante seu anno circiter 920, exstisse adhuc apud San-dionysianos monachos ac pro in antea in Germaniam translatum haud fuisse, nulla omnino ratione a Mabillonio evinci, certum omnino atque indubitatum, tam quæ verbis jam datis disserit, quam quæ jam supra ipsemet attuli, efficiunt; an vero e S. Dionysii digiti parte, in corpore quidem, quod anno circiter 1050 in S. Dionysii

per epicurum
evadit,

E

ratione evi-
ctum dat,

F

A S. Dionysii ecclesie visitatum populoque fuit monstratum, at non item in corpore, quod Ratisponenses S. Dionysii esse dixerunt, inventa, genuinum isthoc exstitisse S. Dionysii corpus, illudque, quod Galli ostentarunt, suppositionis convictum, recte etiam concludat, studiosi lectoris, cum infra dicenda expenderit, erit statuere.

Dionysium-
que Emme-
ramensibus
ab Arnul-
pho non
fuisse da-
tum, nega-
tivo, quod
ipsimet

36 Alterum modo, quo corporis S. Dionysii furtum seu factam in Germaniam e Gallia translationem veluti commentum Mabillonius explodit, argumentum discutiamus. Id, quod, quamvis abnuntium duntaxat, sit, palmare appellat, loco supra cit. repetit ab Arnolfo, ex comite Vochburgensi S. Emmerami monacho. His scilicet haud diu admodum, uti ex iis, quae apud nos tom. 6 Septembris in Comment. Actis S. Emmerami præcio num. 15 et 16 dicta sunt, apparet, post annum 1030 libris duobus, apud Cannisium Lectionum antiquarum edit. Amstelodamensis anni 1725 tomo tertio a pag. 103 insertis. S. Emmerami miracula est complexus; quamvis autem horum lib. 1 cap. 5 Arnulfi imperatoris in sanctum Emmeramum benefacta singillatim commemoret, prædia ab ipso data, præclarum codicem evangeliorum dono concessum referat, nulam tamen corporis Dionysii mentionem facit. Ac illud quidem argumentum, utul negativum, luculentiori adhuc et validiori modo idem Mabillonius Sæc. 7 Benedict. part. 1 in suis de B. Tutone, Ratisponensi episcopo. Dilucidationibus proponit. Etenim ita primum num. 7 ibidem scribit: Si hæc translatio (S. Dionysii e Gallia in Germaniam) ab Arnolfo (imperatore) facta fuisset in ecclesiam S. Emmerami, eam non omisurus fuisset Arnolfus, ejus loci monachus, qui tam accurate beneficia per Arnolfum regem in sanctum Emmeramum collata recensuit annis fere quadraginta (imo forte ne viginti quidem) ante Leonum IX. Quid? Quod de insigni illo Evangeliorum codice agens, nequaquam illum ex Parisiensi sancti Dionysii basilica una cum sancti Martyris corpore allatum dicit, ut vulgo jactant Ratisponenses; sed dono datum ait ab Arnolfo, nulla translati corporis (ubi sane occasio exigebat) mentione facta.

scriptores il-
lius verbis
hic proponi-
tur, argu-
mento haud
melius et-
iam, uti

37 Ac deinde num. 14 hunc arguit in modum: Verum eas (S. Dionysii reliquias, Leoni IX Ratisponæ a Sanct-emmeramensibus exhibitas) sancti Dionysii, Parisiorum episcopi non esse inde patet, quod nemo ante Leonem IX hujus rei meminere, ne quidem Arnolfus, S. Emmerami monachus, ubi locus et occasio exigebat. Is enim, ut jam dixi, loquens de eximio codice Evangeliorum aliisque donis ab Arnolfo imperatore sancti Emmerami ecclesie concessis nulam omnino mentionem facit de corpore sancti Dionysii; quod tamen in primis memorari oportebat, si quidem hoc Parisiis allatum dicunt cum illo codice Evangeliorum, quem ab Arnolfo donatum memoravit Arnolfus. Verum, etsi quidem sint, qui, Ratisponensi S. Emmerami ecclesie seu monasterio datum fuisse ab Arnulpho imperatore S. Dionysii corpus, scribunt, sunt tamen etiam, qui id, non ædi isti sacræ, sed Ratisponensi episcopo Tuloni, a quo deinde ad hanc venerit, a principe illo tradunt fuisse collatum, cumque, tam qui primum, quam qui postremum aiunt, longissime a re gesta vixerint remoti, non est, cur illis potius, quam his standum putemus. Quid si ergo iis, qui sacrum illud pignus ab Arnulpho Tuloni primum et abs

hoc deinde S. Emmerami ecclesie impertitum narrant, assentiendum? Sane, re sic habente, mirum non erit, cur Arnolfus, supra laudatus S. Emmerami monachus, dum beneficia, ab Arnulpho imperatore in S. Emmerami ecclesiam collata, loco supra cit. enumerat, sacrum hisce haud accenseat S. Dionysii corpus, etsi etiam loquatur de insigni Evangeliorum codice, præfatus S. Emmerami ecclesie per eundem imperatorem donato.

AUCTORE
C. B.

38 Verum, cum equidem, ecclesie Emmeramensi donatum fuisse ab Arnulpho S. Dionysii corpus, Ratisponenses Leoni IX dixisse in litteris, Pontificis hujus nomine inscriptis in fragme hic recitandis asserantur, demum etiam tantisper, et ipsimet sacræ isti ædi S. Dionysii corpus ab Arnulpho fuisse concessum, nec sic, doni hujus nullam omnino loco supra citato ab Arnolfo monacho fieri mentionem, erit mirandum. Id ex iis, quæ ipsemet Mabillonius tom. 3 Annalium Benedict. lib. 39, num. 74 scribit, reddamus perspicuum. Ibidem itaque sic habet: Maravensem Arnulfi expeditionem hoc anno (892) referunt Annales Fuldenses, in qua rex sanctum Emmeramum in acie sibi propitium sensisse traditur (loco nempe hic a nobis mox cit.) ab Arnolfo ex comite monacho, ob idque "per cuncta Noricæ monasteria gratifica "munera "misisse. Præ ceteris sancti Emmerami monasterio munificum se præbuit, cui "pro gratiarum actione contulit totum palatii "ornatum, in quo erat ciborium quadratum, "cujus auro tectum tabulatum, fastigium serto "gemmarum redimitum, "quod "aureis octo "columellis "sustentatum erat. "Erant etiam "in eo Evangeliorum libri plenarii, auro et "gemmis tecti, scripti, picti ac omnimodis "ornati: e quibus unus est cubitalis, opere, "pretio, pondere talis, ut ei non facile inve- "nire possit aqualis. "Superest apud sanctum Emmeramum hic codex, aureis litteris exaratus, qualem nusquam me vidisse memini: Insuper quasi hæc tantæ principis in sanctum patronum devotioni non sufficerent, "argenteam etiam crati- "culam, "prædicto ciborio supponendam, dono dedit.

ex ratione
non una, ob
quam

39 Adjecit "et pallia, "colore tum similia, tum varia, inter quæ unum, quod unius texture erat, "longitudinem triginta cubitorum "habebat. Hæc fusius apud Arnolfum, sancti Emmerami uno post sæculo monachum, qui sane sancti Dionysii, Parisiorum episcopi, corpus omisurus hoc loco non fuisset, si rex Arnulphus illud, uti Emmeramenses nostri contendunt, eidem monasterio contulisset. Ita ille. Verum Arnolfus, uti quisque, qui ejus de S. Emmerami miraculis lucubrationem loco supra cit. insperet, comperiet, verbisque jam datis ipsemet satis insinuat Mabillonius, ibidem duntaxat recenset dona, quibus Arnulphus felicitæ suæ in Maravos seu Moravos expeditionis, anno 892 vel certe, ut alii scribunt, 893 confectæ, occasione munificum sese erga S. Emmerami monasterium altero e duobus illis annis exhibuit; cum autem id ita sit, enimvero, si, ut factum esse potest, Arnolfus, non eadem isthac, qua insignem illum, uti e Mabillonii verbis intelligitur, Evangeliorum codicem Emmeramensi monasterio impertivit, occasione eidem monasterio S. Dionysii corpus fuerit largitus, neutiquam etiam, ab Arnolfo sacrum istud

de illa Ar-
nulphi do-
natione Ar-
nolfus mona-
chus
F

AUCTORE
C. B.

istud pignus loco supra cit. non memorari, erit mirandum. Sunt quidem, qui ambo isthac dona uno eodemque tempore fuisse ab Arnulpho in S. Emmerami monasterium collata, asseruerant; verum id nec probant, nec, ut factum sit, ad sui veritatem postulat assertum a Ratisponensibus corporis S. Dionysii furtum.

silere potuerit.

40 Et vero ambo praefata dona uno eodemque tempore Emmeramensi monasterio haud obtigisse, palam ex eo est, quod id, uti e jam dictis liquet, vel anno 892 vel certe seq. pretiosum illum Evangeliorum codicem sit adeptum, nec tamen, ut tertia ex inscriptionibus, num. 4 huc transscriptis, fidem facit, ante Tutonius episcopatum, qui, quemadmodum ipsemet Mabillonius Sæc. v Benedict., part. i pag. 110 et seq. dilucide probat, anno demum 894 fuit inceptus, Dionysianum corpus acceperit. Verum demus etiam, sacrum isthoc pignus insignemque illum Evangeliorum codicem Emmeramensibus per Arnulfum imperatorem uno eodemque tempore fuisse concessum, nec sic ex Arnolphi de donatione isthac silentio Mabillonius id, quod vult, conficiat. Arnolfus enim non

in medium

omnia et singula, quæ felicis suæ in Moravos expeditionis occasione Arnulphus in S. Emmerami monasterium contulit, dona loco cit. enumerat. Liquet id ex ipsomet Arnolfo. Ibi enim hic scriptor, pretioso Evangeliorum codice, aliisque non paucis, quæ tunc monasterio huic princeps ille impertit, memoratis donis, mox subiungit: Adiecit (Arnulphus) et pallia coloratu paria et varia: inter quæ unum unius texture, longitudinem habuit cubitorum triginta. Verum his quid diutius immorandum? Demum quippe apud S. Emmerammum sibi jussit preparari mausoleum; quo mortem obiturus, eum benignius in ecclesiis haberet patrocinantem, quem in terris utcumque vivens et valens, sui suorumque optavit, immo fecit fore potentem.

42 Quid mirum, si Arnoldus, quem ipse

Mabillon et Baronius gravem scriptorem appellant, eam historiam referre noluit, de qua (reliqui nondum inventis) lis magna inter Gallos et Ratisponenses adhuc ventilabatur, sed nullas reliquias videre licebat, utpote in more absconditas. Quid mirum, si gravis scriptor Arnoldus causam inde sumpserit, de hac translatione nihil enarrandi? Licet enim fama communis de hac translatione fuerit, nullæ tamen comparebant reliquæ. Quid mirum, inquam, quod Arnoldus id silentio involverit? Narravit, librum pretiosum ab Arnulpho imperatore traditum fuisse; hunc enim oculis vidit, manibus palpavit; reliquias tamen nec vidit, nec, ubi essent absconditæ, cognovit. Minime ergo ex hujus Arnoldi silentio firmum quid contra hanc translationis veritatem adferri potest. Cautè vir iste gravis cuncta egit. Ideo in libro de Miraculis S. Emmerami nihil de reliquiis S. Dionysii scribere voluisse censendus est, cum nullas viderit, nec, ubi essent, cognoverit. Ita laudatus Emmeramensis abbas. Ejus modo meaque de silentio, quo Emmeramensibus ab Arnulpho factam corporis Dionysiani donationem Arnolfus seu Arnoldus, e comite monachus, præterit, jam dicta studiosus lector expendat, dispiciatque, num hanc veluti certo commentitium Mabillonius ob illud merito explodat. E scriptorum, cujus ratio non inepta reddi potest, silentio nihil omnino, uti inter eruditos omnes convenit, contra factum, de quo tacet, potest concludi; cum autem res ita habeat, allatæque modo, ob quas, ut de Dionysii corpore, Emmeramensibus per Arnulphum donato, Arnoldus locutus haud sit, factum esse potest, rationes omnes et singule haud facile, ut appareat, convelli atque elevari queant, enimvero haud melius e jam discusso Arnoldi silentio, quam e supra recitatis Witikindi verbis, a Mabillonio id, quod vult, confici, apparet indubitatum.

43 Quod si tamen, contra ac futurum reor, quisquam adhuc contrarium autumet, contendantque nec ulla e rationibus modo adductis factum esse posse, ut Arnolfus monachus de Dionysii corpore, Emmeramensibus per Arnulphum donato, si id re ipsa hisce donatum a principe illo fuisset, mentionem haud fecisset, haud illubenter (jam supra in hac Appendice num. 6 et 7 dicta videsis) assentiar Georgio Eckhart, statuenti, sacrum illud pignus, re etiam ipsa, non abs isto principe seu Tutonius episcopo, seu Emmeramensi ecclesiæ, sed loco huic sacro ab ipsomet, qui id furto e Gallia sustulerat, Giselberto fuisse impertitum. Dici quidem potest, id cum Ratisponensium, utpote quæ, S. Dionysii corpus Emmeramensi ecclesiæ ab Arnulpho imperator donatum, prodatur, traditione, in litteris, Leonis IX Papæ nomine inscriptis infraque hic recitandis, expressa, aperte pugnare. Verum quid tum? Adde etiam, si lubet, id ipsum pariter pugnare cum inscriptionibus, quæ in Emmeramensi ecclesiâ, priusquam in hujus muro corpus, quod adjuncte in tribus hic jam supra num. 4 potissimum memoratis lapidibus inscriptiones aliæ Dionysii corpus esse indicabant, a Reginwardo abbate inveniretur, positæ fuisse ab Emmeramensi abbate Joanne Baptista (Appendicis hujus num. 8 consule) in sua jam sæpius cit. Dissert. memorantur. Enimvero nec hoc, nec illud ibo inficias; ast quæro modo, an traditio illa genuina sit ac a primo rei geste capite seu principio deducta.

44 Quæro

hic adducta, liquet, conficere videtur.

etsi autem secus foret, inde tamen, Dionysium e Francia

A 44 Quæro etiam, an inscriptiones, quæ ante inventum a Reginardo corpus, quod adjunctæ inscriptiones aliæ Dionysii corpus esse indicabant, in ecclesiæ Emmeramensi positæ fuisse dicuntur, adeo antiquæ exstiterint, ut antiquitate sua a rei, quam gestam memorant, origine haud procul admodum abfuerint. Si affirmando respondeas, enimvero ex eo, quod Arnolfus monachus Dionysiani corporis mentionem haud faciat, non fuisse isthoc ab Arnulpho imperatore ecclesiæ Emmeramensi concessum, argui non potest; neque enim vel mille etiam scriptorum silentium roboris quidquam habet ad convellendum factum, quod vel traditio, ab ipsamet facti huius origine deducta, vel scriptor quispiam æqualis ac fide dignus, vel tandem etiam, quæ scriptori huiusmodi æquivalet, inscriptio antiqua, haud diu admodum post tempus, quo factum illud contigit, confecta ac posita, facit testatum. Quod si vero inscriptiones illas haud adeo esse antiquas, nec tam probæ etiam notæ memoratam Ratisponensium traditionem existere reponas, non erit sane, cur et hæc et illæ a vero non aberrare credantur, im-

B pedireque adeo non poterunt, quo minus Dionysii corpus, non ab Arnulpho imperatore, sed a solo Giselberto et furto Dionysianis ereptum et Emmeramensi ecclesiæ donatum cum Eckharto statuatur. Hinc porro seu ex his jam dictis fluit, ut, etiamsi quidem fors, S. Dionysii corpus Emmeramensi ecclesiæ ab Arnulpho imperatore non fuisse concessum, e supra memorato Arnolphi monachi silentio possit concludi, haud pariter tamen inde, quod tamen Mabillonius aliique præcipue vellent sacrum illud pignus nec e Gallia in Germaniam translatum, nec Emmeramensi ecclesiæ fuisse donatum, possit inferri.

45 Examiniemus modo, anne id ob universale, quo Dionysiani corporis ad ædem illam sacram translatione ab omnibus quoque scriptoribus aliis seu æqualibus seu supparibus præteritur, silentium fieri pariter haud queat. Launoyus de Dionysii Vita et Miraculis Obser. xi scriptores haud paucos, qui cum in Gallia, tum in Germania ab Arnulphi imperatoris tempore usque ad Leonem IX, summum Pontificem, claruere, recenset, ac deinde, cum hi, ut ait, Sanctorum miracula, reliquias harumque translationes diligentissime enumerare assueti sint, nec tamen de delatis S. Dionysii e Gallia in Germaniam reliquiis loquantur, ex universa illorum de re hæc silentio merito adversus Ratisponenses lapides seu tabulas lapideas, in quibus, ut supra vidimus, S. Dionysii corpus San-dionysianis in Francia monachis furto a Giselberto surreptum atque in Germaniam delatum traditur, præscribi, confidenter affirmat. Nec ab eo hac in re Mabillonius, aliique Galliarum scriptores abluunt. Et vero, si, ut vult Launoyus, asserta in tabulis illis Dionysiani corporis ad Emmeramenses translatio non potuisset non statim tam Germanis, quam Francis esse notissima, universale certe, quo nihilominus a scriptoribus omnibus involuitur, silentium valido admodum, nunquam eam habuisse locum, argumento existeret. Verum quid si clam fere omnibus tam Germanis, quam Gallis fuerit peracta? Sane nihil, quod rem alio modo gestam dicere compellat, vel in Leonis IX, contra ac Launoyus vult, Diplomate infra dando, vel alibi uspiam litteris mandatum invenio.

46 Et vero, si, ut Eckhartus secundum jam supra a nobis dicta statuit, Dionysiani corporis

Octobris Tomus IV.

furtum, non Arnulpho imperatori, sed soli Giselberto adscribendum sit, is certe, hoc patrato, e Gallorum, ut primum potuerit, conspectu et terris, nullo omnino facto strepitu, sese subduerit, nec, cum in Germaniam esset reversus, rem statim, ne sacra forsani sibi eriperetur præda, vulgavit. Quid? Quod, cum ad Ratisponenses sacrum Dionysii corpus fuisset allatum, publicæ id populi venerationi fuisse expositum, haud legatur? Timuerint scilicet, qui id jam erant adepti, Emmeramenses monachi, ne Galli de thesauro sibi erepto solliciti sibi eum modis omnibus curassent reddendum. Jam vero, cum Dionysiani corporis furtum, si, ut patratum esse potest patratumque ab Heckharto statutum, fuerit reipsa etiam patratum, parum admodum, uti e jam dictis verosimile evadit, notum exstiterit, enimvero mirum non est, id nec a scriptoribus, a Launoyo loco supra citato recensitis, nec ab ullis aliis seu Gallis seu Germanis, qui ab anno 890, quo circiter dicitur commissum, usque ad tempus, quo de eo Leo IX, anno 1048 Pontifex creatus, perhibetur locutus, florere, commemorari. Quod si porro idem furtum E imperatoris Arnulphi jussu fuerit a Giselberto patratum, nec, hoc etiam dato, quidquam contra illud ex universali, quo a scriptoribus omnibus tum æqualibus, tum supparibus involuitur, silentio potest confici. Joannes Baptista, supra adhuc laudatus Emmeramensis abbas, in dicta sua de S. Dionysio e Gallia in Germaniam translato Dissertatione, nonnullis primum de argumenti abnutici vi § 155 in medium adductis, pag. 94 ita præterea loquitur: Addam ego, facile illos scriptores (a Launoyo aliisque laudatos) hoc factum (S. Dionysii e Gallia translationem) latere potuisse. Cum enim Arnulphus imperator illud corpus S. Dionysii furto e Francia in Bajoariam transtulerit, furtum hoc silentio et dolo factum scriptores plurimos latere potuit.

47 Ita ille; verum hic celsissimus scriptor, non inepta quod bona ejus venia dictum sit, haud satis sibi metipsi videtur constare. Etenim Dissertationis suæ mox dicta § 148, pag. 46 sequentem etiam scribit in modum: Translationis huius (qua scilicet Dionysianum corpus e Gallia in Germaniam fuerit delatum) fama statim per Germaniam et Galliam invaluit. Quod si autem, statim atque F S. Dionysii corpus furto surreptum atque e Gallia in Germaniam fuerat delatum, rei huius fama per Galliam ac Germaniam sese diffudit, qui factum esse potest, ut vel scriptores plurimi anno 1052, quo circiter S. Dionysii corpus apud sese fuisse inventum, Ratisponenses contendunt, anteriores translationem illam ignorarint? Quid si ergo Arnulphus, cum a Giselberto S. Dionysii corpus, quod hic, illo jubente, fuerat furatus, accepisset, id vel aliquamdiu penes se, re cum paucis tantum, ut Gallorum, qui sacrum thesaurum, si, quo is devenisset, habuissent perspectum, repetituri indubie fuissent, importunas preces devitaret, servavit, vel, si statim is princeps sacrum pignus aut Tuloni aut Emmeramensibus monachis donavit, id hi mox, re pariter cum paucis tantummodo, quo sibi a Gallis caverent, communicata, occularint? Enimvero nihil omnino, quo minus ita rem gestam arbitremur, obstare videtur; quod si autem, ut potuit, ita etiam reipsa sit gesta, paucissimis sane initio nota exstiterit, eamque adeo, attributo etiam Arnulpho imperatori Dionysiani corporis

125 furto

ADCTORA
C. B.

furto a scriptoribus æqualibus supparibusve silentio involvi, mirum haud erit. Laudatus quidem abbas, quo statim atque Dionysius Ratisponam fuerat translatus, translationis hujus famam per Germaniam et Galliam invaluisse probet, antiquas quasdam ecclesie Emmeramensis inscriptiones loco proxime cit. adducit.

reddi queat,

48 Verum quid si hæc non prius, quam cum jam centum fere post rem gestam anni essent elapsi, e perseverante apud Emmeramenses de translato ad se Dionysio traditione fuerint confectæ? Certe, antiquiores esse, nequitiam evincunt, quæ celsissimus author ibidem profert; cum autem id ita sit, ex illis sane, quod vult, probatum haud dat. Nec id etiam præstat e litteris, Leonis IX Papæ nomine inscriptis, in quibus lis de sacro-sanctis Dionysii ossibus diutissime Gallos inter et Ratisponenses ventitata fuisse asseritur. Id ex iis, quæ infra, cum meum de litteris hisce iudicium feram, adducturus sum, manifestum evadet. Ex iisdem quidem consecrarium simul erit, ut diu saltem, imo triginta forsitan aut etiam quadraginta propemodum ante seculum XI

B medium annis, non solum per Germaniam, sed et per Galliam translationis Dionysianæ fama increbuerit, aut saltem, quæ translationi huic fuisse locum prodebat, obtinuerit traditio; verum, etsi id ita sit, silentii tamen, quo etiam intra quadraginta illos trigintave annos, seculum XI medium proximè prægressos, Dionysii translatio a scriptoribus prorsus omnibus, utut forsitan tum occasionem etiam de ea loquendi nactis, præteritur, ratio haud inepta reddi potest, huncque in finem responderi horum quidem alios translationem illam ignorasse, alios vero eam, utut forsitan cognitam, idcirco tamen, quod, Gallis sacrum illum thesaurum sese possedissee ac porro, quidquid contra Ratisponenses assererent, adhuc possidere contententibus, rem minime crederent, aut saltem de ejus veritate dubitarent, commemorare haud voluisse. Pari etiam modo responderi posset, etsi etiam, statim atque Dionysius furto in Germaniam fuisset delatus, translationis hujus famam per Germaniam et Galliam invaluisse, foret dicendum.

scriptorum
omnium si-
lentio po-
test inferri.

49 Sane scriptores non tantum res, quas ignorant, sed frequenter etiam, quas haud satis habent perspectas, silentio involvunt, ita sibi faciendum rati, ne vel temere quidquam affirmant, vel errandi sese periculo exponant; cum autem id ita sit, nec satis, Germanis et Gallis de re adhuc litigantibus, Dionysiani corporis furtum haberetur compertum, certe vel silentii, quo a scriptoribus omnibus, per Launoyum memoratis, furtum illud involuitur, reddi potest ratio non inepta, vel saltem mirum nemini idem silentium debere videri, ex aliis, jam supra adductis, liquet; ut sane ex hoc, nunquam fuisse furto isti locum, indubitanter nequeat concludi. Quid plura? Fuit, ut mox visuri sumus, anno circiter 1050 scrinium argenteum, cui S. Dionysii corpus a Dagoberto I, Francorum rege, inclusum fuisse, credebatur, coram innumerabili populi multitudine Dionysiopoli apertum ac visitatum, et tamen visitationis hujus, utut, multis episcopis, abbatibus, regni optimatibus ac ipso met regis fratre presentibus, maxima cum solemnitate peractæ nullus omnino scriptor ante Rigordum et Haimonem, qui ambo sub seculi XII finem ac proin centum, et quod excurrit, annis post rem gestam floruerunt, mentionem fecit. Ut igitur ob scriptorum omnium ab anno circiter

1050 usque ad annum circiter 1190 de dicta visitatione silentium nemo hanc revocat in dubium, ita nec Dionysii e Francia Ratisponam translatio ob scriptorum paulo dumtaxat longius de ea silentium in dubium revocanda, nedum ut certo falsa ac commentitia, traducenda videtur.

CAPUT IV.

An e scrinii Dionysiani visitatione, anno circiter 1050 facta, statumque, in quo et id, et corpus, quod complectebatur, fuit repertum, esse isthoc certo Dionysii corpus, fuerit probatum.

Mabilonius Sæc. v Benedict. pag. 112 nonnulla jam supra discussa de silentio, quo Dionysiani corporis furtum Arnoldus monachus præterit, itemque de S. Dionysii manu. a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missa, in rem suam contra Ratisponenses, Dionysianum sibi vindicantes corpus, præfatus, ita mox pergit: Sed quod omnem evincit difficultatem, missis Leonis papæ IX ad Henricum, Francorum regem, et regni episcopos litteris de prætensa corporis S. Dionysii apud Ratisponenses manifestatione, statim Henricus ipse Hugoni abbati Dionysiano mandavit, ut S. Dionysii loculo solemmniter reserato, dispiceretur, an sacræ ejus reliquæ re vera furto sublatae fuissent. Id incontinentanter aggressus est Hugo, diemque solemnem detectioni indixit « sub die quinto Iduum Januarii. » (Haimo apud Felibianum habet sub die v. Iduum Januariarum) Ipso die frequenti episcoporum, abbatum, procerumque conventu reseratus est sancti Martiris tumulus ac loculus: ubi reliquæ integræ cum loculo pretiosissimo repertæ, nulla violati tumuli specie apparente. Ejus rei historiam retulit Haimo, sancti Dionysii monachus, in libello inedito, quem alteri Hugoni abbati nuncupavit. Haimonis, San-dionysiani monachi, libellum, qui, cum Sæc. v Benedict. part. 1 ederet Mabilonius, seu anno 1685 editus nondum erat, postea Felibianus, ad San-dionysianæ suæ Historiæ, anno 1706 vulgatæ, calcem in lucem emisit. Nec id tantum præstitit; verum etiam tempus, quo Haimo ille floruit, determinavit. Etenim ita fere in præfata sua Historia pag. 122 scribit: Haimo seu Haimo suam de detectione corporis S. Dionysii relationem seu lucubrationem in epistola, quam hæc in capite præfert, Hugoni abbati inscripsit.

51 Verum cum nullam omnino, e qua colligas, quo seculo seu hic seu ipsemet vixerit, epocham notet, ac tantum, sese diu post rem gestam scribere, insinuet, credibile est, imo vero indubitatum, Hugonem illum, de quo loquitur, non esse hujus nominis abbatem, sub quo S. Dionysii corporis detectionem ponit, sed, ut verbis jam datis Mabilonius etiam insinuat, alterutrum ex ejusdem nominis abbatibus, qui S. Dionysii abbatiam, regnante Philippo Augusto, moderati sunt. Ita fere, ut dixi, Felibianus, et sane rectissime, uti ex Haimonis, quam hic memorat, epistola evadit

Mabilonius
ex Haimonem,
cujus xias

hic definitur,
Dionysiani,
quæ anno cir-
citer 1050
locum habuit

A dit perspicuum; cum autem Philippus Augustus sub seculi XII finem ac XIII initium regnarit, Haimonem tum quoque floruisse, consecrarium est. Porro, etsi adeo is a corporis S. Dionysii detectione, quam dicta lucubratione describit, centum amplius annis vixerit remotus, nemo tamen, quin detectio illa seu potius scrinii Dionysiani visitatio habuerit locum, revocat in dubium; verum in anno, quo facta sit, inter omnes haud convenit. In titulo, quem apud Felibianum Haimonis Lucubratio praefert, anno circiter 1050 facta asseritur, tumque etiam re ipsa, utpote haud dudum post corporis Dionysiani Ratisponae inventionem peracta, haud dubie evenit. Verum, eam tum demum, cum Ratisponae Leone IX Papa ibidem versante, de elevando, quod Reginwardus abbas invenerat, quodque Dionysii esse dicebant, corpore actum fuisset, sub die v. Idum Juniarum habuisse locum, Haimo memoriae prodit, quod si autem res ita habuerit, sane, cum tunc Leo, uti ex Hermannio Contracto facile colliges, non prius quam cum jam aetas anni 1052 multum esset provecta aut etiam praeterita Ratisponae exstiterit, consecrarium fit, ut, si Haimoni hic, quod tamen non immerito revocari posse in dubium, infra ostendam, fides adhibenda, sit, praefata Dionysiani corporis seu potius scrinii visitatio anno 1053, utpote haud dudum post id, quod, ut Haimo ait, Ratisponae Leone IX ibi praesente, acciderat, peracta, locum indubie fuerit sortita. Porro Mabillonius, tum S. Dionysii corpus, referato, in quo jacebat, loculo, integrum fuisse repertum, verbis jam datis indicare videtur; verum id Haimo, quem nihilominus laudat, nulla omnino ratione tradit.

52 Perspicue id quisque intelliget, qui dictam Haimonis lucubrationem seu libellum evolaverit, aut, si forsans San-dionysiana Felibiani Historia, in qua, ut dicit, exstat, ad manum non sit, idem ex inspecta S. Dionysii Sociorumque ejus, quam tom. IV Franc. Scriptorum pag. 157 et quatuor seqq. Chesneus e Ms. bibliothecae Thuanæ codice publici juris fecit, corporum Detectione, sub Henrico I, Francorum rege, facta comperiet. Hæc enim ipsissimus est Haimonis de eadem sacrorum illorum pignorum detectione libellus, priori dumtaxat capite et authoris seu Haimonis, quibus locis de S. Dionysii reliquiarum integritate nihil, ad Hugonem, beati Dionysii abbatem, epistola mutilus.

C Ita id habere, lucubrationes illæ seu, ut exactius loquar, duo illius, quæ non nisi una est, lucubrationis exemplaria, quorum unum apud Chesneum, utut initio, ut jam dixi, mutilum, alterum apud Felibianum exstat, invicem collata manifestum efficient. Mabillonius Annal. Benedict. tom. 4, lib. 60, num. 34 e Chesnei tom. proxime cit. compendio exhibet, non quidem integram Haymonis lucubrationem, sed omnia saltem, quæ ad S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii corporum detectionem proprie spectant. Ut nihil omnino ex hac contra Dionysiani corporis furtum posse confici, vel ex ipso met Mabillonio studiosus lector perspiciat, verba omnia, quibus eam ex Haymone loco cit. exponit, huc idcirco, quod vel lecta rei hic probandæ ostensura veritatem sint, transcribo. Sic habent: Ubi ex nuntiis rescivit Henricus, Francorum rex, quæ Ratisponæ anno superiori (1052 nempe) acta fuerant, inventum scilicet fuisse in basilica sancti Emmerammi quoddam corpus, quod sancti Dionysii, Parisiorum episcopi,

esse, Ratisponenses jactabant; ne hæc opinio serperet latius, demumque invalesceret, loculum, in quo sancti Dionysii corpus in ejus monasterio servabatur, publice reserandum, ejusque sacras reliquias frequenti multitudini ostendendas curavit.

53 Hujus rei causa per Hugonem, Dionysianum abbatem, episcopos, abbates et clericos auctoritate regia ad hanc sollemnitatem convocari jussit. Præmissis jejuniis, ad conductum diem, id est, ad v Idus Januarias (Haimo habet Junias) convenit episcoporum, abbatum, clericorum et promiscui sexus plurima multitudo. Illic etiam vice regis adfuit Odo ejus frater cum multis proceribus. Sancti Dionysii duorumque ejus Sociorum corpora in scriniis argenteis jussu Dagoberti regis fabrefactis et diligenter obseratis, ad id tempus reposita erant post altare in crypta multæ profunditatis, et reclusa in alia cryptula auro et gemmis extrinsecus decorata, in qua sub duabus seris etiam Christi Domini clavus et corona simul asservabantur. Prologo in medium serinio, in quo sancti Dionysii corpus reconditum erat, et non sine difficultate referato, reperta sunt sacra ejus ossa, obvoluta pallio tantæ vetustatis, ut inter manus tenentium in pulverem redigeretur. Extracta e loculo ossa circumstantibus ostensa fuere, alioque involuta pallio, quod rex eo præmiserat. Tum sollemni pompa deportatum sacrum corpus, quod per quindecim continuos dies super altare princeps expositum fuit. Rigordus, Dionysianus cenobita, in Vita Philippi Augusti meminit hujus detectionis. Ita Mabillonius, recensens etiam deinde episcopos, abbates aliosque illustriores brevitatis causa hic a me non nominandos viros, qui detectioni interfuerunt; verum nihil præterea, quod difficultatem omnem seu S. Dionysii corpus penes San-dionysianos in Francia monachos tum adhuc fuisse asserentium, evincat, de relata ab Haymone corporis Dionysiani detectione adjungit, nec quidquam in hac hujusmodi, prout modo recitatis Mabillonii verbis narratur, occurrit; ut sane, supra huc num. 50 transcriptis verbis confidentissime a Mabillonio asseri contrarium, subeat mirari. Putavitne forsitan hic scriptor, id, quod jam dictum, idcirco e corporis seu potius scrinii Dionysiani detectione dari evictum, quod, cum tunc scrinium argenteum, in quo S. Dionysii corpus a Dagoberto depositum fuisse credebatur, fuisset reseratum, corpus in eo fuerit repertum?

54 Verum quid si, an corpus, in scrinio argenteo, quod corpori Dionysiano Dagobertus confici jusserat, repertum, genuinum ac verum exstiterit S. Dionysii corpus, revocetur in dubium? Certe Haymo nullius uspiam seu signi seu tituli, corpori reperto adjuncti, e quo, id verum esse S. Dionysii corpus, constiterit, mentionem facit. Ac requidem ita habente, e corpore sane, quod in Dionysiano loculo seu scrinio fuit repertum, genuinum Dionysii corpus penes Dionysianos tum fuisse, concludi haud posse videtur. Joannes Baptista, Emmeramensis jam supra laudatus pluriesque adhuc infra laudandus abbas, in sua, de qua jam ante, Dissertatione, pag. 111, minime a se, corpus, quod in Dionysiano Dagoberti loculo tum, cum memorata ab Haymone Sanctorum nostrorum detectio fieret, fuit repertum, genuinum ac verum exstitisse S. Dionysii corpus, concedi præfatus, ita mox prosequitur: Quale ergo corpus illud fuisse dicam, vel conjiciam? Cito

AUCTOR
C. B.

refert; verum
e corpore,
quod in hoc
tum fuit in-
ventum,

E

F

haud qua-
quam quod,
quemadmo-
dum Emme-
ramensis ab-
bas

me

sectora
C. B.

me expedirem, si id dicerem de Gallis monachis ad S. Dionysium, quod illi de monachis ad S. Emmeramum dicere non erubescunt. Memini enim, dum Parisiis in monasterio S. Germani a Patris ab anno 1721 usque 1723 moratus fuero, saepiusque ad celeberrimum monasterium S. Dionysii, congregationi S. Mauri unitum, hospes accesseram, semper cum maxima charitate susceptus a sodalibus nostris, memini, inquam, me aliquando legisse in festo detectionis Reliquiarum S. Dionysii, in Lectionibus 2 Nocturni hæc verba: "Monachi S. Emmerami inveniunt corpus, nescio cuius hominis, inquam, esse corpus Areopagitæ etc;" cito, inquam, me paribus verbis expedire possem, dicens: "Monachi S. Dionysii, detegentes corpus, nescio cuius, dixerunt, esse corpus Areopagitæ."

Joannes Baptista verbis hic datis explicatur,

55 At nollem tali me liberare modo. Constat, in hoc undequaque celebratissimo monasterio multa Sanctorum corpora contineri; uti ex libello, 1721 Parisiis impresso, patet, quem ab ipsis sodalibus meis Sancti-dionysianis accepi; in quo descriptæ sunt variae reliquiae Sanctorum, ibidem in ecclesia quiescentium. In summa ara absconditæ seu clausæ sunt reliquiae S. Dionysii, ut aiunt, et SS. Rustici et Eleutherii. Jam, postquam Gisalbertus jussu Arnulphi imperatoris sacras Dionysii reliquias furatus est, quid monachis reliquum fuit? An id publice fateri et divulgare consultum fuisset? Minime. Ad piam ergo fraudem pariter illos ob angustias undique prementes confugere potuisse, idque nec vero simili nec conjecturis, facillime ita nascentibus, contrarium esse videtur. Hos afflictos monachos, ablato Patrono regni, summe vigiles fuisse, facile quisque sibi persuadere poterit, ut tale furtum et furti damnum redintegraretur. Dum pluribus sanctorum corporibus ecclesia ista ornata fuerat, facile corpus alterius Sancti in hujus locum succedere potuit; talique fraude pia cultui Sanctorum, qui præcipue in Deum tendit, nihil fuisset derogatum. Non enim ossa tantum veneramus, quæ nullam in se continent virtutem. "sed ossa hujus Sancti," melius, "hunc Sanctum veneramus." Si ossa quævis obtrudere quis presumeret ad cultum alicujus Sancti instituendum, pessime is faceret; at, si corpus alicujus Sancti pro alterius Sancti corpore colatur, tunc Sanctus colitur, et ossa tantum cultu respectivo ad Sanctum: Deus autem præcipue in omnibus et præ omnibus. Scimus, in variis ecclesiis corpora Sanctorum coli; scimus etiam, non raro corpus hujus Sancti in ista ecclesia venerationi exponi, quod tamen in alia ecclesia simul colitur.

a Dionysianis Sancti alterius corpus

56 Cultus divinus per hoc neutiquam fædatur; Deus enim colitur in Sanctis suis, sive horum corpora deinde sint in hac vel altera ecclesia. Cultus enim reliquiarum solum respectivus est. Ita ille; et sane, ut mihi equidem apparet, neutiquam inepte. Porro, paucis adhuc interpositis, subjungit: Interea ex... libro, quem presbyter quidam ad Reginwardum abbatem sæculo XI scripsisse perhibetur, et ex ejus cap. 37 et 38 in historia translationis S. Dionysii similia leguntur: quod Ebulo, abbas S. Dionysii, detecto furto et ablato S. Dionysii corpore, angustius circumdatus, lacrymans et ingemiscens, pedibus Arnulphi imperatoris advolutus, S. Dionysium suum sibi reddi inclamaverit. At Arnulphus imperator id neutiquam fecit, ad hoc

se tantum exorari passus, ut promitteret, si Ebulo abbas pretiosum Evangelii librum thesauri monasterii sui (Arnulpho) traditurus esset, se (Arnulphum) quoddam os S. Dionysii redditurum fore. Ageret ergo Ebulo abbas, et secum reliquias ejusdem Sancti ad Arnulphum imperatorem deferret, a quo esset accepturus os S. Dionysii; illud cum ossibus hujus Sancti, quæ attulisset, conjungeret et sic in ecclesiam suam referret, diceretque, se lacrymis et dono Evangeliorum libri sacras S. Dionysii reliquias denuo recepisse. Vide inferius in historia translationis S. Dionysii caput 37 et 38. Verba fere omnia, quibus duo isthæc Lucubrationis hic laudatæ capita concipiuntur, jam supra in hac Appendice cap. I huc transcripsi, cumque ibidem etiam, quæ in iis de Ebulone abbate narrantur, vera esse non posse, dilucide ostenderim, ea sane hic veluti apprimè vera Emmeramensis proxime laudatus abbas perperam amplectitur.

57 Verum, etsi id ita sit, recte equidem, ut jam dixi, affirmat, facile factum esse posse, ut Dionysiani monachi, cum surreptum eis fuisset S. Dionysii corpus, aliud huic e Sanctorum, quæ magno apud ipsos numero servantur, corporibus subrogarent. Et vero, fraudi hujusmodi interdum re etiam ipsa fuisse locum, Muratorius Italic. medii ævi Antiquitatum tom. 5, col. XI non obscure primum docet, ac deinde subjungit: Egregius est in hac rem locus Guiberti Novingentensis abbatis, qui circiter annum MXXII ita scribebat: "Considerandum etiam sub hac occasione plurimus quidem, sed non perniciosus error, qui Gallicanas præcipue de Sanctorum corporibus obsedit ecclesias: istis illum, illis eundem seu martyrem seu confessorem se habere jactantibus, quum duo loca non valeat occupare integer unus." Georgius ab Eckhart suorum de rebus Franciæ Orientalis Comment. tom. 2 pag. 745, scrinio Dionysiani visitatione, in qua, dum sæculo circiter XI medio fuit peracta, ossa in scrinio illo reperta populoque per quindecim dies ostensa fuisse perhibent, sibi objecta, ita respondet: Lubenter hoc concedo. Sed hæc quæstio primaria est, an non monachi Dionysiani, cum corpus S. Dionysii ablatum esse sentirent, aliud substituerint demortui hominis sceleton. Pæ enim ejusmodi fraudes non insolite fuerunt. Quot, quæso, capita S. Johannis proferuntur? Unum tamen solum genuinum, cætera supposititia esse debent. SS. Crispini et Crispiniani ossa Suevionenses et Osnabrugenses sese apud se habere affirmant. Nota est concertatio de corpore S. Benedicti inter Casinenses et Floriacenses monachos. Caput Caroli Magni Aquisgrani et Osnabrugæ ostenditur, SS. Martyrum Eobani et Adelarii corpora Erfurti adhuc esse asseruntur, et memini, me juvene, eadem ibi inspecta esse.

58 Sed series abbatum Fuldensium, ab anonymo coevo conscripta, ait, Huoggi abbatem Fuldensem "Sanctos martyres Eobanum et Adalarii haurire acscivisse et partem corporis S. Viti, arisque in eorum honore structis et dicatis, honorifice requiescere fecisse." Mille hujusmodi exempla addi possent; sed hæc sufficiunt. Hæc ille, amisso Dionysiano corpori corpus aliud (Sanctine, an alterius cujuscumque mortui hominis, non edicit) supposuisse Dionysianos monachos; suspicari sese, non obscure insinuans. Et certe, utcumque res habeat, hosce equidem monachos, si Dionysianum corpus furto vere amiserint,

substitutum Dionysiano forean fuerit, ponens illos E

P

certo hoc tum fuisse conequitur,

A serint, huic saltem Sancti allerius corpus substituisse, a veritatis specie minus abhorret, quam Emmeramenses monachos, inuenientes corpus, nescio cuius hominis, id esse S. Dionysii corpus, sine ulla solida ratione affirmasse. Jam vero, cum id ita sit, nec corpus, quod in facia anno circiter 1050 loculi Dionysiani visitatione fuit inventum, ullum sibi seu signum, ut jam dixi, seu titulum, qui id esse Dionysii corpus, indicaret, habuerit adjunctum, enimvero e visitatione illa seu e corpore, quod, cum hæc fieret, in Dionysiano loculo seu scrinio fuit inventum, nihil omnino, quo verum ac genuinum S. Dionysii corpus penes Dionysianos tum fuisse fidem facias, potest inferri. At vero, inquit, Rigordus in Philippi Augusti Gestis apud Chesneum tom. 5 Gall. scriptorum pag. 18 de Henrico I, Galliarum rege, sic scribit: Iste Henricus, auditis rumoribus, quod in Alemannia, in civitate Ratispona, in abbacia S. Emmerami martyris, inventum fuit quoddam corpus, quod dicebant esse Dionysii Areopagita, misit nuntios suos ad Henricum imperatorem cum litteris suis, ut diem elevationis illius profelarent, quo usque per certos nuntios, utrum corpus Hieromartyris Dionysii Areopagite, Athenarum archiepiscopi, discipuli apostoli Pauli, in Francia in ecclesia, quam Dagobertus fundaverat, esset vel non, plenissime certificaretur. Quo audito, imperator misit magnos viros et sapientes in Franciam, ut plane rei veritatem agnoscerent.

nec id etiam
e statu,

59 Visis nuntiis imperatoris, Henricus rex, convocavit archiepiscopos, episcopos et barones totius regni, et cum Odone, carissimo fratre suo, ad ecclesiam beatissimi martyris Dionysii misit. Facta autem oratione, allata sunt tria vasa argentea, Dionysii, Rustici et Eleutherii coram omni populo, diligentissime sigillata; et, aperto vase beati martyris Dionysii totum corpus ipsius cum capite inventum est, exceptis duobus ossibus de collo, quæ sunt in ecclesia Vergiacensi et osse quodam de brachio, quod Stephanus tertius secum ad Romanam portavit ecclesiam, et posuit in ecclesia, quæ hodie schola Græcorum vocatur. Hoc videntes universi populi cum lachrymis et suspiriis puras manus levantes ad Dominum, Deo et beatæ Mariæ Virgini et sanctis Martyribus se commendantes cum gaudio recesserunt. Tunc nuntii, qui missi fuerant, ad imperatorem citissime revertentes, super his, quæ viderant et audierant, imperatorem plenissime certificaverunt. Hoc fuit factum tempore Leonis Papæ IX anno Domini XL; cum autem de eadem, de qua hic nobis sermo, loculi Dionysiani visitatione loquatur, tuncque, ut docet, contentum in hoc corpus iisdem plane ossibus, quæ ante annum circiter 890 de genuino Dionysii corpore noscebat fuisse detracta, orbatum fuerit inventum, id enimvero, minime abs hoc illud exstitisse diversum, argumento est. Ita e statu, in quo, cum anno circiter 1050 Dionysiani loculi visitatio facta est, contentum in hoc corpus fuit repertum, pro vero ac genuino Dionysii corpore San-dionysianis in Francia monachis vindicando potest argui.

in quo tum
vel conten-
tum

60 Verum fuerintne, an non, post annum 890 circiter duo de Dionysii collo ossa, quæ Rigordus seu quis (Appendicem proximè prægressam num. 58 videsis) scriptor alius modo jam recitatis verbis memorat, cum ecclesia Vergiacensi communicata, est dubium, uti etiam, an eadem il-

la ossa genuinæ Dionysiani corporis partes exstiterint. Res ex iis, quæ in mox dicta Appendice num. 61 et seq. disserui, studioso lectori evadet perspicua. Quod autem ad os de S. Dionysii brachio, quo, cum anno circiter 1050 visitatus fuit Dionysianus loculus, contentum in hoc corpus destitutum fuisse in textu proximè huc transcripto perhibetur, jam spectat, haud omnino etiam, fuisse illud vere quoddam ex ossibus, quæ brachii structuram ingrediuntur, est certum, uti liquet ex iis, quæ in eadem Appendice num. 58 et seq. in medium adduci; cum autem res ita habeat, enimvero e tribus jam dictis ossibus, quibus inventum seu detectum anno circiter 1050 in Dionysiano loculo corpus caruit, nihil omnino certi, quo verum Dionysii corpus San-dionysianis monachis attribuas, potest concludi. Nec pariter id inde, etsi etiam tria jam memorata ossa non tantum genuinas, sed et tales, quales verbis recitatis dicuntur, certo exstitisse Dionysiani corporis partes, tantisper dederimus, recte illatum iri, apparet.

61 Quid ni enim factum esse possit, ut ii, qui sublato genuino Dionysiano corpori substituere aliud, caule huic, cum id facerent, eas etiam omnes partes, quas genuino corpori detractas autem fuisse noscebant, detraxerint? Nec est etiam, cur ex eo, quod tria jam memorata ossa invento a Regimardo abbate Ratisponæ corpori defuisse non memorentur, haud fuisse isthoc genuinum Dionysii corpus, concludas. Præterquam enim quod duo ex hisce, ecclesia Vergiacensi communicata, genuinæ forsitan, ut jam mox dixi, corporis Dionysiani partes haud exstiterint, tria illa ossa minores dumtaxat corporis Dionysiani seu partes seu particule exstiterint, hincque facile factum esse potest, ut, deessentne, an non, invento Ratisponæ corpori, observatum haud fuerit, maxime cum ad id examinandum adhibiti, ut apparet, haud fuerint, qui anatomie essent periti. Omnibus itaque rite expensis, sane e tribus per Rigordum aut per scriptorem allerum, qui proximè huc transcripta verba in Rigordi textum intrusit, supra memoratis ossibus, in Dionysiano loculo, seu scrinio, cum visitatum id anno circiter 1050 fuit, non inventis, haud merito quidquam potest pro genuino S. Dionysii corpore Dionysianis attribuendo concludi. Hinc porra jam sit, ut pariter nec quid certi pro corporis Dionysiani possessione Ratisponensibus attribuenda possit inferri e minima manus dextræ particula, quæ corpori, Ratisponæ invento, at non item illi, quod in Francia visitatum seu detectum fuit, defuisse memoratur.

in Dionysiano
scrinio corpus
E

62 Licet enim ex iis, quæ jam supra in hac Appendice cap. 3 adduxi, fuisse ante annum 890 de genuino S. Dionysii corpore partem manus detractam, certum omnino sit atque indubitatum, illaque adeo pars seu minima manus dextræ particula, si in corpore, in Francia detecto, re ipsa fuisset inventa, non fuisse isthoc verum S. Dionysii corpus, argumento esset perquam valido, fieri tamen potest, ut, etiamsi illa manus Dionysianæ pars detecto in Francia corpori re etiam vera defuerit, id tamen, quod minima dumtaxat esset particula, non observatum ac proin etiam memoratum haud fuerit. Jam vero, cum hæc ita habeant, consecrarium sane est, ut e statu, in quo corpus, in Dionysiano loculo seu scrinio contentum, anno circiter 1050, cum id visitaretur, fuit inventum, nihil etiam sat certi pro Dionysiani corporis possessione Ratisponensibus attribuenda

vel ipsummet
scrinium il-
lud

AUCTORE
C. B.

buenda possit concludi. Sedulo interim hic observari velim, multo saltem adhuc meliorem Ratisponensium, quam Dionysianorum, causam esse, quod equidem os tale, quale a corpore, Ratisponæ invento, abfuit, a genuino Dionysii corpore ante annum 890 (infra tamen cap. ultimo dicenda videsis) fuisse re vera detractum, certum omnino e jam supra cap. 3 dictis sit atque indubitatum; res autem, uti e jam dictis pariter constat, secus habeat quantum ad ossa, quæ corpori, Dionysiopoli detecto seu visitato, defuisse memorantur. Dispicimus modo, an nec e statu, in quo Dionysianus locus anno circiter 1050 fuit repertus, genuinum ac verum exstiterit, quod in hoc continebatur, S. Dionysii corpus, possit concludi. Mabillonius Sæc. v. Benedict. part. 1, pag. 112, de Dionysiani scrinii, de qua hic nos, detectione loquens, Haimonis supra a me num. 10 jam recitata verba, quibus, quam firmiter scrinia argentea, S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquias complectentia, artificiosissimis seris atque obicibus munita essent ac clausa, exponitur, transcribit ac deinde subiungit: Quæ omnia cum integra et inviolata reperta essent, nemini sublato corporis (quod quidem ibidem inventum est) suspicionem relinquere potuerunt.

fuit repertum,

63 Sacrum corpus quindecim continuis diebus dimissum est super principale altare, fratribus ad custodiam diu noctuque sibi succedentibus. Ex eo itaque, quod scrinium argenteum, in quo S. Dionysii corpus, Dagoberto I curante, fuerat depositum, anno circiter 1050 integrum adhuc, nullo omnino violationis vel minimæ apparente vestigio, exstiterit, genuinum fuisse, quod in eo tum fuit repertum, S. Dionysii corpus, Mabillonius contendit; verum, ait in sua de Dionysio Ratisponam translato Dissertatione pag. 113 Emmeramensis supra jam sæpius laudatus abbas Joannes Baptista: Quis suarum rerum adeo incurios fuisse dicere velit monachos S. Dionysii, ut violatas et contractas portas vel cistulas, ubi S. Dionysii reliquiae prius servabantur, tales permisissent, illasque ab omni violationis suspitione communire non studuissent? Sane, si S. Dionysii corpus Dionysianis fuerit re ipsa ablatum, furique, a quo id factum, fuerint hunc in finem seræ capsæque frangendæ, mox hæc ita, ut nullum fracturæ violationisve relinqueretur vestigium, summa cura ac sollicitudine Dionysianos monachos, qui, ut dictum, eo in casu alterius Sancti corpus surrepto Dionysiano corpori verosimillime substituerint, reficiendas curasse, nemo non, ni fallor, cum laudato abbate in animum facile inducet; cum autem res ita habeat, haud melius e statu, in quo Dionysianum scrinium, quam e statu, in quo contentum in hoc corpus anno circiter 1050 fuit repertum, exstiterit isthoc genuinum ac verum S. Dionysii corpus, potest concludi.

nec denique ex altis adhuc,

64 Nec validius etiam pro sacro hoc pignore Dionysianis vindicando argueris ex eo, quod pallium, cui, quæ tum in scrinio Dionysiano reperta fuerunt, ossa erant involuta, tantæ vetustatis exstiterit, ut, quemadmodum Haymo apud Felibianum loquitur, inter manus tenentium evanesceret in similitudinem telæ aranearum. Quod si quæ enim, genuinis S. Dionysii ossibus, anno circiter 890 surreptis, Sancti alterius ossa haud diu admodum post, ut nonnulli volunt, fuerit substituta, pallio forsitan tunc, ut factum esse potest, fuerint involuta, huic certe vel solum cen-

tum et quinquaginta ut minimum, quod ab anno circiter 890 usque ad annum circiter 1050, quo memorata Dionysiani scrinii visitatio facta, excurrit, annorum spatium tantam, quantam Haymo ait, vetustatem facillime potuerit asferre. Ad hæc cum Sancti ossa, quæ genuinis S. Dionysii ossibus anno circiter 890 fuerint subrogata, pallio etiam, priusquam id fieret, possint fuisse involuta, haud quaquam sane etiam e pallii, cui, quæ anno circiter 1050 in scrinio Dionysiano reperta fuere, ossa erant involuta, vetustate elici quidquam potest, quo, S. Dionysii corpus fuisse adhuc seculo circiter xi medio a Dionysianis monachis possessum ac porro hodieque possideri, indubitatum evadat. Verum utcumque rationi ac veritati, quæ jam dixi, consona appareant, hi nihilominus in corporis seu potius scrinii Dionysiani visitatione, anno circiter 1050 facta, triumphant, et non secus ac si corpus, quod in eo tum fuit inventum, certo exstiterit genuinum S. Dionysii corpus, sibi hujus possessionem indubitanter ascribunt. Certe Felibianus, e quo de reliquis conjecturam non inepte feceris, luculentissime id facit.

65 Dionysiani enim scrinii, de qua hic nobis sermo, visitatione in San-dionysianam suam historiam compendio ex Haimone illata, pag. 122 verbis Gallicis, quæ Latina facio, sic scribit: Edita tanto cum strepitu actio, ejus quodammodo in S. Dionysii, instituto, quod die 19 Junii colitur, festo annuo, consecrata est memoria, vim sufficienti majorem, qua veritati contra illusionem victoria assereretur, habere videbatur. Error nihilominus in Germania perseveravit. Ac deinde, nonnullis adhuc, quæ S. Dionysii corpori Dionysianis vindicando apta judicavit, in medium adductis, pag. 124 sequentem loquitur in modum: Si Pape ejus (Leonis IX) tempore rumorem quempiam excitavit asserta corporis S. Dionysii sublatio, Lipsanothece ejus visitatio, coram regni optimatibus facta, ita omnem suspensionem dispulit, ut ab eo tempore reges nostri magis etiam assidue ad venerandas sancti Martyris reliquias accesserint. Ita ille; verum, etsi quidem in venerandis, quæ in Dionysiano monasterio servantur, Sanctorum reliquiis laudanda sit Gallie regum pietas, hique faciendo, quod hic Felibianus refert, genuinas eodem in monasterio asseruari S. Dionysii reliquias, credidisse videantur, inde tamen, ut re etiam ipsa ibidem hæc exstant, consecrarium haud est. Neque vero, rem ita indubie habere, ob factam anno circiter 1050 scrinii Dionysiani visitationem, quidquid etiam de omni, quæ depulsa per hanc sit, suspitione Felibianus scribat, in animum umquam inducam, nisi solide probatum primum fuerit, invento in Dionysiana Lipsanothea, dum anno circiter 1050 reseraretur, corpori adjunctum fuisse seu signum seu titulum, e quo, genuinum id exstiterit S. Dionysii corpus, constiterit.

66 Etenim, quidquid etiam Dionysiani monachi reclament, solum corpus, sine omni hujusmodi tum signo, tum titulo in Dionysiano scrinio tum repertum, haud quaquam, dubitatione jam dudum de loco, quo Dionysii reliquiae essent, tunc exorta, sufficere videtur, ut illud exstiterit genuinum S. Dionysii corpus, credatur. Vidit id etiam, ni fallor, ipsemet Felibianus, hincque, de iterata scrinii Dionysiani, quæ anno 1385 locum habuit, visitatione in San-dionysiana sua Historia pag. 299 sermonem instituens, verbis Gallicis, quæ Latine reddo, sic scribit:

quæ hic ob oculos E

ponuntur, potest inferri.

A scribit: Fuit igitur sancti martyris (*Dionysii nempe*) Lipsanotheca secundo aperta, authenticique in ea tituli, qui, asservari ibi S. Dionysii, Franciæ Apostoli, reliquias, faciebant fidem, sunt reperti. *Hæc ille; verum quos qualesve hic memorat titulos? Id hic, ni fallor, de industria non edicit, ne hosce neutiquam esse proposito suo probando aptos prodere cogatur. Haimo apud Felibianum cap. 8 narrat, qui corpus, in Dionysiano scrinio, dum id anno circiter 1050 reseraretur, inventum, per quindecim dies publicæ venerationi fuerit expositum, ac deinde de corpore illo subjungit: Et tunc sibi mutuo ad custodiam succedentibus fratribus, diei noctisque vicibus tam diu est diligentissime custoditum, donec intrinsecis litteris indicibus primi erroris et subsecutæ veritatis seris obicibusque munitum sacros artus continens subtili artificio scrinium, quamplurimis præsentibus, suos priori loculo honorabiliter fuit restitutum. Litteræ, quas scrinio Dionysiano post factam hujus anno circiter 1050 visitationem impositas fuisse, Haimo hic scribit, haud dubio sunt tituli, quos in eodem scrinio, cum id anno 1385 aperiretur, repertos fuisse. Felibianus affirmat. Ea sedet sententia, quod nec apud Haimonem, nec alibi mentio ulla occurrat tituli alterius, qui in scrinio Dionysiano, cum id anno circiter 1050 reseraretur, fuerit repertus. Jam vero, cum id ita sit, nec tituli, tunc demum, cum scrinium Dionysianum anno circiter 1050 visitatum fuit, confecti, genuinum extitisse, quod in hoc tum fuit repertum, S. Dionysii corpus, probare nati sint, e titulis pariter, quos in Dionysiano scrinio, cum id anno 1385 aperiretur, fuisse inventos, Felibianus scribit, nequit id, quod et hic scriptor et alii San-dionysiani monachi maxime vellent, concludi.*

CAPUT V.

Præcipua ex argumentis reliquis,
quibus Dionysiani corporis furtum
seu e Francia in Germaniam translatio
impugnatur, expenduntur.

E duorum, quos tantummodo Ratisponæ vidi, lapidum de Dionysiani

Mabillonius in *Itinere suo Germanico*, de Ratisponensi S. Emmerami monasterio, hujusque, uti appellatur, thesauro loquens, primo scribit sequentem in modum: In thesauro, ut vocant, habetur insignis Evangeliorum liber, quo nullum pretiosorem aut elegantiorum umquam vidimus, litteris aureis majusculis optime scriptus anno 870 mandato Caroli Calvi: deinde S. Emmerami ecclesiæ concessus ab Arnulpho imperatore, uti Arnulfus ejusdem loci monachus tradit; ac deinde, nonnullis adhuc de pretioso, quem hic memorat, Evangeliorum libro præmissis, ita proseguitur: Hunc librum ex Parisiensi S. Dionysii monasterio una cum sancti Martyris corpore furtim sublatum, donoque Arnulpho atque ab eodem ecclesiæ S. Emmerami traditum asserunt. At, mirum est, inqueiebam, Arnulfum ejusdem cœnobii ex comite monachum, qui sub annum millesimum scribebat, meminisse istius codicis ab Arnulpho con-

cessi, nulla corporis sancti Dionysii mentione facta. Rogavimus deinde, nobis ostendi ejus corpus seu reliquias: illi abstruso loco reconditas dicentes, duos nobis lapides doni testes protulerunt, in quorum uno antiquis litteris uncialibus hoc exaratum legitur: Sub Ebulone abbate sancti Dionysii Gisalbertus furavit. in alio: Furatus est v. Non. Junii, huc venit prid. Nonas Decembris tempore Totonis episcopi, absque ulla corporis aut libri mentione.

68 Ita ille, non tantum hic ex Arnolphi, sed et ex ipsorummet, quos memorat, lapidum de S. Dionysii corpore silentio, neutiquam id vel S. Emmerami monasterio ab Arnulpho imperatore donatum, vel penes Emmeramenses monachos esse, contendens. Verum, Mabillonius id, quod vult, neutiquam ex Arnolphi silentio dare evictum, jam supra ostendi; quod autem ad duorum, quos memorat, lapidum seu duarum potius, quas hi sibi incisas habent, inscriptionum silentium spectat, hæc quidem nullam de S. Dionysii corpore faciunt mentionem; verum duo illi, quibus inscriptæ sunt, lapides seu lateres cum alio adhuc sibi adjuncto lapide, e cujus inscriptione fieri in hisce de S. Dionysii corpore sermonem, palam est, in Emmeramensis ecclesiæ muro a Reginuardo abbate fuere inventi, mirorque et hunc posteriorem lapidem ab Emmeramensibus monachis eruditissimo viro haud fuisse exhibitum. Is certe, ut hodie, ita etiam seculo proxime elapso in illorum monasterio asservabatur, inscriptoque, quam præfert, una cum inscriptionibus, quas memorati a Mabillonio duo alii lapides suppeditant, fuisse Dionysii corpus furto surreptum atque ad S. Emmerami ecclesiam translatum, non obscure indicat, uti quisque, qui vel trium illorum lapidum inscriptiones, supra a nobis in hac Appendice num. 4 jam datas inspexerit, facile compertiet; ut sane e duorum, quos Mabillonius memorat, lapidum seu laterum de S. Dionysii corpore silentio nihil omnino queat contra assertum hujus a Ratisponensibus furtum inferri.

69 Porro idem Mabillonius *Annalium Benedictinorum* tom. 3, lib. 46, num. 40 ad annum 960 sic scribit: Tunc Dionysiani monasterii præpositus erat vir strenuus, nomine Vitalis, qui res sancti Dionysii in Angliā a regis ministris infestari gravate ferrens, Eadgarum piissimum regem adiit anno secundo regni ejus, Indictione tertia, septimo Kalend. Januarii. Rex, auditis Vitalis querelis de Togredo, regiæ domus præposito, multas gravesque exactiones, a villis sancto Dionysio subjectis extorquente, damna restitui præcepit, ac deinceps ab hujusmodi vexationibus abstinere; ejus rei diploma per Togredum ipsum ad sepulchra Sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii deferri jussit, quorum sacra corpora honorifice ibi locata esse asserit. Ex quo intelligitur, quam vana sit persuasio Ratisponensium, qui sancti Dionysii corpus ab Arnulfo rege obtentum, et in sancti Emmerami cœnobio repositum dicunt. Adhæc idem denuo Mabillonius, ita occasione diplomatis, anno 960, quem notæ chronicae, in monumento isthoc, ut testatur, expressæ, designant, ab Eadgaro, Angliæ rege, concessi, *Annalium Benedict.* loco cit. locutus, eorumdem deinde lib. 48, num. 92 ad annum 980 sequentem fatur in modum: Neque vero imperator Otto tam cito, ut Sigonio visum est, Italiam adiit.

accusator
C. B.

corporis
translatione
silentio per-
peram contra
hanc arguit
Mabillonius,

E

F

nec vel e re-
gis Eadgari,

AUCTORI
C. B.

adiit. Nam mense Octobri Brochsalæ versabatur, cum imperiali præcepto confirmavit possessiones monasterii sancti Dionysii Parisiensis, in ipsius imperio consistentes, rogatu Rotberti, ejus loci abbatis. « Data Idus Octobris, anno « Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXX, indictione v. » (lege viii) anno vero regni secundi Ottonis xx, imperii xiii.

et Ottonis
imperatoris

70 Actum Brochsalæ; quod de Bruxellis, ut modo vocant, olim Brutsela dicta, interpretandum est. In prædicto diplomate observandum id, quod dicitur de monasterio sancti Dionysii, « usque hodie, » inquit Otto, « ibidem corpora » liter habiti. » Qui locus plane refellit opinionem Ratisponensium, qui corpus sancti Dionysii initio sæculi decimi (imo sub finem sæculi ix) Ratisponam ab Arnulfo imperatore translatum jactitant. Ex eo itaque, quod Eadgarus, Angliæ rex, in diplomate anni 960, Dionysii corpus tum adhuc, cum illud daretur, in S. Dionysii ecclesia fuisse asseratum, insinuet, idemque etiam Otto II imperator in diplomate anni 980 faciat, sacrum illud pignus Ratisponam inde translatum haud fuisse, Mabillonius contendit.

B Verum corpus, a Gisilberto in Germaniam allatum, quod, cum seculo circiter xi medio a Reginaldo abbate fuit inventum, inscriptiones adjectæ S. Dionysii corpus esse indicabant, anno 960 et anno 980 adhuc latebat in muro, cui, ut supra vidimus, a Tutone episcopo sub sæculi x initium fuerat inclusum; licet autem jam tum in S. Emmerami ecclesia inscriptiones quæpiam, quæ ibi asservari S. Dionysii corpus proderent, verosimiliter exstiterint, Ratisponenses tamen de sacri thesauri, quem, quod locum etiam, quo esset absconditus, ignorarent, exhibere non poterant, possessione, utut etiam, quemadmodum ex infra dicendis apparet, in antiqua, quæ apud ipsos viget, traditione fundata, verosimillime nec multum gloriati, nec confidenter admodum fuere locuti.

seculo x d.
tis

71 Porro cum Galli contra, penes se esse S. Dionysii corpus, asserantissime passim prædicarent, aut saltem, ne piorum erga S. Dionysium devotio tepesceret, forte id sublatum, caute dissimularent, facillime factum esse potest, ut, etiamsi illis sacrum isthoc pignus a longo jam tempore re ipsa fors fuisset ereptum, quamplurimi tamen adhuc seculo x exstiterint, qui Dionysianis monachis, sacrum thesaurum penes se esse, asseverantibus, aut adhiberent fidem, aut etiam hunc illis esse ereptum, penitus ignorarent. Jam vero, cum id ita sit, nec quidquam, quo minus ex horum etiam numero Eadgarus, Angliæ rex, et Otto II imperator exstitisse credantur, impediatur, Mabillonius sane ex eo, quod bini hi principes in supra memoratis diplomatis, fuisse adhuc, cum hæc anno 960 et anno 980 darent, S. Dionysii corpus in Dionysiana Franciæ abbatia asseratum, prodant, nequitiam id, quod vult, seu sacrum istud pignus Ratisponam inde sub sæculi ix finem non fuisse delatum, efficaciter ac valide probat. Adhæc, ait in suis de rebus Franciæ Orientalis Commentariis tom. 2, pag. 747 Georgius ab Heckhart: Qui præcepta regum expetebant, iis, quidquid illis complecti volebant, suggerebant; unde concludi potest, monachos, de absentia corporis S. Dionysii apud se certos summo cum studio verba, quibus (in Ottonis nimirum supra memorato diplomate) dicitur, « S. Dionysium usque hodie corporaliter » in monasterio suo « haberi, » suggessisse, ut imperatoris confessione aliquando causam suam defendere, aut

iis etiam os obturare possent, qui jam de præsentia Sancti apud illos, non sine fundamento dubitabant.

72 Quidquid sit de fine, in quem Eckhartus, quæ hic memorat, verba Dionysianos monachos suggessisse, opinatur, tam hæc equidem, quam illa, quibus, SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii corpora honorifice in S. Dionysii monasterio locata, in præfato Eadgari, Angliæ regis, diplomate asseruntur, fuisse a dictis monachis suggesta, indubitatum apparet. Ea sedet sententia, quod, quamvis quidem fors non omnia, quæ in principum diplomatibus, in monasteriorum favorem concessis, occurrunt, a religiosis horum inquisitionibus dicenda sint suggesta, id tamen quantum ad ea, quæ de Sanctorum in sacris illis locis cultu asservatisse reliquis in monumentis hujusmodi leguntur, ita ut plurimum habere, evitent, qui, permixtis principum præceptis seu diplomatibus mature discussis, suum hac de re tulerunt judicium. Etsi itaque nec a furti, quo Dionysius Gallis fuerit ereptus, ignoratione dici possent profecto, quæ Mabillonius affert, Eadgari, Angliæ regis, et Ottonis II imperatoris de Dionysiano corpore in San-dionysiana ecclesia asserato testimonia, haud merito tamen ex hisce, utpote non per duos illos principes, sed per ipsosmet, ut jam dictum, Dionysianos monachos datis, penes hosce adhuc esse sacrum illum thesaurum, ac proin in Germaniam non fuisse translatum, quispiam recte intulerit. Nec id vel e S. Eduardi, Angliæ regis, charta, anno 1059 in San-dionysiani in Francia monasterii favorem data supraque a nobis in Appendice, quæ hanc proxime præcedit, num. 34 laudata, vel e pluribus Pontificum Romanorum litteris seu Brevis, in Dionysianorum monachorum favorem datis, meliori jure fecerit.

73 Licet enim tam in his, quam in dicta Eduardi regis charta, Dionysius vel haberi vel quiescere in Dionysiana Franciæ abbatia asseratur, verba tamen, quibus id fit, non a dicto rege summissæ Pontificibus, sed ab ipsismet San-dionysianis monachis promanasse, indubitatum apparet; uti etiam a summis Pontificibus adhibita fuisse, non ad locum, qui sacras S. Dionysii exuvias possideret, definiendum aut declarandum, sed tantummodo ad consuetudinem servandam, quæ, ut Sancti in monasteriis, quæ sacras eorum exuvias sese possidere pulant, quiescere in litteris hujusmodi dicantur, exposcit. Joannes Baptista, Emmeramensis jam supra sæpius laudatus abbas, in sua, quam, ut dicti, anno 1750 edidit, de Dionysio in Bavariam translato Dissertatione pag. 79 et seq. integrum affert Alexandri IV Breve, in quo hic summus Pontifex, quadraginta dierum indulgentiam iis, qui tempore ac modo in dicto Brevis assignatis ad S. Emmerami ecclesiam accesserint, concedens, Dionysium in hac una cum SS. Emmeramo et Wolfango quiescere affirmat. Porro cum Breve illud Pontificatus Alexandri IV anno tertio, qui in annum Christi 1256 incidit, fuerit concessum, inde infert celatissimus author, seculo xiii Romæ etiam, S. Dionysii corpus Ratisponæ in S. Emmerami monasterio quiescere, fuisse persuasum. Verum, quemadmodum id saltem dicto Brevis Alexandrum IV definire seu declarare noluisse, Dionysiani in Francia monachi indubie respondebunt, sic Pontifices alios Brevis suis seu litteris, quibus S. Dionysii corpus in Dionysiano Franciæ monasterio quiescere asseritur, definire pariter seu declara-

re

diplomatibus,
vel e S. Eduardi regis

charta Pontificumque
litteris,

A re id noluisse, Ratisponenses S. Emmerami monachi haud immerito contendunt.

dicta translationi locum haud fuisse, recte intuleris;

74 Neque vero laudatus Emmeramensis abbas, quamvis nec recte, ut apparet, e praefatis Alexandri IV litteris id, quod jam dixi, concludat, monasterio suo per hasce Dionysiani corporis possessionem adscribi existimavit. Postea enim, de Brevibus seu litteris Pontificiis, a Nicolao II et Alexandro II ad confirmanda monasterii S. Dionysii privilegia concessis, in quibus ibi quiescere S. Dionysii corpus asseritur, sermonem intituens, sic scribit: Nicolaus II et Alexander II dictis Brevibus privilegia monasterio S. Dionysii confirmant, nec illorum Pontificum ibi mens erat, de reliquiis S. Dionysii ex proposito agere, sed monasterio S. Dionysii (ubi prius corpus S. Dionysii requievit) et a monachis ejusdem canonici adhiberi requiescere asserebatur, privilegia confirmantur, more in Brevibus talibus consueto junctis a notario verbis: «Ubi ipse Sanctus in corpore requiescit» etc. Tale Breve Apostolicum pro indulgentiis Lucrandis ab Alexandro IV nostrae etiam ecclesiae concessum est, ut supra vidimus.... ubi pariter haec verba inserta sunt: «Ubi Sanctorum Emmerami, Dionysii, Wolfgangi corpora quiescunt. Dum enim pro talibus privilegiorum confirmationibus et indulgentiis obtinendis ecclesiae vel monasteria apud Sedem Apostolicam supplicant, suorum patronorum, quorum corpora se possidere gloriantur, nomina inscribunt, et gratiae petita saepe a summa Sede impetrantur. Haec ille, dilucide indicans, e litteris Pontificiis, in quibus vel in S. Emmerami vel in S. Dionysii ecclesia quiescere Dionysianum corpus asseritur, vindicare id sibi nec Dionysianos, nec Emmeramenses monachos posse. Et vero rem ita habere, ac proin sacrum illud pignus Ratisponam translatum non fuisse, haud magis e dictis Pontificiis litteris, quam e supra memoratis principum chartis, posse inferri, satis superque, ni fallor, ex omnibus jam dictis liquet.

etsi autem tam Otho Frisingensis forte haud crediderit,

75 Ad argumentum aliud, quo Dionysiani corporis furtum seu hujus e Gallia ad Ratisponenses S. Emmerami monachos translationem pariter impugnant, modo progrediamur. Id ex Othone, Frisingensi episcopo, qui, cum Henrici quarti imperatoris nepos, Henrici quinti sororius, Conradi regis frater uterinus et Frederici primi imperatoris patruus exstiterit, merito a Bellarmino, non tantum veluti doctrina et pietate, sed et veluti nobilitate insignis praedicatur, deducunt; is autem, aiunt, fidei juxta ac veritatis studiosissimus scriptor, qui seculo XII floruit, quique, cum et Germanus esset et Leopoldi, Bavariae, ubi Ratispona sita est, ducis frater, causas certe, ob quas Ratisponensibus magis, quam Francis faveret, habebat, Ratisponensium tamen de Dionysii e Francia Ratisponam seu ad Ratisponenses S. Emmerami monachos translationem in contextu a se Chronico lib. 6, cap. XI sequentibus hisce perstringit verbis: Dilixit vero (Arnulfus imperator nimirum) praeter ceteris regni sui locis Metropolim Bajoariae Ratisponam. Unde et muros ejus ampliavit, monasteriumque S. Emmerami pluribus ornamentis adornavit, ac largis possessionibus locupletavit. Tradunt ibi, scriptumque monstrant, quod praedictus rex S. Dionysium a Gallis ad praefatum monasterium transtulerit; quod utrum ita sit, vide-

Octobris Tomus IV.

rint. Hinc porro, S. Dionysii e Francia ad Emmeramenses monachos, quam Ratisponenses asserunt, translationem ab Othone Frisingensi creditam haud fuisse, concludunt. Verum quid tum? Hanc, quam a Gallis negari sciebat, non tantum ut dubiam, sed etiam ut certo falsam habuerit Otho, consequensne hinc erit, ut certo illa numquam habuerit locum?

76 Enimvero id non magis inde, quam ex eo, quod nonnulli hodieque potius Gallis, penesse adhuc esse S. Dionysii corpus, asseverantibus, quam Germanis, id ipsum sibi vindicantibus, assentiantur, potest concludi. Adhuc quid si laudatus Otho, factane esset, an non translatio, qua ad Ratisponenses devectum fuisset S. Dionysii corpus, dubitari dumtaxat, nec rem operosius ipsemet indagare, sed aliorum examini relinquere volens, id tantummodo per postrema quinque e supra huc transcriptis verbis significare voluerit? Ut sit, haud recte equidem, quidquid etiam de corporis Dionysiani in Germaniam translatione Otho senserit, certo hanc a veritate alienam ob opinionem, quam secutus forsitan hic scriptor sit, pronuntiaris. Eaporro mihi sedet sententia non tantum quantum ad Othonem, sed et quantum ad quoscunque, qui seculo X posteriores sunt, scriptores alios, si qui forsitan ex his Dionysiani corporis seu furtum seu ad Ratisponenses translationem vel negent vel etiam tantummodo revocent in dubium. At vero, inquit adhuc nonnulli, id, quod aliquo in regno tam sacrum, tam religiosum est, id, quod tanto cultu et veneratione celebratur, id, quo nihil pretiosius, nihil sanctius inter cunctas ejus gentis reliquias habetur, justissimis longissimi temporis possessoribus sine causa suffragari, eadem utique nequitiae et improbitatis est; quis autem factum esse putet, ut turpem adeo furis impii et sacrilegi notam nomini suo quisquam, sacrosanctum Dionysii corpus, quod maximo apud Gallos habebatur in pretio, quodque Dionysiani in Franciamonachi diutissime juxta ac justissime jam possederant, suffragando, voluerit inurere? Ita adhuc, ut dixi, nonnulli; verum nae hi, qui sic arguunt, seculi IX, X, et XII mores parum admodum habent perspectos. Tum quippe ita homines, ac vel maxime etiam monachi comparati erant, ut Sanctorum reliquias furari, religioni minime ducerent, easque etiam passim, cum possent, fraudibus etiam et dolis hunc in finem haud raro adhibitis, possessoribus suis furto sine ullo scrupulo eriperent.

77 Qui, quam verum id sit, nosse cupit, a quo fuit parata, incurrit, nota haud quamvis est consequens.

adeat Historiae Litterariae Franciae Scriptores tom. XI, pag. 133 et seq., Muratorum medii aevi Antiquit. Ital. tom. 5 Dissert. 58, ac denique Benedictum XIV de servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione lib. 4, part 2 cap. 25, ubi non pauca sacrarum reliquiarum furti, a scriptoribus variis partimque etiam in opere nostro relata, longo ordine recenset; cum aulem, qui furta isthaec patrarunt, minime, ut comperies, erubuerint furis nomen, non est sane, cur Dionysii corpus furto haud fuisse sublatum, arguamus ex eo, quod, qui id fecisset, turpe furis nomen adsciturus sibi fuisset. Nec, factum id non fuisse, recte etiam argueris ex eo, quod Dionysiani monachi die IX Junii Dionysiani corporis detectionem seu scrutini, in quo id a Dagoberto depositum fuisse perhibetur, visitationem, anno circiter, ut dixi, 1050 factam, quotannis celebrant

AUCTORE
C. B.

falsam tamen esse, vel hinc, vel e furis, quam is

F

ANCTORA
C. B.

brent, idque statim a visitatione isthac, Pontifice Romano sese iis hac in re non opponente, facere inceperint. Uti enim illi dictam detectionem seu visitationem die 1x Junii, ita Emmeramenses monachi Dionysii et Francia ad ecclesiam suam translationem Dominica ultima post Pentecostem quottannis celebrant, idque etiam jam inde a seculo xi facere cœperunt, quemadmodum in sua de Dionysio in Germaniam translato Dissertatione § 151 sat recte ostendit sæpissime jam laudatus abbas Joannes Baptista, contendens etiam, festum illud Leonis IX mandato, in litteris, Pontificis hujus nomine inscriptis infraque hic recitandis expresso, fuisse institutum.

CAPUT VI.

An Leo IX Papa Ratisponæ inventas, quas Dionysii esse dicebant, reliquias approbarit, litterasque hac de re ad Henricum I, Francorum regem, dederit.

Leonem IX
litteras, qui
bus Ratispo-
nensibus at-
tribuerit S.
Dionysii cor-
pus.

Etsi quidem supposititias esse, quæ circumferuntur ac a pluribus jam editæ, hic etiam a nobis iteratis typis recusæ lectoris oculis cap. proxime seq. subduntur, Leonis IX Papæ nomine inscriptas ad Henricum I, Francorum regem, de invento apud Ratisponenses S. Dionysii corpore litteras, Mabillonius tom. 4 Annal. Benedict. lib. 60, num. 21 contendat, re ipsa tamen abs hoc Pontifice ad dictum Francorum regem datas fuisse de corporis S. Dionysii apud Ratisponenses manifestatione litteras, existimasse videtur. Sese certe hic scriptor, dum anno 1685 Sæc. v Benedict. part. i mitteret in lucem, in illa opinione fuisse, jam supra num. 50 e parte illa huc transcriptis verbis non obscure insinuat, libelli etiam supra a nobis memorati, quo Haimo, Sandionysianus monachus, corporis Dionysiani detectionem, uti vocatur, descripsit, faciens mentionem. Hinc factum, ut Joannes Baptista, jam sæpius a nobis laudatus Emmeramensis abbas, Sandionysianam Felibiani Historiam, utut jam ab anno 1706 una cum adjecto ad hujus calcem Haimonis præfato libello publici juris factam, ad manum non habens, ab ipsomet Haimone, datas fuisse a Leone IX Papa ad Henricum I, Francorum regem, de corporis Dionysiani apud Ratisponenses manifestatione litteras, memorie prodixit, existimavit, hincque in diversis aliis erroribus in sua supra plus semel jam memorata de Dionysio in Germaniam translato Dissertatione sit prolapsus.

ad Hen-
ricum I, Fran-
corum re-
gem, dedisse,
Haimo non
scribit; imo
contra ea.

79 Verum, etsi quidem Emmeramensis abbas id, quod jam dixi, haud immerito e dictis, uti hæc consideranti patescet, Mabillonii verbis opinari de Haimone potuerit, hic tamen scriptor nusquam in sua jam ab anno, ut dictum, 1706 edita, quam libelli inediti nomine Mabillonius loco proxime cit. laudat, lucubratione litterarum, quas Leo IX Papa ad Henricum I, Francorum regem, de argumento, mox memorato, miserit, mentionem facit. Id cuique, qui dictum Haimonis haud magnæ molis libellum evolcere voluerit,

evadet perspicuum. Imo vero contra Haimo ea D prodit memoriæ, e quibus, si vera sint, consecrarium sit, ut Leo IX, dum Ratisponæ, quod e jam supra dictis anno 1052 factum, versaretur, nullas de dicto argumento litteras ad Henricum, Francorum regem, miserit. Ut id palam fiat, ea hic, quæ eo conducunt, compendio ex Haimone lectori ob oculos pono. Ratisponæ, invitatis eo non paucis summæ dignitatis viris ac imprimis nonnullis episcopis aliis, jam omnia, ut inventum ibi integrum unius mortui hominis corpus, quod sub testimonio fallacium, ut loquitur, et adinventitiarum litterarum Areopagitæ Dionysii dicere veriti non sunt, statuto die elevaretur, erant parata, summæque etiam, qua peragendum id erat, solemnitati Leo IX Papa et Henricus imperator, qui Ratisponam advenerant, erant interfuturi. Verum eo ipso temporis articulo, quo res jam jam executioni erat mandanda, duo repente Dei nutu Ratisponam adveniunt nuntii, a Francorum rege rei cuiuspiam alterius causa ad imperatorem missi.

80 Hi, ingentem populi undequaque confluentis multitudinem conspicati ac quid rei ageretur, edocti, imperatorem adeunt, ei, quæ in mandatis habebant, exponunt, tum ad inventum Ratisponæ corpus, quod pro Dionysii corpore haberi, eoque nomine jam elevandum audierant, sermonem convertunt, oratione sat prolifica, jam supra num. 10 partim data, id esse non posse Dionysii corpus, contendunt, regem suum, si nihilominus pro hoc elevetur inventum illud corpus, ægerrime id latum, affirmant, ac tandem ab imperatore, ne, priusquam Dionysii corpus haud amplius reperiri in Gallia, ex amico suo Galliarum rege, diligentissime rem indagaturo, intellexerit, fieri id permittat, exposcunt. Porro imperator, se inde habiturum concilium cum domino Papa et cetera ducum et optimatum suorum, respondet, legatosque, eorum prius e Pontificis procerumque suorum consilio petitione probata ut justa, a sese dimittit. Hæc et plura alia, quæ, quod minus prope ad institutum nostrum hic spectent, omitto, lucubrationis suæ supra laudatæ capp. 3. 4., et 5 Haimo; cum autem, uti e jam dictis scribit, Leo Papa legatis Gallicis, ab imperatore, ne, priusquam e Francorum rege, Dionysii corpus in Gallia haud amplius esse intellexisset, inventum Ratisponæ corpus elevari permitteret, postulantiibus, assentiendum duxerit, enimvero consecrarium hinc fit, ut Leo, si vera modo Haimo memoret, non prius certe, quam cum id examinatum fuisset, litteras, quibus Dionysii corpus Gallis surreptum ac penes Ratisponenses S. Emmerami monachos esse, declaravit, ad Henricum Francorum regem dederit, ac proin, ut id certe annum 1053, utpote quo hic demum, essetne adhuc, an non, Dionysii corpus in Gallia, aperta ac visitata, in qua id contineri credebatur, Lipsanthea, indagari curavit, haud fecerit.

81 Quis enim, Pontificem ante examen illud haud esse, quod Ratisponæ fuerat inventum, corpus elevandum duxisse, et tamen id, examine illo non expectato, genuinum esse Dionysii corpus, datis etiam ad Henricum, Francorum regem, litteris declarare voluisse, in animum inducat? Jam vero, cum res ita habeat, Leo sane, si vera Haimo memoret, ad Henricum, Francorum regem, litteras, quibus Dionysii corpus penes Ratisponenses esse declaravit, anno 1052 haud miserit. Verum an Haimoni hic assentiendum? Hic scriptor, ut e jam supra dictis facile colliges, non cilius

a quibus, Pon-
tificem illum
id non fecisse,
consequi vi-
detur,

F

memorie pro-
dit; ast hic,
tum ob rem-
tam suam a
re gesta xta-
tem,

A citius quam sub seculi XII finem floruit, fuitque proinde ab anno 1052, quo dictæ Leonis litteræ ad Francorum regem scriptæ fuisse perhibentur, remotior, quam ut dictis suis, e quibus, nullas tum ad principem illum a Leone scriptas fuisse litteras, sit consequens, fidem certam atque indubitatam conciliet. Hanc porro adhuc minuit, non tantum ex eo, quod e monachorum Dionysianorum, qui S. Dionysii corpus penes se esse contendunt, numero exstiterit, verum etiam ex eo, quod nimio partium studio abreptus sese loco non uno Emmeramensibus, qui sacrum illud pignus ad ecclesiam suam furto allatum affirmant, haud satis æquum exhibeat. Ut, quam verum id sit, intelligas, audi, qui cap. 2 sub finem ac sequentis initio loquatur. In Bojoriensi, inquit, natione Radisbonensis urbs perhibetur esse, in qua probabili devotione antiquorum constructum habetur sub titulo sancti Hermentranni monasterium, cui deservit sub abbatis imperio degens concio monachorum. Qui cæcitatibus et ignorantiae tenebris miserabiliter involuti divinique timoris oblitii suum locum exaltare non erubuerunt figmento ejusdem mendacii arroganter verbosando penes se esse corpus beati Dionysii, quod omnino frivolum esse veritas indicat præfata rei.

tum ob partium studium fidem haud meretur is scriptor,

B 82 Et quia eorum exterminanda garrulitas est proseguenda latius, huic narrationis initæ seriei censuimus inserere, unde hujus exordium nequitiae sibi dicantur arripuisse. Præfato loco succedentibus prosperis rebusque ejus Deo fideliter adherentium devota munificentia ampliatis, probabile visum est abbati, ut, diruta structura operis vetustii, quoniam vilis erat pretii, in melius studeret honestando construere monasterium prædicti Hermentranni. Cui operi dum studiosius insudaret, priscorumque fundamentorum loca diligentius inquireret, juxta vanam assertionem eorum unius mortui hominis corpus inventum est integrum; quem sub testimonio fallacium et adinventitiarum litterarum non veriti sunt appellare Areopagitam Dionysium. Cum itaque Haimo, qui a S. Dionysii, quam describit, sociorumque ejus Rustici et Eleutherii corporum delectione sesqui fere, ut dictum, seculo abfuit, tanto ac tali, quale hic prodit, partium studio manum ad scribendum admoverit, haud immerito sane, ne non debitam veritatis rationem ubique habuerit, est verendum. Qui si ergo de industria, quæ supra memoravi, scripserit, ut, an Leo, quas dicimus, litteras dedisset, efficeret ambiguum? Ut sit, Haimo equidem, uti e jam dictis satis superque liquet, talis non est, ut id a Pontifice illo non fuisse factum, sola sua autoritate reddere queat indubitatum. Et vero, corpus, Ratisponæ a Regino abbate inventum, quod inscriptiones adjunctæ esse Dionysii indicabant, re etiam ipsa verum ac genuinum esse Sancti hujus corpus, Leonem IX vel litteris, vel certe viva voce declarasse, aliunde mihi apparet sat certum.

83 Imperatorum ab Henrico Aucupe ad Henricum V res præclare gestas descripsit author, qui, quamvis, ut ait scriptor Brunsvicensium tom. 1, pag. 707 Leibnitius, sit incertus, sub hoc tamen eodem Henrico, qui seculi XII initio regnavit, vitam duxit; in harum autem compendio, per monachum Hamerslebenensem confecto, quod in anno 1126 desinit, sequentia isthæc ex incerto illo auctore excerpta apud eundem Leibnitium tom. cit. pag. 709 de Leone IX

leguntur verba: Ratisponæ vere haberi reliquias S. Dionysii, confirmavit. Adhæc apud Georgium Eckhartum in medii ævi Corpore Historico tom. 1 exstat sub Annalistæ Saxonis nomine Chronicon, ab ortu regni Francici usque ad annum 1139 deductum, atque, ut laudatus ejus editor in suis ad lectorem admonitionibus præviis, dicto tomo præfixis, num. 10 docet, ab Eggehardo Uragiensi, insigni, ut ait, sui temporis historiæ magistro, conscriptum; id autem, quod, quamvis quidem ab aliis Chronicum Magdeburgicum, vocetur, ab aliis tamen, quia ejus author, qui sub Henrico quinto imperatore seu seculo XII ineunte florere incepit. Saxo exstitit, Annalium Saxoniorum nomine haud immerito insignitur, ad annum 1052 sic scribit: Henricus imperator iterum Pannonias petit, et inacte redit, habens in comitatu Leonem Apostolicæ sedis præsulem; qui Papa veniens Ratisponam, reliquias beati Dionysii martyris, de quibus diu dubitatum, an ibi haberentur, præsentibus Parisiorum legatis, perspexit, ibique haberi probavit.

84 Habemus itaque scriptores duos, qui, Leonem IX, cum anno 1052 Ratisponæ existeret, ibidem haberi S. Dionysii reliquias seu corpus, declarasse, memoriæ produnt; cum autem ambo medio ut minimum seculo Haimonem præcesserint, nec immoderato, uti hic, partium studio acti fuisse videantur, est enimvero, cur illis potius, quam Haimoni, dum, reliquias, Ratisponæ a Regino abbate inventas, quas inscriptiones adjunctæ Dionysii esse indicabant, a Leone IX, datis ad Henricum I, Francorum regem, litteris approbatas haud fuisse, insinuat, fidem adhibeamus. Quamvis quidem, quæ circumferuntur, Leonis IX Papæ nomine inscriptas de corporis S. Dionysii apud Ratisponenses manifestatione ad Henricum, Francorum regem, litteras, Mabillonius, velut spurias ac supposititias, traducat, litteras tamen, ut jam supra num. 78 dixi, ea de re ad hunc principem a Pontifice illo missas fuisse admittit, aut certe aliquando admittit; id autem, ut apparet, Annalistæ Saxonis, cujus modo huc transcripta verba, fide dumtaxat fecit. Certe scriptorem hunc, quem modo Chronographum Magdeburgensem, modo Annalistam Saxonem appellat, quemque, e Parisino monasterii S. Germani a Pratis Ms. eleganter exscriptum, cum Leibnitio olim, uti in suis supra memoratis admonitionibus Eckhartus docet, communicavit, magno in pretio habuisse videtur; cum autem ex iis, quæ ad dictum annum Saxo ille seu Chronographus seu Annalista de S. Wolfgango, Ratisponensi episcopo, memoriæ prodit, fuisse hunc a Leone IX Papæ, cum hic anno 1052 Ratisponæ versaretur, de tumultu levatum, Sæc. v Benedict., part. 1 pag. 812 notet, mihi sane neutiquam ambigendum apparet, quin pariter ex eodem scriptore, quod ibidem pag. 112 de missis, quas dixi, ad Henricum, Francorum regem, litteris ait, deprompserit.

85 Litterarum quidem, quas Leo IX seu ad approbandas Ratisponenses reliquias scripserit, seu ad Henricum, Francorum regem, miserit, laudatus Annalista Saxo nusquam meminit; verum cum scriptores alii, id a Pontifice illo factum, diserte tradant, assentiendum illis hac in re esse, Mabillonius seu collegerit seu judicavit ex eo, quod equidem, quas Dionysii esse, Ratisponenses affirmant, reliquias a Leone IX, cum anno 1052 Ratisponæ hic versaretur, approbatas

existimasse videtur, pontifex ille judicium,

AUCTOR
C. B.

probatas fuisse, a laudato illo chronographo Magdeburgensi seu annalista Saxone litteris mandatum, ad mox dictum annum 1052 inveniret. Et vero id, quod non tantum dictus annalista, sed et supra laudatus Hamerslebiensis monachus e supra memoratis auctoribus incerti, qui, ut dictum, seculo XII ineunte floruit, imperatorum Gestis memorie prodit, fuisse re ipsa, non tantum viva voce, sed et missis ad Henricum, Francorum regem, litteris a Leone IX factum, sat verosimile apparet. Ea sedet sententia, non tantum, quod apud plures scriptores, seculo XII posteriores, missarum ad Henricum, Francorum regem, litterarum, quibus reliquias, Ratisponæ a Reginaldo abbate inventas, S. Dionysii esse, Leo IX declaravit, luculenta ac diserta mentio invenitur; verum etiam quod litteræ, Leonis nomine inscriptæ, quibus id hic Pontifex fecerit, typorum beneficio a multis jam vulgata, circumferantur. Hæc quidem, ut apparet, mendosæ nevoque non uno sunt infectæ; verum supposititias indubie esse, nullasque a Leone, quæ abs hisce haud multum abuserint, ad Henricum, Francorum regem, litteras datas fuisse, pro certo asseverare non ausim. Verum infra erit de re hac plura dicendi locus. Interim, fuisse equidem reliquias, quas Reginaldus Ratisponæ invenerat quasque inscriptiones adjunctæ Dionysii esse indicabant, a Leone IX approbatas, certum omnino atque indubitatum e supra laudatis Annalista Saxone et monacho Hamerslebiensi seu potius ex imperatorum, quæ hic in compendium contraxit, gestis apparet.

quod ab eo,
parte utra-
que audita,

86 At vero, inquit in ecclesiæ Parisiensis Historia lib. 10, cap. 5, num. 6 Gerardus du Bois, Quis.... credat, Leonem, Pontificem maximum, causam huius momenti, parte inaudita altera, iudicasse, et ex Ratisponensium monachorum responsionibus pronunciasse iudicium? Nonne oportuit antea expensas esse Dionysianorum rationes, ire ad eorum monasterium, et singula ad examen revocare, tum rem ex æquo definire? Quod si autem ei assentiendum, consecrarium fuerit, non tantum, ut Leo Papa litteras, quibus reliquias, Ratisponæ inventas, S. Dionysii esse, declaravit, ad Henricum, Francorum regem, haud miserit, verum etiam ut hasce nulla prorsus ratione approbarit. Hic ergo quid faciendum? Ratiociniumve, jam recitatis historiographi Parisiensis laudati verbis propositum, seu, ut melius loquar, quæ ex hoc consequi is putat, amplectamur, ambosque a nobis jam adductos seculi XII scriptores, qui, ut dictum, Ratisponenses S. Dionysii reliquias a Leone IX approbatas fuisse, diserte tradunt, a veritate aberrare dicamus? Neutiquam sane; neque enim nisi ob rationes, quæ nullo plane modo convelli ac elevari queant, a scriptorum vel æqualium vel etiam, quando hi desunt, supparum, quales ambo illi scriptores sunt, testimonio recedendum, eruditi omnes passim existimant. In litteris, Leonis IX Papæ nomine inscriptis infraque hic recitandis, sequentia hæc Pontifici huic attribuntur verba: Tui, Francorum rex, in Christo fili carissime, nos legati, tua tuorumque omnium vice sollicite rogaverunt, quatenus litem, quæ inter vos et urbem prædictam (Ratisponensem) super sacrosanctis ossibus beatissimi Dionysii Areopagitæ fuerat diutissime ventilata, veritate discussa, dirimere curaremus, vobis quidem eadem apud nos esse dicentibus, civibus autem atque incolis urbis

præfate astruentibus e converso, ea per invictissimum Arnulphum quondam imperatorem ac ecclesiam beati martyris Emmerami esse translata ibidemque deinceps contineri.

87 Quid si ergo Leonem, dum anno 1052 Ratisponæ versaretur, a Francorum rege Henrico, ut litem, quæ Gallos inter et Ratisponenses de corporis Dionysiani possessione erat, dirimeret, per legatos rogatum fuisse dicamus? Leo quidem, si Ratisponenses S. Dionysii reliquias unquam approbavit, id certe, uti inter omnes convenit, anno 1052 fecit, supraque jam memorata scripti Dionysiani visitatio Dionysianopoli non citius, quam anno 1053, si iis, quæ ab Haimone memorantur, standum sit, fuit peracta; cum autem, hac nondum instituta, Henricus, Francorum rex, litis præfate decisionem a Pontifice petiturus fuisse, haud videatur, consecrarium sit, ut is, si Ratisponenses S. Dionysii reliquias anno 1052 re ipsa approbavit, ac proin litem, quæ Ratisponenses inter et Dionysianos monachos ventilabatur, diremit, verosimillime ad id a Francorum rege Henrico rogatus haud fuerit. Ita sane, si dicta visitatio ante annum 1053 locum haud habuit, potest argui; verum, ut quid Haimone, qui, ne citius hæc ponatur, solus impedit, standum hic sit? Id sane haud satis perspicio. Sesquiseculo circiter, ut jam supra docui, scriptor ille a re gesta absuit, facileque adeo factum esse potest, ut in narrandis iis, e quibus, dictam visitationem anno 1053 illigandam, consequitur, a veritate aberrarit.

cum Haimone
narratio-
ne,

88 Adhæc Francorum regis legati, ut Haimo narrat, Ratisponam, dum ibi omnia ad corpus, quod Dionysii esse dicebatur, levandum essent parata, fortuito plane nec ulla rei cognitione præhabita, adveniunt, ibique eo ipso temporis momento, quo jam levandum erat dictum corpus, miraculo quodammodo et quasi e machina sistuntur præsentibus, quid rerum agatur, ediscunt, lectioni sese opponunt, moxque etiam hanc, donec, sitne, an non adhuc in Francia S. Dionysii corpus, fuerit examinatum, differri ab imperatore impetrant; is autem fortuitus simul et opportunus adeo ad disturbandam, de qua hic nobis sermo, levationem legatorum regis Franciæ Ratisponam aduentus mihi admodum esse suspectus, facitque, ut verear, ne ad fucum faciendum iis, qui tum fuisse Ratisponenses S. Dionysii reliquias a Leone IV approbatas, credituri forsitan essent, tantummodo fuerit excogitatus. Rigordus aut certe scriptor alius, qui verba num. 58 et seq. huc transcripta in Rigordi textum intrusit, Francorum regis legatos, non casu fortuito Ratisponam, dum ibi corpus, quod Dionysii esse dicebatur, foret elevandum, advenisse, sed ad imperatorem, ut levationem isthanc differendam curarent, a Francorum rege deliberato consilio missos fuisse, scribit. Rigordus quidem, Henricum I, Francorum regem, ab imperatore Henrico, ut corporis Ratisponæ inventi, donec, essetne adhuc in Francia, an non S. Dionysii corpus, examinaretur, levationem differret, per nuntios suos postulasse, etiam affirmat; verum id tum, cum Leo IX Ratisponæ versaretur, factum fuisse haud scribit, possuntque, quæ dicit, facile cum iis, quæ de Ratisponensium, quas Dionysii esse dicebant, reliquiarum approbatione, per Leonem IX facta, statuenda videntur, in concordiam adduci.

vixote suspi-
cia, nec ab
integre fidei
auctore

89 Res e jam nunc dicendis patescet. Rectene, an non, Ratisponensis corporis, quod Dionysii esse inscriptiones

profectas
tandem haud
sit, latum
esse posse
ostenditur,

inscriptiones adjunctæ indicabant, inventa cum anno 1052 a Joanne Baptista Emmeramensi abbate conjungatur, dubitari non immerito potest, uti palam est ex iis, quæ supra num. 2 et seq. disserui. Adhæc, supra memoratam scripturam Dionysiani visitationem anno 1053 factam fuisse, ex iis dumtaxat, quæ Haimo scribit, consequitur, cumque hæc, ut jam dixi, sint suspecta, nec alioquin fidem integram Haimo mereatur, nihil omnino, ut visitationem illam dicto anno 1053 necessario affigamus, nos cogit. Quid si ergo hanc quidem, quam saltem v. Idum Juniarum seu 1x Junii die ab Haimone apud Felibianum recte signari, visitationis ejusdem festum, die illo in S. Dionysii celebrari quatuordecim solitum, suadet, anno 1052, dictam autem corporis Ratisponensis inventionem anno 1050 statuamus? Quid si porro Henricus I, Francorum rex, cum corpus, quod Dionysii esse, dicebant, Ratisponæ fuisse inventum, deque hoc levando agi, e relationibus minime dubiis intellexisset, per nuntios suos id differri, donec, essetne adhuc, an non Dionysii corpus in Francia, examinasset, ab imperatore primum jam inde ab anno 1051 postularit? Quid si deinde, cum id, præsentibus etiam forsitan, ut Rigordus ait, imperatoris legatis, examinari 1x Junii die anno 1052 jam curasset, ac Leonem IX Ratisponam venturum, didicisset, per nuntios suos hunc, qua ratione, examine isthoc magna cum solemnitate instituto, in Dionysiano scripto corpus fuisset repertum, reddiderit certiorum, simulque etiam, ut litem, quæ Gallos inter et Ratisponenses de corporis Dionysiani possessione ventilabatur, decideret, rogavit? Enimvero, si hæc ita, ut possunt, re ipsa etiam fuerint peracta, tumque, penes Ratisponenses esse S. Dionysii corpus, Leo pronuntiavit, dictam utique litem, parte inaudita altera, haud deciderit.

cum Fran-
corum rege,
datis ad
hunc litteris
verosimiliter

90 Quod si autem hæc displiceant, responderi potest, Leonem e solis monachorum Emmeramensium responsionibus sententiam haud pronuntiasset, sed eum, quod documenta, quibus sibi S. Dionysii corpus vindicabant Emmeramenses monachi, luculenta admodum ac convincentia existimaret, litem hisce, Gallis etiam non auditis, adjudicandam duxisse. Ut sit, Leonem equidem Ratisponæ inventas, quæ Dionysii esse credebantur, reliquias approbasse, certum omnino atque indubitatum e jam supra dictis est. Neque vero Haimo cum monacho Hamerslebiensi et Annalista Saxone supra laudatis, qui id a Leone factum, disertissime, ut jam supra docui, affirmant, aperte etiam pugnat. Etsi enim ex iis, quæ scribit, Leonem per litteras, quas ad Henricum I, Francorum regem, dederit, Emmeramensibus post nuntiorum, quos hic princeps miserat, Ratisponam adventum haud adjudicasse S. Dionysii corpus, consecretarium appareat, simul tamen etiam suppeditat, e quibus, Ratisponæ inventas, quas Dionysii esse dicebant, reliquias a Leone IX ante nuntiorum eorumdem Ratisponam adventum approbatas fuisse, non inepte colligas. Cum enim, ut ait, reliquiæ illæ, dum Francorum regis nuntii Ratisponam venire, jam jam essent, præsentem etiam Leone IX, levandæ, nec id, nisi Pontificis hujus approbatione prævia, futurum fuisse videatur, enimvero hinc, sacra illa pignora a Leone, priusquam dicti nuntii Ratisponam advenirent, approbata fuisse, concludi posse videtur; etsi autem, si iis, quæ Haimo scribit, standum sit, Henrico I, Francorum regi, Leo, id a se factum, per litteras significasse haud videatur,

hujusmodi tamen a Pontifice isthoc ad principem illum datas fuisse litteras, mihi sane ob ea, quæ jam supra dixi, sat verosimile apparet.

91 Ac Eckhartus quidem, ex eo, quod in litteris hisce sequentia isthæc legantur verba: Vos autem, in Domino Fili dilectissime, rex Francorum, tuique fideles, quamvis invidendi Teutoniarum gaudio videami quidem habere justam materiam, ita ut merito putetis de Alemannorum vobis lætitia esse dolendum; ac deinde, nonnullis adhuc interpositis, ista: Cur igitur Alemanniam ipsius ossa fovere non permittatis in solatium et tutelam, quem vobis Athenæ, ut Christo lucrificaret, vivum recipere, audire et cælo transmittere permiserunt, sibi persuasum habet, Henricum I, Francorum regem, non tantum litteras, quibus a Leone IX litem de Dionysii corpore decidi postularit, ad Pontificem hunc misisse, verum etiam iis, sibi de Alemannorum lætitia dolendum esse, sequæ, Alemanniam S. Dionysii ossa fovere, non permissurum, declarasse. Nec id tantum e jam recitatis Litterarum Leonis IX verbis laudatus scriptor collegit, verum etiam Henricum, Francorum regem, quod Dionysium furto Ratisponam delatum, omnino crederet, hunc repoposcisse. Verba pleraque, quibus has suas conjecturas exponit, cap. seq. huc transcribuntur, laudatisque ejus de rebus Franciæ Orientalis Comment. tom. 2, pag. 742 et seq. exstant inserta. Verum an hic Eckhartus certo assentiendum? Id equidem asseverare non aui- sim. Neque enim Francorum rex, si, penes Ratisponenses esse S. Dionysii reliquias, certo credidisset, a Leone IX, ut litem, quæ de hisce Gallos inter et Ratisponenses erat, decideret, postulaturus fuisse videtur; quod tamen a principe illo factum, Eckhartus admittit. Ut sit, rationes equidem, e quibus, Leonem litteras de reliquiis, quas Dionysii esse, dicebant, Ratisponæ a sese approbatis, ad Henricum I, Francorum regem, dedisse, verosimile etiam apparet, jam supra adduxisse contentus cap. huic finem im- pono.

AUCTORIS
C. B.

communis-
vit.

CAPUT VII.

Litteræ, Leonis IX Papæ nomine inscriptæ, una cum Georgii Heckharti de hisce judicio proferruntur.

Litteræ, ad Henricum I, Francorum regem, missæ, quibus, penes Ratisponenses S. Emmerami monachos esse S. Dionysii corpus, Leo IX Papa declaravit, modo a Baronio ad annum 1051, a Gewoldo in Additionibus ad Hundii metropolim Salisburgensem tom. 1, pag. 169, a Cælestino abbate in S. Emmerami Mausoleo, plurimisque insuper aliis typorum beneficio fuere vulgatæ. Verum etsi id ita sit, eas tamen, ut lectoris commodo serviam, hic etiam, ne alibi querendæ sint, iteratis typis, prout apud eundem Cælestinum abbatem exstant, recusas exhibeo. Sic habent: In Salvatoris nostri Jesu Christi nomine. Amen. Leo episcopus, servus servorum Dei, charissimo filio, inelyto regi Francorum, ac venerabilibus fratribus archiepiscopis, epis-

Leo IX per
litteras, quæ
hic dantur,
litem de Dio-
nyii ossibus

LECTOR
C. B.

pis et dilectis in Christo filiis, abbatibus, prioribus, praepositis et decanis, universisque tam subditis, quam praelatis ejusdem regni salutem et Apostolicam benedictionem. Deus omnipotens, qui non immerito per prophetam in Sanctis suis esse mirabilis praedicatur, mira quendam inscrutabilis consilii sui profunditate disponit, quae dum considerare non sufficit mens humana, ipsa suimet infirmitate deficiens, in quendam sui excessum rapi cogitur et stuporem. Quod ipsi nos nuper experti et vobis in Christo charissimis et universitati fidelium promulgare compellimur, ut et Dei opera pariter admiremur. Nam cum per instantiam serenissimi imperatoris Henrici ad partes Germaniae visitandas, ac praecipue ad urbem, quae dicitur Ratisbona vel Regensburg, evocati essemus, ad venerabile corpus beati Wolfgangi, ejusdem urbis episcopi, transferendum, hoc ea, quae decuit, reverentia et devotione peracto, tui, Francorum rex, in Christo fili charissime, nos legati tua tuorumque omnium vice sollicite rogaverunt, quatenus litem, quae inter vos et urbem praedictam supra sacrosanctis ossibus beatissimi Dionysii Areopagitae fuerat diutissime ventilata, veritate discussa, dirimere curarem.

quam ut decideret, Gal-
li et Ratis-
ponenses ro-
gant,

93 Vobis quidem eadem apud vos esse dicentibus; civibus autem aut incolis urbis praefata adstruentibus, ea per invictissimum Arnulphum, quondam imperatorem, ad ecclesiam beati martyris Emmerami esse translata ibidemque deinceps contineri; quae quidem inibi sita est, atque ab omni subiectione ac jurisdictione libera et exempta ad jus et proprietatem beati Petri Apostolicaeque Sedis immediate pertinere dignoscitur, oblatione videlicet excellentissimi Romanorum imperatoris Caroli Magni ac posterorum ipsius, qui eidem hactenus successerunt, seu in imperio seu in regno. Id ipsum nihilominus venerabilis abbas Reginhardus ac fratres ejusdem ecclesiae cum universitate Ratisponensi instantissime petiverunt fieri. Nos ergo utriusque partis precibus inclinati nec volentes ulterius corda fidelium dubii hujus ambiguo caligare, in fratrum nostrorum ac plurium episcoporum ac praelatorum praesentia, et conspecta Scriptura Arnulphi Augusti, ordinemque rei diligentissime perlegentes, nec eo contenti, capsas, thecas et scrinia, in quibus sacrae reliquiae conditae dicebantur, ac titulos et epigrammata eorundem oculo tenus solerti examinatione discutiendo, nihilque omittendo, quod ad indagationem certitudinis pertinet, tam imperialibus, quam papalibus Antecessorum nostrorum litteris sufficienter instructi, picturis quoque parietum multiplicibus, et sculpturis vetustissimis exprimentibus indicia veritatis et notas, indubitata fide comperimus, dicti doctoris et martyris ossa venerabilia, excepta particula unica simul et minima manus dextrae, apud memoratum beati Emmerami cenobium integraliter contineri.

in Ratispo-
nensium fa-
vorem deci-
dit,

94 Etenim ne testimonia hominum, quae jam diximus, non sufficerent, divina quoque non defuere prodigia et portenta, quae dubium omne penitus abegerunt: quae nos quoque conscribi jussimus diligenter, vobisque transmitti per vestros nuntios et legatos; nec non apud ecclesiam praedictam conservari, ut et ad posteros gestae rei notitia deducatur et ulterius

litigandi materia penitus conquiescat. Insuper etiam districte praecipimus statuentes, ut translationis ipsius veneranda solennitas tam a fratribus ejusdem ecclesiae, quam ab universis urbis jam dictae, annis singulis cum omni jucunditate et gaudio celebretur, totaque tripudiet regio Germanorum tanti patris atque patroni adventui non ingrata. Vos autem, in Domino filii dilectissimi, rex Francorum tuique fideles, quamvis invidendi Teutoniae videamini justam habere materiam, ita ut merito putetis de Alemannorum vobis laetitia sit dolendum; considerantes tamen et Dei omnipotentis et invicti Martyris sui voluntatem, quem ablatum plangitis, consolationem tandem admittite placamentum, pensantes attentius, quod nec vobis totus ablatus est: quippe qui charissimos praedicationis suae et passionis consortes Rusticum et Eleutherium in dilectionis adhuc et tutelae pignus et rei certitudinem dereliquit. Nec dolet, si Germanos jam visitare dignatus est vel defunctus, qui vobis adhuc vivus praedicavit et apud vos bonum certamen certavit, cursum consummando, fidem servando, triumphum peregit virtuosissimae passionis, apostolatus sui super vos signa tam in vita perficiens, quam in morte.

95 Cur igitur Alemaniam ipsius ossa fovere non permittatis in solatium et tutelam; quem vobis Athenae, ut Christo lucrificaret vos, vivum recipere, audire, et caelo transmittere permiserunt? Accedet nihilominus consolationis et alia ratio, auctoritas scilicet et excellentia subtractoris. Praetiosum vos quidem thesaurum perdidisse fatemur, sed ablatoris attendite dignitatem, simulque Patris et Apostoli vestri gloriae congaudete, qui cum vos meritum atque doctrinae suae gaza ditavit, reliquiarum suarum saltem ac ossium pretiositate locupletaret Theutonicas apothecas, tam devotum sui corporis furem habuit, quam insignem; auro utique atque topazio meliorem, qui sui valore ad ossa sanctissima subtrahenda caesareum etiam verticem inclinavit. Nec majestas imperialis, nec regia Celsitudo pii furis hic notam aut nomen erubuit in Arnulpho, dummodo B. corporis exuviis, vel doli, vel furti vel sacrilegii modo sacrari atque ditescere mereretur, et qui fures atque sacrilegos solitus erat condemnare, dummodo macarii Dionysii pretioso corpore frueretur, fur ipse hic fieri, et sacrilegus non contempsit.

Gallosque et
de amisso the-
sauro solatur,

96 Cujus insuper fides et devotio dubium etiam omne per hoc penitus amputavit: quod non in ipsa Roma, non in quacumque metropoli, non in urbe qualibet regni vel arce sibi studebat eligere sepulturam, sed ubi suum se Dionysium condidisse et scivit et laetabatur, suo se sperans patrocinio defendendum, et resuscitandum in die novissimo cum Beatis praesentibus. Igitur dilectionem vestram monemus attentius et hortamur in Domino; districte quoque praecipientes, quatenus BB. Rustico et Eleuthero pie contenti, non fallentes vosmetipsos et alios, beatissimi Dionysii ossa in urbe Ratisbona apud ecclesiam S. Emmerami martyris et noscatis et fateamini coruscare. Datum et actum Ratisbonae per manus Friderici diaconi Bibliothecarii et cancellarii S. R. E. Catholicae et Apostolicae, anno Domini M.LII. Non. Octobr. etc. Georgius ab Eckhart, qui hasce quoque litteras suorum de Franciae Orient. Rebus Comment. tom. 2, pag. 740

et

A *et binis seqq. integras exhibet, ita deinde in hasce observat*: Baronius ad annum 1052 easdem has Leonis IX litteras ex Antonii Augustini scriptis veteribus Pontificum Romanorum exhibuit, et hoc earundem datum protulit: « Datum et actum Ratisbonæ per manus Friderici diaconi, bibliothecarii et cancellarii ecclesiæ Catholicæ » et Apostolicæ, anno Domini MLI. Pontificatus domini Leonis Papæ IV. Indict. vi., v. Nonas » Octobris. »

Suppositi-
tias esse li-
teras illas,
Mabillonius
ait; sed va-
tionibus,
97 Sed Mabillonius tom. iv *Annalium Benedict. lib. 60, num. 21* ait, litteras has supposititias esse, et hoc vel ipsam contextus lectionem persuadere, stylumque, qui omnino a Pontificis Leonis aliorumque Romanorum litteris alienus sit. Ast Leonis plures bullas cum legerim, observavi, ipsum utique alio, quam priores Pontifices fecerant, stylo uti. Nec bulla est charta hæc Leonis, sed epistola ad regem clerumque et populum Galliæ perscripta. Falsum esse putat Mabillonius, quod in ea legitur, causam hanc « diutissime ventilatam » fuisse; quoniam ante hoc tempus apud veteres nulla de hac controversia mentio reperiatur.

B Sed temporum illorum scriptores adeo steriles et sicci sunt, ut plura notatu dignissima et majoris utique momenti indicta prætermiserint. Certatum tamen inter Gallos et Germanos fuisse de S. Dionysii reliquiarum possessione, satis constat ex iis, quæ paulo inferius proferimus. « Falsum est, » inquit Mabillonius, « Leo- » nem ad id discutiendum tam imperialibus, » quam Papalibus antecessorum suorum litteris » instructum fuisse. Quis enim umquam has im- » periales et Papales litteras protulit? » At periisse potuerunt. « Litteræ » præterea « im- » riales » interpretari possunt de membrana in capsula juxta reliquias reperta, quam Ratisbonenses pro testimonio propria Arnulfi imperatoris manu scripto vendiderunt; qua in re Leo ipsis credidit.

quæ hic pro-
ducuntur,
98 An vox « Papalis » Germanica, nec alias hoc ævo usitata fuerit, nescimus. Leo tamen natione Germanus ea uti potuit, aut illa a librariis substituta est in describendo. Mabillonius ipse multoties diplomata a librariis corrupta et interpolata profert, et, remotis vitiis, ea pro genuinis habet, atque ad probandas suas sententias adhibet. Cum vocem « Pa- » palis » Germanicam esse dicat Mabillonius, miror, eum hanc impugnare, cum non impugnet Bullas Leonis IX annis Christi notatas; red Rei Diplom. lib. II, pag. 185, Leonem iis usum esse, statuat, « quia ex genere ortus » Germaniæ imperatorum, » qui annos Incarnationis usurpabant, et « Tulli episcopus » fuerit, ubi frequens usus calculi erat, ac demum, quia « cancellarium habuerit primicerium » Tullensem, » qui ejusmodi calculo assuetus erat. Hac in re si sequi potuit morem Germanorum, cur non potuisset etiam, ut illi, voce « Papalis uti? Voces « Alemannorum » et « Alemanniæ » quæ in his litteris occurrunt, « posteriorum tem- » porum genium » sapere existimat idem Mabillonius. Ast Galli, quia ex Germanis Alemannos vicinos maxime habebant, jam dudum Alemanniæ nomen Germaniæ omni tribuerunt. Leo Germanos aliquoties nominat; sed ex regis Galliæ litteris « Alemannorum » et Alemanniæ » appellationem desumpsit, quippe qui (cap. pro- » vine prægressum num. 91 consule) scripserat,

« Sibi de Alemannorum lætitia dolendum esse » seque « Alemanniam S. Dionysii ossa fovere non » permissurum. »

99 Cum igitur ad hæc responderet Leo, verba ipsa, quibus rex usus erat, retinuit. Falsum porro Mabillonius esse dicit, corpus S. Dionysii ab Arnulfo imperatore translatum esse. Falsum hoc esse, et ipsi (jam supra in hac Appendice num. 6 et 7, itemque num. 43 et 44 dicta videsis) agnoscimus. Sed Leonem traditio Ratisbonensium avita in hunc historicum errorem seduxit. Ratisbonenses cum in latere supra recitato legissent, tempore Arnulfi imp. furatum esse S. Dionysium, hoc ab ipso Arnulfo factum esse putarunt, qui tamen Lutetiam Parisiorum numquam venit. Exclamat Mabillonius: « Qualia verba Leonis Papæ ad Henricum, Francorum regem, quibus eum ob hanc » subtractionem solari conatur? Quales sermo- » nes Pontificis, ut Arnulfi furtum approbet? » Fateor, hunc sermonem nostris temporibus non convenire; convenit tamen temporibus illis, quibus Leo IX vivebat. Iis enim et diu etiam ante illa furta reliquiarum inter crimina non referebantur, ut tot reliquiarum fures a viris piissimis, episcopis et abbatibus, sanctitate sua conspicuis, adamati et æstimati ostendunt. Legenti Eginhardi libros de translatione S. Petri et Marcellini, Rudolphi monachi Vitam Rabani Mauri abbatis Fuldensis, Sigeberti Vitam Theodorici episcopi Metensis aliosque scriptores, hæc satis superque probabuntur.

100 Ex his enim longus admodum furum reliquiarum insignium catalogus facili negotio confici potest: nec ii propterea sunt culpati, sed laudati atque ample remunerati. Ego potius in litteris Leonis censoria virgula notassem initium earum: « In Salvatoris nostri Jesu Christi » nomine Amen, » quod Pontificiæ epistolæ inconveniens, nec alias a Leone adhibitum est. In Cornieri tamen exemplari hæc formula non exstat. In dubium quoque vocassem « Annum Domini MLI, » in dato additum. Licet enim sciam et jam dixerim, a Mabillonio asseri, Leonem IX omnium Pontificum primum annos Incarnationis aliquando in bullis adhibuisse; nullam tamen hactenus Bullam autographam atque extra suspicionem falsi positam observavi, in qua annus Incarnationis fuerit expressus. In apographis illum a librariis adjectum esse, magna suspicio est. Locutio etiam « Datum et actum Ratisbonæ » displicet, nec cum cæteris Leonis Bullis aut epistolis congruit. Sed hi navi a librariis scolis venire potuerunt. Res ipsa certa est; et litem fuisse inter Ratisbonenses et Gallos de vera corporis S. Dionysii possessione, ea ipsa clarissime demonstrant, quæ Mabillonius sub anno 1053 longo ordine profert. Ita laudatus scriptor. Ac sese quidem, quas supra dedimus, litteras, Leonis IX nomine inscriptas, pro mendosis, at non item pro falsis ac supposititiis, habere, non obscure insinuat. Verum iisdem de litteris quid censeam, cap. proxime seq. exponam, uti etiam, an objectis contra hasce a Mabillonio difficultatibus penitus per textum, modo huc transcriptum, ab Eckharto factum sit satis.

AUCTOR
C. B.

mendosas seu
corruptas

E

duntaxat es-
se, Eckhartus
contendit.

F

CAPUT

LECTOR
C B

CAPUT VIII.

Quid de Litteris, Leonis IX nomine inscriptis, iudicioque, quod de hisce Eckhartus tulit, sit censendum.

Leo IX in litteris anni 1052, diutissime de Dionysii corpore durasse, litem.

Plerasque quidem, quas contra Leonis IX de corporis S. Dionysii apud Ratisponenses manifestatione litteras Mabillonius adducit, difficultates seu objectiones Georgius Eckhartus suis ad hasce, quæ cap. proxime prægresso recensuit, responsis sat apte dissolvit; verum an futurum sit, ut id, quod ad difficultatem, a litterarum illarum verbis, quibus lis de Dionysii corpore diutissime ventilata asseritur, repelatur, respondet, universis satis arrideat, perspectum haud habeo.

B Sane, quæ affert, Germanos inter et Gallos de S. Dionysii reliquiarum possessione fuisse certatum, luculentissime probant; verum nihil omnino, quod, certamen illud seu litem diutissime, ut in Leonis litteris asseritur, durasse, monstret, in medium adducit. Rationem quidem etiam silentii, quo a scriptoribus omnibus controversia illa, utul maxime diuturna præteritur, adiungit, dicendo, temporum illorum scriptores adeo steriles et siccis esse, ut plura notatu dignissima et maioris utique momenti indicta prætermiserint. Verum quid si saltem ostendatur, facile factum esse posse, ut re etiam ipsa diutissime controversia eadem duraret? Enimvero sic quisque, locum hanc, utul ab omnibus silentio præteritam, haud modico etiam temporis spatio habuisse, propensius in animum induxerit. Nonnulla itaque, quæ litem illam seu controversiam, quam diu saltem durasse, coniciendi ansam Annalista Saxo num. 83 huc transcriptis verbis præbet, facile potuisse diutissime etiam durare, suadere sint nata, hic modo responso, quod Eckhartus affert, adiungamus.

utpote quæ jam inde ob anno circiter, 1049, tunc multo citius,

102 Necesse non esse, ut corporis, quod Dionysii esse, Inscriptiones adjunctæ indicabant, inventionem, Ratisponæ a Reginwardo abbate factam, anno 1052 innectamus, perspicuum est ex iis, quæ in hac Appendice num. 2 et 3 disserui. Quid si ergo inventionem illam, non ipso anno 1052, quo Leo IX supra memoratas litteras dedisse perhibetur, sed jam inde ab anno 1049, quo Reginwardus Ratisponensem S. Emmerami abbatiam moderari incepit, aut saltem sub anni 1050 initium contigisse dicamus? Enimvero, cum Emmeramenses monachi, statim atque præfatum corpus in ecclesia sua fuisset inventum, penes se esse sacras S. Dionysii exuvias, quaquaversum, ut supra vidimus, publicarint, facileque, re ad Gallos delata, hi mox contra Ratisponenses de sacro illo thesauro contendisse seu disceptasse queant, ita forsitan haud difficulter poterit intelligi, qui, litem de sacrosanctis Dionysii ossibus diutissime Gallos inter et Ratisponenses fuisse ventilatam, Leo IX, veritate salva, dicere potuerit in litteris, anno 1052, ad mensem Octobrem jam protractum, concessis atque ad Henricum, Francorum regem, missis. Res cuique, qui, quæ jam dixi, expenderit, evadet, ni fallor, perspicua. Quod si tamen trium circiter dumtaxat, quod ita inter corporis Ratisponensis, quod Dionysii

esse, inscriptiones adjunctæ indicabant, inventionem anno circiter 1049 factam seu inceptam inde de Dionysii corpore contestationem, dictasque Leonis litteras intercesserit, annorum spatium sufficere fortassis haud videatur, ut in hisce, contestationem illam seu litem diutissime fuisse ventilatam, Leo IX, veritate salva, dicere in litteris, anno 1052 datis, potuerit, alia adhuc, qua, qui hic Pontifex id fecisse, lisque adeo illa diu etiam ante annum inchoata esse queat, intelligas, via sat apta, ut apparet, atque expedita suppetit.

103 Aperit hanc supra laudatus, qui, quam cap. i compendio partim exhibuit, petitam per Reginwardum abbatem de Dionysio in Germaniam translato lucubrationem conscripsit, sacerdos Germanus anonymus in sua ad hunc abbatem epistola, una cum lucubratione illa, ut supra docui, a Joanne Baptista, Emmeramensi abbate, anno 1750 in lucem emissa. Sacerdotis quidem illius Germani auctoritas in iis, a quibus procul is vicis remotus, flocci admodum aut nihili etiam est pendenda, uti ea, quæ cap. proxime cit. adduci, satis superque ostendunt; verum, etsi id ita sit, facere tamen non possum, quin ei in iis, quæ sese vel vidisse vel audivisse affirmat, fidem adhibeam. Et vero, vel in iis saltem scriptori isti credendum, vel dictam, quæ ei una cum scripta ad Reginwardum abbatem epistola attribuitur, lucubrationem pro puro ac puto figmento, seculo demum tertio decimo aut adhuc serius ad fidem assertæ Dionysii et Gallia in Germaniam translationi faciendam excogitato, esse habendam, nemo non statuet, qui, qua ratione scriptorum antiquorum dicta assertaque æstimanda sint, habuerit compertum; cum autem, eandem lucubrationem epistolamque, quam apud laudatum Emmeramensem abbatem in capite præfert, supposititias seu commentitias indubie esse, haud facile quisquam, ut mihi equidem apparet, probaturus invicte sit, rationis æquitas exigere videtur, ut sacerdoti isti Germano anonymo in iis, quæ sese vel vidisse vel audivisse ait, fidem adiungamus. Quid plura?

104 Is scriptor, qui, quemadmodum supra docui, inter annum 1049 et annum 1064 præfatum suam lucubrationem huicque apud Emmeramensem abbatem Joannem Baptistam præfæam epistolam litteris mandavit, narrat in hac, qui, dum apud San-dionysianos Franciæ monachos hospitaretur, haud raro cum hisce de Dionysii et Gallia in Germaniam translatione fuerit locutus, ac qui semel, dum id faceret, factum sit, ut Remorum abbas (verosimillime S. Remigii) casu supervenerit, isque, continuato de Dionysii translatione sermone, nonnulla etiam de hac adduxerit in medium. Ac primo quidem, ut ait, dicat, e patrum traditione, Dionysii corpus Ratisponæ in S. Emmerami monasterio contineri, maxime sibi ac civitatis ejusdem incolis notum esse, hincque tribus vicibus diversis Ratisponam, ut inde illud, dolo astute surreptum, reducere in Galliam posset, peregrini sub habitu sese contulisse; deinde vero, postquam adhuc, sese, re infecta, redire inde vicibus singulis fuisse compulsum, adiunxit, mox etiam, ut laudatus scriptor Germanus anonymus ait, idem abbas, aliis nonnullis, quæ huc non spectant, præmissis, narravit, qui, cum tertia jam vice Ratisponam dictum in finem ivisset, ac ad S. Emmerami monasterium, nondum ibi, quod inscriptiones adjunctæ Dionysii esse indicabant,

uti e presbyteri Germani anonymi

de Remensis abbatis Arnolfique

A dicabant, corpore invento, sese contulisset, in monasterii præpositum, nomine Arnolfum, inciderit, ac qui hic tum, nonnullis primum ultro citroque de civitate Ratisponensi et de S. Emmeramo collatis verbis, monasterio suo inter innumeros aliorum Sanctorum cineres teneri etiam sancti Dionysii corpus, idque sese e Patrum traditione habere compertum, affirmavit.

Emmeramensis præpositi colloquium, minus, ut ut apparet,

105 Arnolfus, monasterii S. Emmerami præpositus, de quo hic sermo, alius verosimillime non est, quam qui, ut supra vidimus, haud ita dudum post annum 1030 duobus libris S. Emmerami miracula fuit complexus; cum autem e dictis jam memoratum, in quo Dionysiani corporis possessionem monasterio suo e Patrum traditione asseruit, colloquium, Ratisponæ nondum, quod inscriptiones adjunctæ Dionysii esse indicabant, corpore invento, acciderit, consecrarum est, ut ante seculum circiter XI medium seu, corpore illo ibidem nondum invento, apud Ratisponenses obtinuerit de S. Dionysii corpore ad Emmeramenses translato traditio. Verum quid si

B illud Arnolphi præpositi cum Remensi abbate colloquium dicatur fictitium? Seculo circiter XI medio, ante quod idem colloquium, si locum umquam habuit, evenisse debet, solum et unum Remis S. Remigii monasterium a moderatore, abbatis appellatione distincto, gubernabatur, cum autem, uti jam dicta produnt, idem Remensis abbas et præfatus, Ratisponæ nondum, quod dixi, corpore invento, colloquium jam abbas habuerit, et sese illud habuisse, presbytero Germano anonymo supra laudato tum primum, cum idem corpus ibidem inventum jam fuisset, narravit, nec id ulli, nisi abbati Herimaro, qui, quemadmodum Gallix Christianæ Auctæ scriptores tom. IX col. 228 et seq. docent, ab anno circiter 1048 usque ad annum 1071 Remensi S. Remigii abbatiæ præfuit, quadrare posse videatur, consecrarum fit, ut idem illud Arnolphi præpositi cum Remensi abbate colloquium eveniret vel anno circiter 1048 aut sequenti, si Ratisponæ corpus, quod inscriptiones adjunctæ Dionysii esse indicabant, sub annum 1050, ut puto, fuerit inventum, vel certe anno circiter 1048 aut aliquo C equalior sequentibus, sit inventio illa anno 1052, ut sæpissime jam laudatus Emmeramensis abbas Joannes Baptista statuit, contigerit.

fictitium, narratis intelligitur,
106 Verum num tunc adhuc in vivis superstes fuit Emmeramensisque monasterii præpositum egit Arnolfus? Quod si vel alterutrum secus habeat, fictitium indubie est jam memoratum colloquium hincque, fictitias pariter esse presbyteri Germani anonymi, quæ id complectitur, ad Reginwardum abbatem epistolam, subnexamque huic de Dionysio Germaniam translato lucubrationem, fas erit suspicari; cum autem, talesne sint, an non, lucubratio isthæc ac præmissa ei epistola, magni ad præsentis, de qua hic agimus, questionis decisionem intersit, in annum Arnolphi emortualem studiosissime inquiri, nec quidquam, quo hic ante annum 1048 videri posset fingendus, reliqui inobservatum. Ita scilicet presbyteri illius Germani anonymi, qui, quemadmodum supra vidimus, sæpissime in rebus, procul ab ætate sua gestis, a veritate aberrat, fidem pariter in iis, quæ, veluti ipsamet ætate sua gesta atque a se vel audita vel visa, commemorat, elevare fuit conatus; verum, quidquid etiam hunc in finem aut tentarim aut egerim, fru-

Octobris Tomus IV.

stra fui; etsi enim, Arnolfum anno 1048 in vivis adhuc fuisse, et Emmeramensis monasterii præpositum egisse, nusquam diserte notetur, nihil tamen etiam, quod contrarium suadeat, litteris usquam mandatum invenire quivi; cum autem id ita sit, ejusque adeo cum Remensi abbate colloquium pro commentitio habendum haud sit, non est etiam, cur vel Ratisponensium de translato ad S. Emmerami ecclesiam Dionysio traditio, quæ, stante colloqui ejusdem veritate, diu etiam, antequam corpus, quod inscriptiones adjunctæ Dionysii esse indicabant, Ratisponæ inveniretur, locum habuerit, revocetur in dubium. Eo itaque jam nostra, unde digressa est, revertatur oratio.

107 Facile sane vel e traditione illa vel e confectis ex hac atque in ecclesia Emmeramensi positus seu titulis seu inscriptionibus factum esse potest, ut diutissime, imo triginta forsitan aut plurimum etiam ante datas, quæ Leonis IX nomine annoque 1052 notantur, litteras annorum spatium Dionysiani monachi, cum vel dictam traditionem proponi, vel e præfatis Inscriptionibus, adscribere sibi S. Dionysii corpus Emmeramenses monachos, intelligerent, subinde cum hisce, data opportunitate, de sacri illius thesauri possessione disceptarint. Certe, statim atque in colloquio proxime memorato Arnolfus præpositus S. Dionysii corpus Emmeramensi suo monasterio e Patrum traditione asseruisset, disputatio hinc illum inter et Remensem abbatem, uti abs hoc ipso sese audivisse presbyter Germanus anonymus in sua supra laudata ad Reginwardum abbatem epistola refert, fuit exorta; ut sit sane, cur id pariter intra triginta aut plurimum annorum spatium, quod litteras, Leonis nomine inscriptas, proxime præcessit, locum subinde Dionysianos inter et Emmeramenses monachos habuisse credatur; quod si autem, ut potuit, ita etiam reipsa hosce inter disputatio seu controversia hujusmodi subinde tum exarserit, ita equidem haud difficulter poterit intelligi, qui, litem de sacrosanctis Dionysii ossibus diutissime Gallos inter et Ratisponenses fuisse ventilatam, Leo IX, veritate salva, in litteris, anno 1052 datis, dicere potuerit.

108 Ad verba modo, quibus Dionysiani corporis furtum Leo IX in dictis suis litteris approbat, seu laudes potius, quibus ob id Arnolphum imperatorem effert, progrediamur. Recentiores scriptores quidam, quo, has a Leone profectas esse non posse, probent, Arnolphum imperatorem impiissimum fuisse ac in scelorum suorum poenam morbo pediculari interiisse, e Luitprando aliisque nonnullis antiquioribus annotant; verum, etsi quidem hac in re falsos illos esse, e Pagii in Criticis ad annum 899, et e Georgii Hechharti in sæpius jam laudatis de Rebus Franciæ Orientalis Commentariis tom. 2, pag. 786 dictis persuasum mihi habeam, Arnolphum tamen ob dictum furtum a Leone laudatum fuisse, haud facile crediderim. Undecimo quidem, quo Pontifex hic floruit, seculo, imo etiam diu et ante et post illud reliquiarum furta, ut jam supra etiam docui, criminibus haud accensebantur, nonnullique etiam reliquiarum fures temporibus illis ab ipsismet viris, pietate juxta ac dignitate conspicuis, amati ac æstimati fuisse inveniuntur. Verum audi, qui Ital. Medii ævi Antiquit. tom. 5, Dissert. 58, col. 10 Muratorius hac de re, haud paucis primum reliquiarum

Verum laudes, quibus Dionysiani corporis furtum in litteris illis

AUCTOR
C.B.

enumeratis furtis, loquatur. Innumera sunt, inquit, per universi Christiani imperii fines id genus exempla, quum in tot diversis urbibus, non dicam modicæ reliquæ, sed capita et corpora ipsa unius ejusdemque cælitis habeantur atque colantur. Porro liquet, quoties clam et furto ex antiquis tumulis sublata fuere corpora Sanctorum, id contra canones actum, quum, inconsulto episcopo, transferre sacras reliquias minime liceret, qui veritatem rei agnosceret, fidemque faceret tum presentibus, tum posteris nihil erroris, aut fraudis intercessisse. Atqui, urbi furto res agebatur, piis illis furibus dumtaxat erat habenda fides.

effertur, a
Pontifice il-
lo profectæ
non viden-
tur,

109 Cum itaque, uti ex hisce Muratorii verbis consequitur atque aliunde constat, Dionysiani corporis furtum, si locum id umquam habuit, sacrorum canonum præscripto fuerit adversatum, factum esse quis putet, ut id, seu potius Arnulphum, a quo id commissum, profusis adeo laudibus, quales in dictis litteris leguntur, Leo IX, Pontifex sanctissimus, excluderet? Ut sit, nullum hactenus reliquiarum furtum, quod vel ab uno Ecclesiæ Catholice summo Pontifice Christique in terris vicario fuerit laudatum, invenire quivi; ut vel hinc, tantis, quantis id in Leonis Litteris sit, laudibus abs hoc Pontifice elatum fuisse dionysiani corporis furtum seu furem, vero etiam queat haud immerito videri absimile. Nec magis vero simile apparet, quod de Arnulfo imperatore, qui ad ossa sanctissima subtrahenda (adi num. 95) cæsareum etiam verticem inclinavit, in iisdem litteris asseritur, nisi forsitan verba hæc de sanctissimis ossibus, Arnulpho quidem imperante, at non ipsomet hoc principe sacras euvias auferente, e Gallia sublatis seu subtractis queant intelligi. Verum, si hic forsitan quantum ad Arnulphum error in Leonis litteris cubet, is e Ratisponensium traditione (Georgii Eckharti cap. præced. recitata verba videsis) promanavit, potestque, adhibita iisdem Ratisponensibus fide, a Leone fuisse admissus; quod autem ad immodicas, quibus Dionysiani corporis furtum seu hoc admissum Arnulphus imperator, in Leonis Litteris effertur, laudes spectat, hæc certe, utpote prorsus, ut apparet, summo Pontifice indignæ, a Leone IX nequeunt esse profectæ, debentque adeo aliunde litteris ejus accessisse.

cumque ex-
dem litteris,
in quibus
duo adhuc

110 Verum cum res ita habeat, navisque adhuc altis, ut eruditi passim autumant, litteræ istæ sint infectæ, quid tandem modo de hisce statuendum? Meam mox hac super re promam sententiam, cum duo adhuc, quæ in iisdem litteris etiam displicent, quæque Georgius Eckhartus reliquit intacta, lectori posuero ob oculos. Primum suppeditant sequentia hæc de Arnulpho imperatore verba. Cujus insuper fides et devotio dubium etiam omne per hoc penitus amputavit; quod non in ipsa Roma, non in quacunque Metropoli, non in urbe qualibet regni vel arce sibi studebat eligere sepulturam, sed ubi suum se Dionysium condidisse, et scivit et lætabatur, suo se sperans patrocinio defendendum et resuscitandum in die novissimo cum Beatis presentibus. Ita ibidem; verum Arnulphus, Emmeramensis e comite Vochburgensi monachus, sæpius jam laudatus, in S. Emmerami Miraculis lib. 1 cap. 5 sub finem de eodem Arnulpho imperatore sic scribit: Demum... apud S. Emmerammum sibi jussit præparari mausoleum, quo mortem obiturus eum benignius in

ecclesiis haberet patrocinantem, quem in terris D utenque vivens et valens sui suorumque optavit, imo fecit fore potentem. Quod si itaque scriptori huic fides sit, ob S. Emmerami, quod si autem Leonis litteris credendum, ob S. Dionysii patrocinium sepeliri in S. Emmerami ecclesia Arnulphus imperator voluerit. Fieri quidem potest, ut hoc, quo tam unum quam alterum Sanctum sibi haberet propitium, is princeps voluerit; verum, etsi id ita sit, nullam equidem per hunc expectati pariter a Dionysio patrocini fieri ab Arnolfo monacho mentionem, apparet mirum. Ad alterum modo, quod hic adhuc de dictis litteris proponendum, progredior. Leoni in hisce sequentia tribuuntur verba: Indubitata fide comperimus dicti doctoris et martyris (S. Dionysii nempe) ossa venerabilia.... apud B. Emmerami cœnobium integraliter contineri.

111 Etenim, ne testimonia hominum, quæ jam diximus, non sufficerent, divina quoque non defuere prodigia et portenta, quæ dubium omne penitus abegerunt; quæ nos quoque conscribi jussimus diligenter, vobisque transmitti per vestros nuntios et legatos, nec non apud prædictam ecclesiam conservari. Verum, inquit, qui Leonis litteras ut supposititias vel saltem ut suspectas corruptasque habent, quænam sunt illa divina prodigia, quænam portenta, quæ dubium omne penitus abegere, quæque Leo jussu suo conscripta ad Francorum regem transmisit? Tribus lateribus seu coctis e luto lapidibus, qui incisis sibi, ut supra num. 4 docui, inscriptionibus quiescere in S. Emmerami ecclesia S. Dionysii corpus, faciebant testatum, ex ecclesiæ ejusdem muro sub seculum XI medium exemptis, duæ apparuerunt capsellæ, in quarum una caput, in altera ossa reliqua Dionysiani, ut aiunt, corporis fuere inventa. Porro, cum universi, caputne illud ac ossa reliqua ad unum idemque spectarent corpus integrum, hærent dubii, fuit Dominus, paulo antequam Leo IX Papa Ratisponam anno 1052 adveniret, dubitationem ea de re omnem, uti in Emmeramensi antiquo translationis S. Dionysii Officio Lect. IV legitur, evidenti miraculo tollere dignatus. Verba, quibus id ibidem exponitur, sequentia hæc sunt: In omnium... aspectu, qui aderant, ecce capsula bajula capitis pretiosi videlicet ad capsam sacri corporis gerulam per se sensim accessit, et continuo dulci nexu et federe una uni conjungitur, et comerecio antiquo consociant et componunt, non sine omnium, qui astabant, gaudio et stupore...

112 Quæ res dum ad papam et imperatorem principesque, qui aderant, fideli et certa fuisset attestatione delata; ipsi propria insuper inspectione ac contrectatione manuum propriarum rem curiosius inquirentes.... tantis ac talibus miraculis Papa beatus et imperator, nec non et attestatione et scriptis antecessorum tam Francis, quorum legati tunc aderant, quam Germaniæ toti, totum dubium removerunt publicis instrumentis etc. Emmeramensis abbas Joannes Baptista, postquam hæc ipsa officii translationis S. Dionysii verba e monasterii sui codice, notis numericis 499 distincto seculique XII aut XIII, ut ait, characteribus conscripto, in suam de S. Dionysio, Ratisponam translato dissertationem pag. 57 intulit, ita deinde observat: De his divinis prodigiis et portentis, ut mihi persuadeo, Leo Papa in litteris suis intelligendus est, quæ ipsi fideli et certa attestatione fuerunt delata. Verum, quid sit de prodigio

posita displicent,

A prodigio seu miraculo, quo capsula S. Dionysii caput continens ad capsam, reliqua Sancti ossa complectentem, sponte accesserit, istud equidem unum dumtaxat et solum est; cum autem res ita habeat, qui, quæso, divina quoque, quæ dubium omne penitus abegerint, non defuisse prodigia et portenta, Leo Papa, veritate salva, in dictis litteris dicere potuit? Auresine forsitan usus pluralem pro singulari adhibuit? Ast id vero admodum simile haud apparet. An alia forsitan adhuc, quæ, quod Ratisponæ fuerat inventum, Dionysii esse corpus, testarentur, divina fuere patrata prodigia? Verum id nusquam memorie proditum invenitur, nec, ut credatur, sufficere videntur litteræ, Leonis IX Papæ nomine inscriptæ. Etenim, ut quid de hisce sentiam, modo edicam, loco non uno, uti ex iis, quæ jam dixi, colligere fas est, corruptæ, adscititiisque additionibus interpolatæ verosimillime sunt; cum autem id ita sit, quis, quod de prodigiis, omnem omnino de Dionysiani corporis Ratisponæ inventi veritate dubitationem amolitis, in iisdem asseritur, additum pariter iis haud fuisse, pro certo

B affirmet?

variis aliis
navis vero-
simillime
sint infectæ.

113 Ast vero, inquiet forsitan non nemo, si ita quantum ad Leonis litteras res habeat, nihil plane ex hisce certi, quo Dionysii corpus Ratisponensibus asseratur, potest confici. Fateor, sic habet: neque enim, contra ac Eckhartus velle videtur, minoris tantummodo momenti nævis, qui a librariis sciolis, corrigere forsitan, quod corrigendum non erat, conatis, venire facile potuerint, sunt infectæ, verum etiam, ut mihi equidem apparet, majoris momenti aliis, qui non nisi a scriptoribus, litteras illas variis pro arbitrio suo additamentis immutare interisque etiam sensibus augere ausis, sint profecti. Hinc porro fit, ut, etsi quidem, litteras illas certo esse supposititias, asseverare non ausim, eas tamen valde habeam suspectas, imo etiam verear, ne non primigeniæ sint Leonis litteræ, variis tantummodo interpolationibus fœdatæ, sed novæ, quæ hisce, incendio aliore casu amissis, fuerint substitutæ. Emmeramense monasterium anno 1062, uti antiquissimum hujus, quod supra num. 8 laudavi, Chronicon testatur, combustionem fuit assumptum. Quid si ergo infelici isthoc casu Leonis de Dionysiani corporis apud Ratisponenses manifestatione litteræ perierint, hisque tum aliæ a quopiam, qui, quæ in primigeniis ac genuinis Leonis litteris haberentur, probe noscebat, fuerint substitutæ? Nihil quidem, quod vel utcumque, fuisse hoc reipsa factum, suadeat, litteris mandatum incendio; verum, quod nonnumquam alias, Pontificum regumque diplomatis seu litteris perditis, factum reperitur, id quoque, si litteræ, quas Leo de approbatis a se Ratisponensibus S. Dionysii reliquis ad Henricum I, Francorum regem, miserit, præfatio infortunio perierint, factum fuisse, suspicari haud prorsus est absonum.

Ratisponen-
sibus mul-
tum suffra-
gari haud
queunt.

114 Quod si porro re etiam vera factum forsitan id fuerit, enimvero in litteris illis, quales modo circumferuntur, nonnulla a veritate aliena cubare, nequitiam erit mirandum, utcumque etiam, qui litteras illas primigeniis Leonis litteris substituerit, putarit, sese habere, quid in his contineretur, compertum; facile enim is vel in errores memorie lapsu incidere, vel ea, quæ Ratisponensium de translato ad se Dionysio opinioni plus æquo suffragantur, e nimio partium studio iisdem litteris inserere potuerit. Verum simul etiam nonnulla veritati

consona commemoravit. Ac in primis quidem in iis, quæ de lite, Gallos inter et Ratisponenses de Dionysiani reliquiis diutissime ventilata, de Leone IX, utrimque, ut illam decideret, rogato, de sententia in Ratisponensium favorem pronuntiata, litterisque, quibus hanc declaravit, ad Henricum I, Francorum regem, missis, docet, veritatem, ni fallor, attigerit. Ita opinor, quod hæc omnia fuisse re etiam ipsa facta, vere admodum simile appareat ex iis, quæ jam supra de approbatis a Leone, quas Dionysii esse dicebant, Ratisponensibus reliquiis disserui. Verum, utcumque hæc habeant, sinceræ equidem, puras ac genuinas, esse quales Leonis nomine circumferuntur, hac de re litteras, supra modo a nobis recitatas, nequitiam est certum atque indubitatum, uti quæ disputata jam nunc sunt, efficiunt perspicuum: cum autem res ita habeat, Ratisponenses sane e litteris illis pro sua de Dionysiano corpore, ad se e Galliis translato, opinione firmanda haud multum habent præsidii; verum valida, quibus hanc probatam dent, rationum momenta, aliunde petita, haud desunt, ut modo cap. seq. luculentius ostendam.

AUCTOR
C. B.

CAPUT IX.

Præcipua rationum momenta, quæ Ratisponensibus favent, expendantur.

Varia inter rationum momenta, quæ opinioni de Dionysio in Germaniam translato adstipulantur, locum non infimum tenet Ratisponensium, quæ Dionysii esse dicebantur, reliquiarum approbatio, a Leone IX, ut duo scriptores suppres supra laudati, Annalista Saxo nimirum et monachus Hamerslebiensis anonymus, in suo supra memorato compendio, testantur, Ratisponæ seu viva voce, seu, uti e supra cap. 6 adductis verosimillimum apparet, etiam litteris anno 1052 certissime facta. Fateor quidem, Pontificum passim in factis, quæ ætalem suam multum prægressa, asserendis haud majorem, quam sit eorum, a quibus hæc illis suggesta, auctoritatem esse; verum, etsi id ita sit, illorum tamen etiam tum, cum de meris factis historicis agitur, declarationes haud temere rejiciendæ; imo vero hæc, quando, accurately ac diligenti examine præmisso, datæ noscuntur, magno in pretio habendæ opinionique, cui adstipulantur, magnum pondus adicere sunt censendæ; ut sane, S. Dionysii corpus penes Ratisponenses esse, Leonis IX, qua hisce adjudicatum illud fuit, declaratio, utpote, maturo juxta atque accurato examine præmisso, facta, argumento sit perquam valido. Isti porro declarationi, seu Ratisponensium, quæ Dionysii esse dicebantur, reliquiarum approbationi, per Leonem IX factæ, accedit traditio, qua, quemadmodum e supra memorato Remensem abbatem inter et Arnolfum, Emmeramensis monasterii præpositum, colloquio liquet, penes sese esse S. Dionysii reliquias, Ratisponenses, nondum etiam corpore, quod Dionysii esse, inscriptiones adjunctæ indicabant, in S. Emmerami ecclesia invento, credere.

Leo IX ac
traditio Ra-
tisponensium
opinionem
maxime fir-
mant;

116 Emmeramensis supra sæpissime jam laudatus abbas Joannes Baptista Ratisponensium huic,

E

P

AUCTOR
C. B.
etsi autem
hæc, contra
ac Emmera-
mensis abbas

huic, quam, quæ suæ de Dionysio in Germaniam translato Dissertationis § 148 assert, sat valide probant, traditioni Dissertationis ejusdem § 153 adjungit pretiosum, cujus jam supra loco non uno meminimus, Evangeliorum codicem, in S. Emmerami monasterio servatum; ut autem, Ratisponensium de Dionysio ad se delato opinionioni non parum momenti e pretiosissimo illo libro accedere, probatum det, nonnulla primum tum de hoc, tum de Chesneo, qui de eodem libro ex Aventino loquens nonnulla scriptoris hujus verba omisit, præfatus, sequentem arguit in modum: Placuit Andrea du Chesne referre, codicem pretiosum, auratum et gemmatum, jussu Caroli Calvi pro monasterio S. Dionysii fuisse conscriptum et eidem cenobio donatum; at displicuit huic scriptori, quod hic codex una cum reliquis S. Dionysii jam monasterio divi Haimeramii obtigisse ab Aventino dicatur..... Omisit ergo narrare, quod displicuit, et narravit, quod arrisit. Sane advertit scriptor du Chesne, codicem hunc jussu Caroli Calvi anno 870 in Bajoaria non potuisse conscribi. Facile autem sibi persuasit, a Carolo Calvo, qui in ecclesia S. Dionysii sepultus quiescit, hunc librum S. Dionysio fuisse donatum. At, quomodo ad monasterium S. Emmerami transferri voluerit, ubi nunc monstratur, anxius hæsit, consultumque duxit, ne cuncta diceret.

Jonnes Baptistista contendit, e pretioso Evangeliorum

117 Profecto, benevole lector, tibi mecum facile persuadebis, haud leve hunc pretiosum Evangeliorum codicem esse monumentum, quo veritas translationis corporis S. Dionysii in Bajoariam communitur. Cum codex actus illius (Caroli Calvi) imperio, id est, jussu illius exaratus fuerit, non utique in Bajoaria, sed in Gallia, cum is nobis ab Arnulpho imperatore, ut gravis author Arnoldus noster sæculo XI scribit, et non a Carolo Calvo traditus fuit; cum Arnulphus imperator ante finem sæculi noni in Franciam venit, indeque victor redierit; cum traditio et historia presbyteri ad Reginwardum abbatem sæculo XI scripta, hunc librum una cum ossibus S. Dionysii huc Ratisponam venisse, referant; cum liber iste auratus et gemmatus adhuc a nobis monstretur, quis neget, hunc codicem magnum esse monumentum, quo veritas hujus translationis (Dionysiani corporis ad S. Emmerami ecclesiam) stabiliatur? Ita laudatus celsissimus scriptor. Verum, etsi quidem pretiosus, quem memorat, Evangeliorum codex, non in Bajoaria, sed in Gallia, Caroli Calvi jussu fuerit conscriptus, facileque factum esse queat, ut is abs hoc principe monasterio Dionysiano fuerit donatus, nihil tamen uspiam, quod, fuisse id reipsa a Carolo Calvo factum, suadeat, occurrit. Quid si ergo liber ille, haud S. Dionysii monasterio donatus, sed post Caroli Calvi mortem ad Ludovicum Balbum et Carolum Crassum et abs hoc deinde ad Arnulphum venisse dicatur?

codice ab Emmeramensibus hodieque posset haud multum

118 Certe eum Arnulphus, utpote qui (Appendicis hujus cap. I videsis) cum exercitu in Gallias numquam venerit, secum ex hoc regno vi aut fraude surreptum in Germaniam haud tulerit. Verum demus etiam, pretiosum illum Evangeliorum codicem a Carolo Calvo fuisse monasterio San-dionysiano donatum, indeque etiam illum ad Arnulphum venisse, haud propterea tamen, Dionysianum pariter corpus ad principem hunc e sacro illo asceterio fuisse delatum, recte existimaris. Quid ni enim codex sine sacro isthoc pignore potuerit asferri? At vero, ait

celsissimus author, traditio et historia presbyteri ad Reginwardum abbatem sæculo XI scripta, hunc librum una cum ossibus S. Dionysii huc Ratisponam venisse, referunt. Fateor, sic habet; verum quid tum? Hic certe tam traditio, quam laudata a celsissimo auctore historia, a veritate aberrat. Dictus enim Evangeliorum codex non serius quam anno 893 S. Emmerami monasterio, uti in hac Appendice num. 39 probatum dedi, ab Arnulpho fuit donatus; Dionysianum autem corpus eo certe, uti in eadem Appendice num. 40 jam monstravi, haud citius, quam anno 894, advenit. Adhæc Historia illa, quæ in rebus, diu ante sæculum XI medium gestis, nullam omnino, vel certe admodum exiguum, ut jam supra docui, fidem meretur, jam supra partim huc transcripto cap. ultimo sic habet: Quamdiu Arnulphus incolumis vixit, sancti Dionysii ossa secum retinuit. Tandem morbo correptus, quando finem sibi imminere sensit, Dionysii ossa sancti Emmerami monasterio perpetualiter servanda tradidit una cum Evangeliorum libro, quem præmisimus.

119 Cum autem, uti e jam dictis nemo non colliget, sex annis ut minimum ante annum 899, Arnulpho imperatori emortuale ac proin multo citius, quam verbis hisce innuatur, pretiosus ille Evangeliorum codex Emmeramensi monasterio ab Arnulpho imperatore fuerit donatus, consecrari fit, ut dicta Historia seu presbyteri Germani anonymi de Dionysio, Ratisponam translato, lucubratio, jam supra sæpius laudata, non tantum perperam, ut traditio facit, corporis Dionysiani donationem cum pretiosi Evangeliorum codicis donatione conjungat, verum etiam, ut hanc serius, quam patitur veritas, differat. Jam vero, cum id ita habeat, enimvero e pretioso illo codice, penes Emmeramenses modo assertato, præfatisque traditione et historia, quæ una cum hoc Dionysianum corpus iisdem Emmeramensibus ab Arnulpho impertitum, ferunt, haud valde admodum, ut consideranti patescet, pro vindicando hisce sacro illo pignore arguitur. Verum id e tribus supra memoratis lapidibus seu potius e tribus, quas hi incisæ sibi habent, quasque num. 4 e Cælestini abbatis Ratispona Monastica seu S. Emmerami Mausoleo integras jam exhibui, Inscriptionibus validissime fit. De hisce, de quibus jam supra nonnulla adduxi in medium, meum modo speciatim magis promendum judicium. Inscriptiones illæ characteribus uncialibus, quales sæculo IX ac X in usu fuerunt, sunt conscriptæ. Id quisque, qui eas, vel in ipsis illis tribus lapidibus, in S. Emmerami monasterio servatis, prout æri incisæ apud sæpissime jam laudatum Emmeramensem abbatem Joannem Baptistam loco supra cit. exhibentur, consulere voluerit, compariet; ut sane dubitandum non sit, quin lapidibus, in ecclesiæ S. Emmerami muro sub Reginwardo abbate (Appendicem hanc cap. I videsis) circa sæculum XI medium inventis, haud diu admodum post annum 890, quo circiter Dionysii corpus e Francia Ratisponam dicitur allatum, incisæ fuerint seu insculptæ.

120 Certum omnino atque indubitatum id apparet, ita tamen ut, cum Arnulphus ante annum 896 imperator haud exstiterit, hocque tamen titulo princeps ille in priori e tribus dictis inscriptionibus distinguatur, hæc equidem ante dictum annum 896 positæ indubie haud fuerint. Porro dictorum lapidum inscriptionumque,

E
præsidii accipiat, e tribus tamen jam ante memoratis,

uti quæ hic adducuntur,

A que, quas incisas sibi hi habent, jam supra sæpius laudatus sacerdos Germanus anonymus in sua ad Reginwardum abbatem epistola etiam meminit, ac in iis pro vindicando contra Gallos Ratisponensibus S. Dionysii corpore vim maximam ponit. Neque vero, ut apparet, immerito: cum enim nullo plane, uti ipsimet Galli fatentur, errore Chronologico laborent, eaque, quam jam dixi, antiquitate polleant, quid ni ad reliquiarum S. Dionysii translationi, quam diserte produnt, faciendam fidem valeant? Ut verè Sanctorum reliquias secernantur a falsis, concilium Mediolanense iv, sub S. Carolo Borromæo celebratum, requirit Primo, ut scripta, tabulæ, litteræ, certi Annalium codices aliæ cujusvis generis monumenta, quæ ipsis ecclesiis earumve atriis atque ædibus aut aliis locis exstant, schedulæque vasculis acrisve sacrarum reliquiarum affixæ inclusæve recognoscantur accurate et diligenter, unde illarum vel translatio vel collocatio ibi facta cognosci aut alia ejusmodi notitia earumdem haberi queat.

B 121 Cum ergo, ut dictum, in S. Emmerami ecclesia tres supra num. 4 datæ inscriptiones, quæ, ibidem quiescere S. Dionysii corpus, faciebant testatum, fuerint sub seculi xi medium inventæ, quid ni illarum fide sacrum isthoc pignus re etiam ipsa ibidem quiescere, concilii Mediolanensis regulam, modo huc transcriptis verbis expressam, sequentes, merito etiam credere possimus? Eodem Leone IX, qui reliquias, Ratisponæ a Reginwardo inventas, Dionysii esse declaravit, universam Christi Ecclesiam sub seculum xi medium gubernante, sepulcrum quodpiam, ut Honoratus a S. Maria in suis in Criticen Animadversionibus tom. 3, lib. 5, dissert. 6, part. 2 docet, in Germania fuit apertum, cumque invento in hoc corpori tabula plumbea, quæ sequentem hanc inscriptionem, Corpus sancti Aurelii episcopi tempore Arnulphi regis repositum, Herderado abbate, viii Kal. Septembris, præferebat, esset adjuncta, absque hæsitacione ulla, esse illud S. Aurelii episcopi corpus, universi credere. Sanctorum martyrum Papæ et Mauri, Romanorum militum, corpora Romæ in ecclesia in titulo Equitii quiescere, Cardinalis Baronius, uti ipsimet in Ecclesiasticis suis Annalibus ad annum 270, num. 10 refert, persuasum sibi habuerat; verum, cum in ecclesiæ S. Adriani sepulcro tabula marmorea cum hac inscriptione, In hoc loco requiescent corpora sanctorum martyrum Papæ et Mauri, fuisset inventa, in æde illa sacra re etiam ipsa quiescere duorum horum sanctorum Martyrum corpora, haud difficulter et Baronius et alii credidere. At vero, inquires, exemplis e muro tribus, quos supra memoravimus, lateribus seu lapidibus, duæ apparuerunt capsæ seu thecæ, in quarum una quidem humani corporis caput, in altera vero ossa reliqua fuerunt inventa.

122 Ita sane in Ratisbona Monastica Cælestinus abbas, aliique passim omnes, qui de S. Dionysii corpore, in S. Emmerami ecclesia per Reginwardum abbatem invento, tractarunt; cum autem e tribus, quæ in Lapidibus, ante thecas illas seu capsas positæ, fuerunt repertæ, inscriptionibus prior habeat, Emmeramus Aquitanie, Dionysius Areopagita hic requiescit, oportet, ut vel S. Emmerami ecclesia per adverbium hic in inscriptione isthac significetur, vel ut tam S. Emmerami, quam S. Dionysii ossa duabus illis capsis seu thecis fuerint inclusa. Fateor, sic ha-

bet; verum, sola S. Dionysii ossa duabus illis thecis fuisse inclusa, ex eo habetur compertum, quod alio ecclesiæ Emmeramensis loco, omnibus et singulis notissimo, S. Emmerami ossa essent servata. Adhæc in altera e duabus dictis thecis seu capsis inventa fuit tabella, sequenti isthac inscriptione munita: Hic reconditum fuit corpus sanctissimi patroni nostri Dionysii Areopagitæ. Emmeramensis abbas Joannes Baptista sæpissime jam laudatus, qui, quod de præfata tabella jam dixi, in sua de Dionysio in Germaniam translato Dissertatione docet, sequentem de illa ibidem § 150 præbet notitiam: Sollicite cum quodam ex dilectissimis meis sodalibus inquisivi, ex qua materia tabula ista parva confecta esset. Deprehendimus ambo ex particulis a latere dextro superiori hujus tabulæ avulsis, corticem sive corticis potius particulas, cum sapone... conjunctas, hic esse adunatas, licet oculis illa pars, unde avulsæ sunt particulæ, ita objiciatur, acsi tota tabella ex subtilissimis foliis quibusdam conglutinis consisteret. Levissima est ista parva tabula manibusque caute tractanda, ne ob vetustatem vel parum fortiori digiti tactu conteratur.

123 Porro idem abbas, qui parvam istam tabulam seu tabellam in monasterii sui archivo hodieque custodiri loco cit. etiam ait, inscriptionem jam datam, quam, ut dictum, hæc complectitur, æri seu potius æneæ, ejusdem plane, cujus tabella est, longitudinis ac latitudinis, laminæ incisam Dissertationis præfate pag. 116 proxime ante tres inscriptiones alias, æri pariter, ut supra dictum, incisas hucque jam num. 4 transcriptas, exhibet; cum hinc autem atque ex iis, quæ proxime datis verbis de tabella ista laudatus abbas tradit, hanc admodum esse antiquam, sit necesse, sane vel in altera e supra memoratis capsis seu thecis vel saltem haud procul abs hisce una cum invento per Reginwardum corpore fuisse repertam, vero apparet simillimum; ut enimvero, ex inscriptione, proxime hic jam recitata, quam sibi habebat impressam, contineri in dictis thecis, non S. Emmerami, sed S. Dionysii reliquias, potuerit concludi. Dubitat quidem laudatus celsissimus scriptor, fuerintne dicta tabella e Francia cum sacris S. Dionysii ossibus allata, an contra hisce tantummodo adjuncta a Tutone episcopo, dum ecclesiæ S. Emmerami muro corpus, seu ossa eadem, a Reginwardo postea inventa, inclusit. Adhæc Georgius Eckhartus (verba ejus, cap. proxime prægresso huc transcripta, videsis) dubitare etiam videtur, an tabella ista seu, ut eam vocat, membrana, in capsâ juxta reliquias reperta, a Ratisponensibus Leoni IX Papæ pro testimonio propria Arnulphi imperatoris manu scripto venditata haud fuerit; verum, quidquid sit de hisce Georgii Heckharti, ac laudati celsissimi scriptoris dubiis, dicta equidem tabella seu jam data, quam hæc præferebat, inscriptio, aservari penes Emmeramenses monachos S. Dionysii ossa, argumento etiam est perquam valido.

124 At vero, aiunt, etsi quidem passim inscriptionibus, quæ thecis, Sanctorum reliquias complectentibus, vel appositæ vel affixæ reperiuntur, indubie quantum ad Sanctos, quorum has esse produnt, sit standum, id tamen locum haud obtinet, quando aliunde occurrunt, ob quæ inscriptiones illæ fraudis dolice querunt haberi suspectæ; cum autem, quæcumque in proxime jam data aliisque tribus num. 4 huc transcriptis inscriptionibus dicuntur, ex iis dumtaxat, quæ

AUCTOR
C. B.

inscriptione
validissime
probatum,

P

nec inscrip-
tiones illas
e Giselberti
dictis

Giselbertus,

AUCTOR
C. B.

Giselbertus, Dionysianum corpus, ut aiunt, furatus, Ratisponensibus de hoc suo furto dixit, promanasse videantur, est sane, cur inscriptionibus illis, aliisque, quæ in hisce fundantur, Emmeramensium de S. Dionysii corpore, Ratisponam translato, placitis fides indubitata haud habeatur. Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Hist. lib. x, cap. 5, num. vi sic scribit: Nihil ego moror narrationem Giselberti, quem confingunt furtum perpetrasse. Quæ enim fides dictis hominis, qui compositis mendaciis irrepit in ædes Dionysianas, ut hospites circumveniat, qui sub simulatione amicitiae convivium malo animo apparat, ut abbatem et monachos cibo meroque ingurgitet, qui effringere Sanctorum sepulcra haud dubitat, qui sancta spolia improbe et nulla sacri loci reverentia diripit?

factas for-
son esse,
multum re-
fert,

125 Nulla certe alia illi debetur fides, quam quæ furi, quæ prædoni, quæ sacrilego, cui vel vera dicenti non crederetur. Ita ille; verum, etsi quidem omnes et singulæ quatuor jam memoratæ inscriptiones e Giselberti dictis factæ forsitan fuerint, solæque a sacrarum reliquiarum prædonibus seu furibus adductæ relationes neutiquam sufficiant, ut, quæcumque hi de reliquiis, furto a se sublatis, dixerint, pro indubitatis habeantur, interdum tamen reliquiæ, quas fuerant furati, adjuncta sibi habuerunt luculenta ac minime dubia indicia, e quibus illas esse Sanctorum, quorum esse a furibus asserebantur, constabat. Ac reliquiæ quidem seu corpus, quod Ratisponam Giselbertus tulit, indicia pariter haud obscura, e quibus id esse Dionysii corpus, constiterit, videtur sibi habuisse adjuncta; ut soli Giselberto, afferre sese S. Dionysii reliquias, asseveranti, sine ulla assertionis suæ probatione credendum haud fuerit. Indicia porro hujusmodi re etiam ipsa reliquiæ, quas Ratisponam Giselbertus tulit, adjuncta sibi habuisse, vel eo loquatur, quod Leo IX, qui, maturo primum atque accurato instituto examine, reliquias illas, ut supra vidimus, approbavit, approbaturus eas alioquin verosimilime haud fuisset; licet autem quænam illa omnia exstitisse queant indicia, edicendo non sim, unum tamen sat clarum ac luculentum cap. proxime seq. adducam in medium.

C

CAPUT X.

Quis, qui S. Dionysii reliquias furatus dicitur, Giselbertus fuerit, an corpus, quod Ratisponam attulit, Dionysii esse, rite probarit, et an id Dionysii re ipsa exstiterit.

Giselbertus,
Dionysii
corpus fu-
ratus, e cle-
ro

Reliquiarum S. Dionysii furem ex Arnolphi Imperatoris proceribus exstitisse unum, eumque locupletissimum, Aveninus verbis, num. 23 huc transcriptis, in Annalibus Boiorum ait: verum supra jam sæpius citatæ de Dionysio Ratisponam e Francia translato lucubrationis author Germanus anonymus cap. viii de Giselberto, quem Dionysii reliquias suffuratum esse, post narrat, sic scribit: Erat in ministerio impera-

toris quidam clericus, nomine Giselbertus, vir D liberalis ingenii, litteris apprime eruditus, rhetor facundissimus, consiliis aptus, vultu reverendus, moribus honestis conspicuus; quem ob ingenii famam imperator Gallia excitum sibi auricularium et præceptorem a secreto statuerat. Talis is, qui S. Dionysii corpus furto e Galliis abstulit, exstiterit, si scriptori isti Germano anonymo fides sit; verum, etsi quidem viro huic in iis, a quibus multum vivit remotus, parum admodum fidam, Giselbertum tamen, utul sesqui circiter seculo ab ætate ejus distan-tem, vere exstitisse e clero, haud difficulter adducor, ut credam. Ita porro animo comparatus ut sim, facit Georgius Eckhartus in suis de rebus Franciæ Orientalis Commentariis tom. 2, pag. 746 sic scribens: Giselbertum traditio vulgaris procerum unum et ditissimum vocat ex conjectura; sed ego illum ex clero fuisse suspicor; homines enim laicos reliquias sacras furatos esse aut manibus suis contrectasse, raro legitur.

127 Atque, en! In vicina Ratisponæ Frisingensi diocesi eodem hoc tempore vivebat Giselbertus diaconus, bonorum propriorum possessor, quem S. Dionysii pium furem fuisse suspicaris. Meichelbeckius Hist. Frising. T. i Part. Instrumentar. cap. 805 chartam profert, qua dicitur, "venerabilem Waldonem, Frisingensis ecclesiæ episcopum, et quandam diaconem, nomine Ki- salperht, quandam commutationem, fecisse. " Dedit episcopus diacono prædicto cum consensu canonicorum suorum et " per licentiam serenissimi regis Arnolphi " in loco, qui dicitur, "Puo- tilinpach curtem, domum, horreum, de arabili terra jugera xxxi. de pratis carradas iii. et in recompensationem harum rerum a diacono cepit ad ecclesiam jure hereditario possidenda in loco vilisa nuncupato curtem, domum, horreum, de arabili terra jugera xxxi. de pratis carradas viii. de silva jugera v. " Ita hactenus Eckhartus, et quidem etiam sat recte, ut mihi apparet. Dispiciamus modo, quid Giselbertus, quem verosimillime e clero exstitisse, modo adducta ostendunt, Ratisponam e Gallia attulerit, et an sese inde Dionysii corpus rapuisse rite probarit. Dubitandum equidem e supra jam dictis non est, quin pius ille Dionysii, ut ferunt, fur corpus aliquod Ratisponam attulerit. Dubitandum etiam non est, quin id e Dionysii corpus esse dixerit, et dictis suis apud Ratisponenses invenerit fidem.

vero similiter
fuit,
E

128 Verum an hanc etiam, legitimis, quibus, quod dicebat, probarit, rationibus adductis sibi promeruit? Cælestinus abbas in Ratispona monastica seu in S. Emmerami mausoleo ait, in una e duabus capsis, in quarum altera caput, in altera reliqua corporis, a Reginwardo Ratisponæ inventi, ossa fuere reperta, inventam fuisse schedam, hæc complectentem verba: In nomine sanctæ et individuae Trinitatis notum sit omnibus, quod hic est corpus sanctissimi Dionysii, qui a loco Areopagite et patriotico nomine Ionicus, Christiano autem agnomine est appellatus Macharius, a S. Paulo apostolo Atheniensium ordinatus archiepiscopus, apostolica auctoritate beati Clementis Papæ universalis totius Galliæ constitutus apostolus, pro fide Christi sub Domitiano cæsare, pæfecto Sisinnio vii Idus Octobris gloriosum martyrium perpetravit, et caput proprium per duo millia fere deportavit usque ad locum, in quo nunc Dei dispositione

schedamque,
cujus conten-
tum hic da-
tur,

A dispositione requiescit humatum sine cessatione te laudans et dicens: Gloria tibi Domine; hanc autem schedam seu chartam fuisse reipsa, ut Cælestinus abbas ait, in altera e capsis, S. Dionysii ossa, a Reginardo abbate Ratisponæ reperta, continentibus, inventam, argumento mihi est jam supra sæpius laudata presbyteri Germani anonymi de Dionysio Ratisponam e Francia translato lucubratiō. In hac enim (Appendicem hanc num. 13 videsis) refertur, Giselbertum, dum in San-dionysiana abbatia, commisso nondum corporis S. Dionysii furto, versaretur, ab Ebulone abbate in cryptam, in qua SS. Dionysii Rustici et Eleutherii corpora jacebant, fuisse introductum, ibique in tumba, Dionysii corpus complectente, schedam seu chartam, quæ id esse Dionysii corpus, fidem faceret, conspexisse; hæc autem charta seu scheda in Lucubratione illa cap. 25 integra etiam exhibetur, iisdemque plane, quibus charta, e Cælestino abbate jam transcripta, verbis constat.

129 At vero, inquires, hinc quidem, chartam illam Dionysianis ossibus, in Gallia adhuc existentibus, fuisse adjunctam, at non item in altera e capsis, hæc in Germaniam jam translata complectentibus, sub seculum XI medium fuisse inventam, intelligitur. Fateor, sic habet; verum

B Lucubrationis illius author, presbyter Germanus anonymus, qui, quemadmodum e jam supra dictis liquet, res diu ante ætatem suam gestas sat probe perspectas haud habuit, eas fere omnes, quas de Dionysio e Francia in Germaniam translato in Lucubratione illa refert, vel e Dionysianorum, apud quos, ut jam supra dictum, hospitatus aliquandiu fuerat, monachorum relationibus, vel e notitiis, ab ipsomet Reginardo abbate acceptis, in litteras, ut supra docui, conjecit. Ac id quidem certum apparet; verum duobus hisce, e quibus sua potissimum hausit, fontibus conjecturas etiam, facile ex hisce seu nascentes seu formatas, interdum adjuncit, ut dubitandum non apparet. Hinc, cum in altera e capsis, Ratisponæ a Reginardo abbate inventum corpus complectentibus, chartam seu schedam, quam e Cælestino abbate dedi, fuisse inventam, e missis ad se a Reginardo notitiis disceret, simulque e verbis, quibus hanc concipi videbat, fuisse illam Dionysii ossibus, in Gallia adhuc quiescentibus, primitus adjunctam judicaret, eam etiam a Giselberto in Dionysii tumba, cum hæcei, in Dionysiana abbatia versanti, Ebulonis abbatis jussu reseraretur, fuisse conspectam, verosimillime e conjectura tantum, inde formata, memoriæ prodiderit. Sane, cum nullis omnino documentis antiquis, uti ipsemet satis indicat, fuerit munitus seu instructus, singulaque nihilominus verba, quibus præfata scheda seu charta concipitur, suppeditet, id verosimillime e notitiis, a Reginardo abbate ad eum missis, fecerit, simulque, quam dixi, conjecturam inde formavit.

C 130 Jam vero, cum id ita sit, illamque adeo chartam seu schedam Reginardus abbas cum laudato presbytero Germano anonymo verosimillime communicavit, consecrarium fit, ut in altera e duabus dictis capsis seu thecis charta eadem, ut pole quam aliquin nec ipsemet Reginardus habiturus fuisse videatur, fuerit abs hoc Ratisponæ una cum S. Dionysii corpore reperta. Porro scriptorem illum id, quod jam dixi, e conjectura, quam e notitiis, a Reginardo abbate subministratis, formavit, dumtaxat scripsisse, vero-

similius adhuc ex eo evadit, quod e S. Dionysii reliquiis, Dionysianis monachis a Giselberto jam furto ereptis, membrum unum, quod in manu medium connectit brachio digitum, Ebuloni abbati ab Arnulpho imperatore restitutum fuisse scribat, idque, ut apparet, e simili conjectura pariter faciat. Fuisse scilicet quodpiam S. Dionysii os Ebuloni abbati ab Arnulpho redditum, vel e Dionysianis monachis audierit, vel ex eo, quod, Dionysianis reliquiis in Germaniam jam delatis, ossa nihilominus, in scrinio per Dagobertum aservandis S. Dionysii reliquiis confecto quiescentia seu servata, pro Dionysii ossibus in Francia honorari, conspiceret, idque, nisi saltem quodpiam hisce Dionysii os fuisset immixtum, factum iri haud putaret, conjecerit; cum autem, quale Dionysii os seu membrum Ebuloni ab Arnulpho restitutum fuisset, compertum haud haberet, conjectura id eo, quem jam nunc exponam, modo determinavit. Os, quod a corpore, Ratisponæ invento, abfuit, fuisse os, quod in manu medium connectit brachio digitum, docet nos Joannes Baptista Emmeramensis abbas in sua jam supra sæpius cit. Dissert.

131 Etenim in hac pag. 70 et sex seqq. exhibet officii ecclesiastici, seculo, ut ait, XII vel seq. exarati tuncque ab Emmeramensibus monachis in translationis S. Dionysii festo, quod quotannis ab hisce ultima post Pentecosten Dominica celebratur, recitari soliti, lectiones octo; in harum autem sexta sequentia fere isthæc leguntur verba: Papa et imperator et principes Rem curiosius inquirentes corpus Martyris (S. Dionysii nimirum) pretiosi cum omni membrorum integritate, membro excepto, quod in manu dextra medium connectit brachio digitum, apud nos invenerunt. Os itaque seu membrum, quod a corpore, Ratisponæ invento, abfuit, exstitit, uti hinc apparet, membrum seu os, quod in manu medium connectit brachio digitum. In litteris, Leonis IX nomine inscriptis supraque jam datis os illud vocatur minima manus dextræ particula; sed id, ut consideranti patescet, cum appellatione eidem in officio ecclesiastico proxime laudato tributa haud pugnat. At vero, inquiet forsitan non nemo, os, quod a corpore Ratisponæ per Reginardum invento, abfuit, illud ipsum est os, quod aureæ manui (adi cap. 3 Appendicem hanc) a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missæ, erat inclusum; hoc autem, si miraculorum S. Dionysii scriptore, ibidem, transcriptis etiam ejus verbis, citato, standum sit, non membrum seu os, quod in manu medium connectit brachio digitum, sed tantummodo digiti pars exstiterit. Fateor: os, quod manui isti erat inclusum, digiti pars a scriptore illo nuncupatur; verum id abs illo, ut mihi equidem apparet, fit, non quod re ipsa pars digiti existeret, sed quod cum digito in corpore humano proxime sit conjunctum, quodque, quo nomine os illud, quod, non secus ac pars digiti, partem manus constituit, aliquin appellaret, haud satis haberet compertum.

132 Etsi itaque os, quod manui aureæ a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missæ erat inclusum, verosimillime, ut mihi equidem apparet, exstiterit illud ipsum os, quo corpus, Ratisponæ inventum, fuit destitutum, hoc postremum tamen verosimiliter exstiterit os seu membrum, quod in manu medium connectit brachio digitum; cum autem, osse isthoc destitutum fuisse Ratisponæ inventum corpus, Reginardus in suis ad presbyterum Germanum anonymum notitiis

LECTOR
C. B.

hic adducuntur,
E

F

apparet, Ratisponæ corpore inventam, e Gallia verosimiliter tula,

LECTOR
C. R.

tiis verosimillime notarit, hinc hic scriptor, Ebuloni abbati ab Arnulpho imperatore os, quod in manu medium connectit brachio digitum, restitutum fuisse scripserit. Id porro e conjectura, quam ex osse, in inventis Ratisponæ reliquiis non reperto, formarit, verosimiliter dumtaxat fecerit; hinc autem fit, ut id, quod de charta seu scheda in Dionysiano scrinio, priusquam inde Dionysii corpus furto surriperetur, a Giselberto conspecta, scribit, pariter illum e conjectura dumtaxat, quam e scheda seu charta, prope inventas Ratisponæ reliquias reperta, formarit, scripsisse, verosimilius evadat. Jam vero, cum id ita sit, dictaque adeo charta debeat a Reginwardo cum dicto presbytero Germano anonymo fuisse communicata, verosimilius pariter, fuisse hanc una cum S. Dionysii ossibus in altera e duabus capsis seu thecis, hæc complectentibus, Ratisponæ inventam, evadit. His præmissis, quid e charta illa, prope S. Dionysii ossa Ratisponæ inventa, possit confici, videamus. Dicitur in hac: Hic est corpus sanctissimi Dionysii, qui... caput proprium per duo millia fere deportavit usque ad locum, in quo nunc Dei dispositione requiescit; cum id autem, ut nemo non admittet, de loco, in quo Dionysius, e Gallia in Germaniam jam delatus, Ratisponæ quievit, dici haud queat, oportet, ut charta ista Dionysianis ossibus, in Sandionysiana abbazia adhuc quiescentibus, adjuncta indeque cum hisce Ratisponam fuerit delata.

hæcque illud
Dionysii
corpus es-
se, haud
prorsus in-
pice

133 Quid multa? Cum ea præterea, quæ in charta illa dicuntur, soli S. Dionysio convenient, Giselbertus sane, qui, ut apparet, vere hanc una cum S. Dionysii ossibus e Francia in Germaniam portavit, luculentum simulattulerit indicium, quo, a sese non alterius, quam S. Dionysii ossa asferri, dederit probatum. At vero, inquires forsitan, fieri potest, ut ipsemet Giselbertus chartam illam confinxerit, eamque rei probandæ, quam sibi habebat propositam, pro arbitrio aptarit. Fateor, sic habet; verum, cum fraus, si id ille fecisset, nullo potuisset delegi negotio, fuisse id reipsa ab illo factum, verosimile haud apparet. Etsi porro id ita sit, fueritque adeo charta illa in ipsismet Galliis verosimillime confecta, non est tamen, cur quis eam Dionysii ossibus, cum hæc in novo scrinio Dagobertus I deposuit, fuisse adjunctam, inducat in animum. Id enim ne quidem ante scripta ab Hilduino Areopagitica seu annum 836 factum esse, vel ex eo liquet, quod alioquin probandis Hilduini de Dionysii Areopagitismo placitis documentum illud foret admodum aptum, nec ullam tamen hujus mentionem uspiam instituat Hilduinus, qui, cum omnes bibliothecarum Parisiensium forulos, monasterii sui loca addita non pauca, ut inde documenta, Dionysii Areopagitismo probando idonea, erueret, perlustravit, verosimillime eundem in finem sarcophagum etiam, in quo Dionysium a Dagoberto depositum fuisse, noscebat, fuerit scrutatus. Hinc porro jam fuit, ut scheda illa seu charta verosimillime post scripta ab Hilduino Areopagitica seu post annum 836 fuerit confecta ac S. Dionysii reliquiis, in Francia adhuc quiescentibus, adjuncta; ac id quidem, ut mihi apparet, vel Hilduino, qui anno circiter 840 obiit, in vivis adhuc superstite, vel certe haud diu post ejus mortem evenerit.

134 Verum, quocumque tandem anno rem factam statueris, e dicta equidem scheda seu charta, una cum corpore, Ratisponæ invento, e Francia in Germaniam, uti e jam dictis a ppa-

ret, allata, esse illud S. Dionysii corpus, haud inepte prorsus, ut jam insinuat, Giselbertus dederit probatum; anne autem id re etiam ipsa Dionysii corpus exstiterit, modo dispiciamus. S. Dionysii corpus e Francia in Germaniam furto non esse delatum, nec ex Arnolphi Emmeramensis monachi aliorumque scriptorum omnium de re hac silentio, nec e Dionysii manu, a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem post annum 920 missa, nec e scrinii Dionysiani visitatione, anno circiter 1050 Dionysio poli facta, nec denique ex aliis, quæ in rem suam Galli afferunt, dari evictum, dilucide, ni fallor, e jam supra allegatis liquet; verum, etsi id ita sit, inde tamen, fuisse re ipsa Dionysii corpus e Gallia Ratisponam furto delatum, consecrarium nondum est. Nec, id factum esse, certum omnino atque indubitatum evadit vel e supra memorata Ratisponensium de translatis ad se Dionysii reliquiis traditione vel e tribus num. 4 huc transcriptis Inscriptionibus, quarum una Dionysius in S. Emmerami templo quiescere, altera a Giselberto furto surreptis, ac tertia denique pridie Nonas Decembris ad S. Emmerami monasterium dicitur allatus. Etenim, etsi quidem et hæc et traditio, Ratisponenses, statim atque Giselbertus corpus, quod Dionysii esse dicebat, Ratisponam attulerat, viro isti adhibuisse fidem, ostendant, exstiterit tamen illud reipsa Dionysii corpus, evincendo atque extra omnem controversiam ponendo apte haud sunt. Quod autem ad declarationem, qua Leo IX inventum Ratisponæ corpus, quod Dionysii esse inscriptiones illæ indicabant, pro genuino Dionysii corpore anno 1052 agnovit, jam spectat, ex ea quidem videtur pro Ratisponensibus aliquanto adhuc argui posse validius, attamen, cum summi etiam Pontifices in meris decidendis factis errori sint obnoxii, nec e declaratione illa, penes Ratisponenses esse S. Dionysii corpus, omnino est certum.

dederit probatum; etsi autem id re etiam ipsa exstiterit Dionysii.

135 Verum jam supra sæpissime laudatus sacerdos Germanus anonymus in sua ad Reginwardum abbatem epistola sic scribit: Quomodo vero (sanctus Dionysius) de Gallia sit translatus, vel quis eum furto Parisius tulerit, vel sub quibus principibus actum sit, tam ab ipso Parisiensi abbate, quam et ab aliis ipsius monasterii fratribus, quorum diu contubernio delectabar, uti manifestus in consequentibus clarebit, fateor, sæpius non sine gemitu et contritione cordium secretius audiui. Hoc autem tenore intestinus Gallorum dolor de translatione sanctissimi Dionysii mihi perlatus est, ut, si, fide interposita, Bauvariam accederem, atque, quali tutela sacrosanctæ reliquie inibi servarentur, vel si quomodo hinc auferri potuissent, cautius explorassem, salva mercede mea, perpetuum mihi memoriale apud se conquererem gloriamque cumularem. Cum itaque, uti ex hisce presbyteri Germani anonymi verbis intelligitur, scriptor hic, dum in S. Dionysii in Francia monasterio hospitaretur, non tantum ex ipso met hujus abbate, sed etiam monachis, Dionysium e Gallia furto sublatum, intellexerit, enimvero, quin is Gallis, modo vera hic memoret presbyter ille Germanus anonymus, re ipsa fuerit ereptus, atque ad Ratisponenses translatus, dubitandum haud videatur. Ea quidem, quæ S. Dionysii abbas ac monachi de translatione isthac presbytero isti dixerunt, in traditione dumtaxat, uti in hac Appendice num. 19 jam docui, erant fundata.

nec ex hie data presbyteri anonymi narratione

136 Verum,

A 136 Verum, etsi quidem id ita sit, traditio-
que ista in translationis illius adjunctis, ut cap.
1 ostendi, veritati ubique consona haud fuerit,
eam tamen quantum ad ipsammet translationem
haud castitasse falsam, vel ex eo fas est statuere,
quod cum Ratisponensium eadem de re traditio-
ne apprimè convenerit. Attamen, cum presbyter
ille Germanus anonymus suam ad Reginwardum
abbatem epistolam subnexanque huic de Diony-
sio in Germaniam translato Lucubrationem inter
annum 1049 et annum 1064, ut jam supra do-
cui, litteris mandavit, eoque temporis spatio, pe-
nes se adhuc esse S. Dionysii corpus, San-dionysia-
ni publice contenderint, hinc sane, uti in hac
Appendice num. 18 et 19 jam insinuavi, esse vide-
tur, cur narratio, qua iidem Dionysiani monachi,

furto sibi ereptum esse S. Dionysii corpus, clam
et secreto tempore eodem fassi, a presbytero illo
Germano anonymo referuntur, habeatur utcum-
que suspecta. Verum, etsi id ita sit, ac proin,
Ratisponæ penes Emmeramenses esse S. Dionysii
corpus, haud magis e narratione illa, quam ex
aliis supra adductis argumentis asseverare ausim
omnino indubitatum, potiozem tamen, sedulo
modo liberatis omnibus, Emmeramensium, qui S.
Dionysii corpus furto ad se delatum aiunt, quam
Dionysianorum in Francia monachorum, qui pe-
nes sese illud adhuc asseruari affirmant. causam
esse, in animum induco, nec, ut puto, immerito
id a me fieri, facile quisquam contendet, qui,
quæ in hac Appendice jam disserui, seposito par-
tium studio, accurate et mature expenderit.

ACTORUM
C. B.

DE S. DOMNINO SEU DONNINO M.

BURGI S. DOMNINI IN DUCATU PARMENSI

COMMENTARIUS PRÆVIUS

E
J. B.

S. Domnini in Fastis sacris memoria, fuga, martyrium, et ædes sacræ.

sub MAXIMA-
no.
S. Domnini
in Martyro-
logiis

I nter Parmam Placentiamque via Emilia, in-
quit Ughellus tom. 2 Italiae sacræ auctæ col.
162, in Gallia Cisalpina, sive Cispadana Lombar-
dia, S. Domnini civitas (anno 1601 a Cle-
mente VIII sede episcopali donata) sita est, quæ
a S. Domnino, qui ibi deservientis Maximiliani
(lege: Maximiani) persecutionem declinans,
nobilem tulerat palmam martyrii, nomen traxit.
Inscriptus est S. Dominus Martyrologio Hiero-
nymiano Florentinii ad hunc diem, sed sine loco
in hunc modum: Natalis S. Domnini martyris.
Item Martyrologio Rabani, sed elogio paulo
ampliori: Eadem die natale est, inquit, Dom-
nini martyris, qui sub Maximiano imperatore
propter fidem Christi decollatus est jussu ipsius
C imperatoris. Hic post martyrium suum multa
miracula fecit in sanitate infirmorum et debi-
lium. Italis universe adscribitur a Wandelberto
versu sequenti:

Domninoque Itali claro cum martyre fulgent.
Acta ejus antiquiora a Surio, sed mutato stilo,
edita, scriptaque, ut apparet, cum nondum Bur-
gi S. Domnini nomen invaluerat, milliari xv a
Julia Chrisopoli, seu civitate Parmensi ad Siste-
rionem fluvium via Claudia passum aiunt: nec
multo aliter recens Martyrologium Romanum lo-
quitur, cujus hæc verba: Apud Juliam in ter-
ritorio Parmensi, via Claudia, S. Domnini mar-
tyris sub Maximiano imperatore: qui, cum
vellet persecutionis rabiem declinare, a perse-
quentibus gladio transverberatus gloriose occu-
buit.

2 Præverat Martyrologii Romani auctoribus
dudum iisdem fere verbis Usuardus: Apud Ju-
liam, via Claudia, S. Domnini martyris sub
Maximiano, qui, cum vellet persecutionis ra-
biem declinare, protinus insecutus, et nihilomi-
nus gladio verberatus, gloriose occubuit. Ac-
curatius Usuardi verba Actorum de S. Domnini
Octobris Tomus IV.

martyrio ejusque adjunctis [sensum exprimunt,
quam ut ea non vidisse censendus sit. Viderit illa
verosimiliter et Rabanus, indeque hauserit ea,
quæ de S. Domnino a martyrio suo factis prodi-
giis narrat. At quem locum Usuardus Juliae,
et Actorum scriptor Juliae Chrisopolis nomine
intellexerunt? Parmensem civitatem dictam fuisse
Juliam augustam, eoque titulo ab Augusto cæsare
ornatam colligit Cellarius lib. 2 Geographiæ an-
tiquæ cap. 9 ex veteri hac, quæ apud Gruterum
pag. 492 num. 5 est, inscriptione:

Patr. col. Jul. Aug. Parm.

Patr. municipiorum Forodruent. et Foro
novanorum.

Neque Juliam modo, sed et Juliam Chrisopolim
dictam fuisse, scribit anonymus Ravennas, qui
circa seculum VII vixit, Geographiæ suæ lib. 4
num. 33 apud Porcheronum pag. 213 ita scri-
bens: Item civitas Placentia, Florentiola, Fi-
dencia, Julia Chrysopolis, quæ est Parma. Cui
item Donizo seculo XII suffragatus est in Vita
Mathildis comitissæ lib. 1 cap. 10 de Parma sic
loquens:

Chrysopolis dudum Græcorum dicitur usu,
Aurea sub lingua sonat hæc urbs esse Latina,
Scilicet urbs Parma.

Fortasse loco nomen hoc inditum, inquit Mu-
ratorius tom. V scriptorum rerum Italicarum
pag. 354 in suis ad Donizonem Annotatis, quum
Græci augusti universæ dominarentur Italiæ,
nimirum seculo VI sub Justiniano. Parmam itaque
tam Actorum scriptor anonymus, quam Usuar-
dus Juliae nomine intellexisse videntur: non quod
Parmæ martyrium S. Dominus subierit, sed
non procul inde, xv scilicet miliaribus; et locum
palæstræ S. Domnini, minus forte sibi notum,
non accurate et exacte, sed paulo latius per vici-
namnotioremque, ad quam pergebat, civitatem ex-
plicare, satis habuerit Usuardus. Voluit quidem
128 aliqui